


II

138 f 37

Europa

S.



**Orationes .AD. Tullii Ciceronis
per Philippum Beroaldum re
cognitae ac diligenter
correctae.**

• Addita in Calce Oratione aduersus Valerium
quaæ hactenus incognita fuit.

Ad Clarissimū Stanislauū Ostroriū Scholasticū polonū Philippi Beroaldi
Bononiensis Epistola.

Arcus Tullius Rex causaq; lex orandi ac norma. Et facundiae littera
m rū latinaq; parēs. Qui pomeriū Romanæ linguæ pmouit. Cuius in/
geniū populi Romani impio par fuit: Ex cuius fonte largissimo oīs
posteritas Latices in pocula duxit: Cū in omni dicendi genere sit emi
nētissimus in forensi dictione cū primis enitescit: & in orationibus citra emulū
excellit in qbus modo ut sedatus Amnis leniter fluit. modo torréti simillimus
Celeri uelocitate decurrit: mó instar nautici gubernatoris remos sensim ducit:
modo uela pādit eloquétia. atq; alto uectus nusq; littus: nusq; portum spectat:
mó ut scitissimus auriga retinet lora & premit. modo laxat facūdiaz frenos: &
effusis habenis repagulis refractis obstātia queq; ppellēs patētissimo cāpo ex/
patiat: Deniq; hic ppe solus est: Qui fulgentib; armis preliatus stilū pugnacē
bellatoriūq; distinxerit qui tenebras iudicibus offuderit: qui fulminare tonar/
re. Cūcta miscere longe melius q; pericles sit existimatus: in cuius ore & labris
suadæ medullā sessituisse crediderim: Cætera tulliana uolumina. M. Cicero/
nem magnū qdē ostendūt hominē tamen. Oratioēs uero forenses m̄aximum
& pene Deū: in qbs oēs fandi uirtutes congruunt: Quārū lectio ad alendā elo/
quētiā formandūq; oratore est efficacissima: quas cū nuperrime recognouisse
Emaculassemq; diligenter addita oratione cōtra. L. Valeriu: quæ nusq; aliubi
legitur: eas dedi imprimendas Benedicto bibliopolæ nostro inter impressores
politissimo: Qui characterib; spetiosissimis libros multiūugos Venuste ac sin/
ceriter formis excudit: hoc autē luculentū opus oīq; Oratoria uirtute p̄cellens
tibi nominatim dicaui Stanislae mi Scholasticor; nobilissime: Cuius clarissi/
mi natales familia Apud polonus honoratissima celeberrimaq; est. Qui enī i
polonia nescit quāta sit ad presens quāta fuerit iam pridē: gentis Ostroriæ cla/
ritudo: auctoritas: opes? Ex qua ueluti ex equo Troiano innumerī proceres p̄
dierunt: qui inter Aulicos purpuratosq; regios fuere apud maximos Reges in
maxima semp existimatione: Sed ne in p̄sentia Ataos Tritausq; Ostroriæ
gentis singillatim p̄censeā: nec enim ep̄stolicus character sinit fusius euagari:
Dicā id tantū: Quod sine piaculo sileri non pōt: Quēadmodū clarissimus pa/
ter tuus Iohānes uidens id quod nemo nō uidet: sine dolatorio litterario Aspre/
dinē Barbariæ leuigari expoliriq; nō posse: aliquot ab hinc Annos Bononiam
cōmigravit: ibiq; in hoc scholastico & cōciliabulo laudabiliter degens: studia p̄/
colens: p̄fectura gymnasii litteratorii quæ haud dubie apud nos honoratissima
est: Insignitus egit Rectorē Scholasticū magnificenter & splēdide: Mox deco/
ratus insignibus iurisconsultorū cū i patriam spectatissimus ornatissimusq; re/
uenisset: Ex duobus filiis te potissimū elegit: quem huc destinaret ad ingenium
Excolendum: Ad linguā comendam: Ad ingenuas disciplinas capescendas.

Gottschmidt
VAT

475

Qui cum didiceris pulchrum eē sequi maiores / si modo illi recto itinere ante
cesserint: V adis tu insigniter p paterna uestigia: Et eloquentiae Candidatus do
mi habes praeceptorem probissimū. publice uero nos audis frequētissimo audi
torio quotidie aliquid auditu dignū profitentes: Amas litteras / suspicis littera
tos: exornas mores: Et cultū animi capiens : inter Scholasticos comiter / splen
dide liberaliter degis: Ad hæc proceritas corporis / sufflaua & subcrispa Cæsa
ries / uultus amabilis / Te uere ingenuū uereq; nobilē ostentat. suntq; honesta
mento . Et cū bonis fortunæ amplissimis sis p̄ditus das impense operam ut do
tibus quoq; animi ut doctrina / ut eloquio suffarinatus in patriā / ad patrē / ad
tuos reuertaris: Reuerteris autē si inter Cætera Orationes hasce tullianas habe
bis In manib; uelut Enchiridion. Si Tullianum pabulū: quo ingenia Iuueni
lia sunt sagināda / fuerit tibi quotidianū: si hac lectione delectaberis. Nā ut iqt
uerissime Q uintilianus ille se profecisse sciat cui Cicero ualde placebit: Acci
pe ergo mi Stanislae Scholastico& nobilissime hilario uultu / & obuiis ut aiunt
manib; hoc opus: quod legas / perlegas / lectites / lecturias hortor / Et pro he
niuoli p̄ceptoris auctoritate precipio. In cuius liminari pagina nomen tuū legi
tur / Circunfertur. Inspicitur. VALE Et Dilige Doctorem ;

Tabula:

Libuit impressori hasce orationes ad numerum quēdam redigere non quo
M. Tullius hoc ordine ediderit: uerū ut delicato lectori cōsuleret: qui ut statim
quam optaret orationem / citra longiorē uoluminis totius reuolutionē inuenire
posset. quare Tabula hæc uelut index præmissa est.

De Imperio. Cn. Pompeii	Oratio Prima.
Pro Annio Milone.	Oratio Secunda.
Pro Cn. Plancio.	Oratio Tertia.
Pro P. Sylla.	Oratio Quarta.
Pro Archia poeta.	Oratio Quinta.
De Lege agraria cōtra Rullum	Oratio Sexta.
De Lege Agraria ad populum.	Oratio Septima.
Pro M. Marcello.	Oratio Octaua.
Pro Q. Ligario.	Oratio Nona.
Pro Rege Deiotaro.	Oratio Decima.
Pro A. Cluentio.	Oratio Undecima.
Pro P. Q. uintio.	Oratio Duodecima.
Pro L. Flacco.	Oratio Tertiadecia.

De Reditu suo.	Oratio Quartadecima.
De reditu suo ad Senatum.	Oratio Quintadecima.
Ad equites Roma.pridie q̄ iret in exilium.	Oratio Sextadecima.
Ad Pontifices de domo sua.	Oratio Septimadecima.
In Vatinium Testem	Oratio Decimaoctaua.
Pro.M. Cælio.	Oratio Decimanona.
Pro. Roscio Amerino	Oratio Vigesima.
Pro.L. Murena	Oratio Vigesimaprima.
De Lege agraria cōtra Rullum	Oratio Vigesimasecunda.
Pro Cornel.Balbo.	Oratio Vigesimatertia.
De responsis aruspicum	Oratio Vigesimaquarta.
De prouinciis cōsularib⁹ i Pisonē & Gabiniū	Oratio Vigesimaquinta.
Pro.P. Sextio.	Oratio Vigesimasexta.
Pro.C. Rabirio perduellionis.	Oratio Vigesimaseptima.
Pro.A. Cæcinna ad Recuperatores.	Oratio Vigesimaoctaua.
In Lucium Pisonem	Oratio Vigesimanona.
Pro Rabirio posthumo.	Oratio Trigesima.
Pro .M.Fonteio.	Oratio Trigesimaprima.
Pro Roscio Comœdo .	Oratio xxxii.hāc subsequit̄.
Inuectua Salustii in Ciceronem.	
Responsio Ciceronis contra Salustum.	Oratio Trigesimatertia.
Inuectua prima in Catilinam.	Oratio Trigesimaquarta.
Inuectua secunda in Catilinam.	Oratio Trigesimaquinta.
Inuectua Tertia in Catilinam.	Oratio Trigesimasexta.
Inuectua Ultima in Catilinam.	Oratio Trigesimaseptima.
Aduersus Valerium.	Oratio Trigesimaoctaua.

FINIS TABVLAE.

M.T.C.PRO LEGE MANILIA:SIVE DE IMPERIO.CN.
POMPEII:SIVE DE IMPERATORE DELIGENDO:
ORATIO.

VANQ VAM MIHI SEMPER FRE,
quens conspectus uester multo iucūdissimus: hic aut
locus ad agendū amplissimus: ad dicendū ornatissi-
mus est uisus Q uirites:tamen hoc aditu laudis: qui
semper optimo cuiq; maxime patuit: nō mea me uo
luntas: sed meæ uitæ ratiōes ab ineunte ætate susce-
ptæ phibuerunt . Nam cum antea per ætatem nōdum
huius auctoritatem loci cōtingere auderē: statuerēq;
nihil huc nisi perfectum ingenio:elaboratum industria afferri oportere: omne
meum tempus amicorū temporibus transmittēdum putaui. Ita neq; hic locus
uacuus unquā ab iis:q uestram causam defendēt:& meus labor in priuatoꝝ
periculis caste integreq; uersatus ex uestro iudicio fructū amplissimum ē con-
secutus. Nam cū propter dilationē comitiorꝝ ter prætor primus centuriis cun-
ctis renunciatus sum:facile intellexi Q uirites & qd de me iudicarestis: & quid
aliis præscriberetis. Nunc cū & auctoritatis in me tantum sit: quātum uos ho-
noribus mandandū esse uoluistis:& ad agendum facultatis tantū:quantū ho-
mini uigilanti ex forensi usu prope quotidiana dīcēdi exercitatio potuit affer-
re:certe & si qd etiam dicendo consequi possum : iis ostendam potissimū : qui
ei quoq; rei fructum suo iudicio tribuendū esse censuerūt. Atq; illud in primis
mihi lētandū iure esse uideo:q; in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicen-
di causa talis oblata est:in qua oratio nemini deesse pōt. Dicendum ē enim de
Cn.Pompeii singulari nimiaq; uirtute . Huius aut oratiōis difficilius est exir-
tum:q; principium inuenire . Ita mihi nō tam copia: quam modus in dicendo
quærendus est. Atq; ut inde oratio mea pfiscatur : unde hæc omnis causa du-
citur:bellū graue & pericolosum uestris uectigalibus atq; sociis a duobus po-
tentissimis regibus infertur: Mithridate & Tigrane : quorū alter relictus:alter
laceſitus:occasionem sibi ad occupandā Asiam oblatam esse arbitratur : Eq-
tibus Romanis honestissimis uiris afferunt̄ ex Asia quotidie litterae: quorum
magnæ res dicuntur in uestris uectigalibus exercendis occupatæ:q ad me pro
necessitudine:quæ mihi est cum illo ordine causam.R.P.periculaq; rerū sua-
rum detulerunt:Bithyniæ quæ nunc uestra pūntia est: uicos exustos esse cō-
plures:regnum Ariobarzanis:quod finitimum est uestris uectigalibus totum
esse in hostium potestate. Lucullum magnis rebus gestis ab eo bello discede-
re.huic qui succurrerit: non satis esse paratum ad tantū bellum administran-
dum:Vnum ab omnibus sociis & ciuib; ad id bellum imperatorem deposci
atq; expeti: eundem hunc unum ab hostibus metui præterea neminē . Causa

ORATIO.

*Dicitur p. annis
Dicitur p. annis
Primitus gen. p. belli
Primitus primi membra p.
expositione*

*b. 4 p. 3 expositione p. 3
dicitur p. 3*

quæ sit uidetis: nunc quid agendum sit considerate. Primum mihi uidetur de generi belli: deinde de magnitudine: tum de imperatore eligendo esse dicendum. Genus est. n. huiusmodi: quod maxime uestros animos excitare atque inflamme debet. agitur salus sociorum atque amicorum: pro qua multa maiores nostri magna & grauia bella gesserunt. Agunt certissima Po. R. o. uectigalia & maxima: qibus amissis & pacis ornameta: & subsidia belli requiretis. Agunt bona multorum ciuium: qibus est a uobis & ab imperatoribus Reip. cōsulēdū, & quoniam semper appetentes gloriae p̄ter cæteras gentes atque audi laudis fuistis: de lenda est uobis illa macula mithridatico bello supiore suscepit: quæ penitus iam insedit: atque inueterauit in Po. R. o. nomine: quod is quia die tota Asia tot ciuib⁹ uno nuncio atque una significatione l̄farum ciues Ro. necandos: trucidandosque denotauit: non modo adhuc pœnam nullam suo dignam scelere suscepit: sed ab illo tpe tertium iam annū & uigesimum regnat: & ita regnat: ut se non potest neque capi padociæ latebris occultare uelit. sed emergere e patrio regno atque in nostris uectigalibus: hoc est in Asia luce uersari. Et. n. adhuc ita nostri cum illo rege contéderunt imperatores: ut ab illo in signia uictoriae: non uictoria reportarent. Triumphauit L. Sylla: Triumphauit Lucius Murena de Mithridate: duo fortissimi uiri & summi imperatores: sed ita triumpharunt: ut ille pulsus supatusque regnaret. Verutamen illis imperatoribus laus est tribuenda quod egerunt: Venia danda quod reliquerunt: ppter ea quæ ab eo bello Syllā in Italiam Respub. Murenā Sylla reuocauit. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad obliuionem ueteris belli: sed ad comparationem noui contulit: qui postea quæ maxias ædificasset ornassetque classes: exercitusque per magnos qbuscunq; ex getibus potuisset: comparasset: bosporanis finitimis suis bellum inferre simularet usque ad hispaniam legatos ecbathani misit ad eos duces: qbus cum tum bellum gerebamus: ut cum duobus in locis disiunctissimis maximeque diuersis uno cōsilio: ab unis hostiis copiis bellum terra marique gererent: Vos ancipiunt contéctione distracti de imperio dimicaretis. sed tamen alterius partis periculum Sertorianæ atque hispaniensis: quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat. Cn. Pom. diuino consilio ac singulare uirtute depulsum est. In altera parte ita res a L. Lucullo summo uiro est administrata: ut initia illa gestarum rerum magna atque p̄clara non felicitati eius: sed uirtuti. Hæc autem extrema quæ nuper ceciderunt non culpæ sed fortunæ tribuenda esse uideantur. Sed de Lucullo dicam alio loco: & ita dicam. Qui rite ut neque uera laus ei detracta oratione nostra: neque falsa neque ficta esse uideatur: Sed pro uestri imperii dignitate atque gloria: quoniam is est exorsus orationis meæ. Vide quæ uobis animum suscipiendum putetis: Maiores nostri saepe mercatoribus ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt: Vos tot ciuium Ro. milibus uno nuncio atque uno tempore necatis: quo tandem animo esse debetis? Legati que erant appellati superbius Corinthus patres uestri totius græciæ lumen extinctum esse uoluerunt, Vos eum regem inul-

Ab exemplo

DE IMPERIO CN.POMPEII.

tum esse patiemini: qui legatum Po.Ro.consularem uinculis ac uerberibus:
atq; omni supplicio excruciatum necauit: Illi libertatem ciuium Ro.imminu-
tam non tulerunt. Vos uitam ereptam negligetis: Ius legationis uerbo uiola-
tum illi persecuti sunt: Vos legatum omni supplicio imperfectum relinquetis:
Videte ne ut illis pulcherimum fuit tantam uobis imperii gloriam relinqu-
re: sic uobis turpisimum sit illud quod accepistis tueri & conseruare non
posse. Quid q; salus sociorum summum in periculum ac discrimen uoca-
tur: Regno expulsus est Ariobarzanes rex socius Po.Ro.atq; amicus. Immi-
nent duo reges toti Asiae non solum uobis inimicissimi: sed etiam uestris so-
ciis atq; amicis. Ciuitates autem omnes/cuncta Asia:atq; gracia uestrum au-
xilium expectare propter periculi magnitudinem coguntur. Imperatorem a
uobis certum deposcere:cum præsertim uos alium miseritis neq; audent:neq;
se id facere summo sine periculo posse arbitrantur. Vident & sentiunt hoc
idem quod & uos:unum uirum esse in quo summa sint omnia: & eum pro-
pe esse:quo etiam carent ægrius:cuius aduentu ipso atq; nomine/tæstis ad Ma-
ritimum bellum uenerit: tamen impetus hostium repressos intelligunt: atq;
retardatos. Hi uos(quoniam libere loqui non licet) tacite rogant: ut se quoq;
sicut cæterarum prouintiarum socios dignos existimetis: salutem tali uiro
cominendetis: atq; hos etiam magis q; cæteros, eiusmodi in prouintiam ho-
mines cum imperio mittimus: ut etiam si ab hoste defendant: tamen ipso-
rum aduentus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione diffe-
rant. Hunc audiebant antea:nunc præsentem uident: Tanta temperantia: ta-
ta mansuetudine: tanta humanitate: ut ii beatissimi esse uideantur: apud
quos ille diutissime commoratur. Quare si propter socios nulla ipsi iniuria
læcessiti maiores uestri cum Antiocho:cum Philippo:cum Aetolis:cum pœ-
nis bella gesserunt: quanto uos studio conuenit iniuriis prouocatos sociorum
salutem una cum imperii uestri dignitate defendere? Præsertim cum de ue-
stris maxime uectigalibus agatur. Nam cæterarum prouintiarum uectigalia
Quirites tanta sunt:ut his ad ipsas prouintias tutandas uix contenti esse pos-
simus. Asia uero tam opima est & fertilis:ut & ubertate agrorum:& uarieta-
te fructuum:& magnitudine pastionis:& multitudine earum rerum: quæ ex-
portantur facile omnibus terris antecellat. Itaq; hæc uobis prouintia Quiri-
tes: si & belli utilitatem:& pacis dignitatem sustinere uelitis: non modo
a calamitate: sed etiam a metu calamitatis est defendenda. Nam in cæ-
teris rebus cum uenit calamitas: tum detrimentum accipitur. at in uecti-
galibus non solum aduentus mali: sed etiam metus ipse affert calamitatem.

Nam cum hostium copiae non longe absint: etiam si irruptio nulla fa-
cta sit: tamen pecora relinquuntur: agricultura deseritur: mercatorum
nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu: neque ex decimis: neque
ex scriptura uectigal conseruari potest. Quare sape totius anni fru-

properit. 1. pto expeditionis

Socij

ad hys pty 7 pty 2 pty

Laus Asiae

Graeci

ORATIO.

Etus uno rūmore periculi: atq; uno terrore belli amittit. Q uo tandem animo eē existimatis aut eos q uectigalia uobis pensitat: aut eos q exercent atq; exigūt: cū duo reges cū maximis copiis ppe adsint: cum una excursio eq̄tatus pbreui tempore totius anni uectigal auferre possit:cū publicani familias quas in salinis habent:quas in agris:quas in portibus atq; custodiis magno periculo se habere arbitrent. Putatisne uos illis rebus frui posse:nisi eos qui uobis fructuosí sunt conseruaueritis:non solū ut antea dixi calamitate:sed etiā calamitatis formidine liberatos. Ac ne illud qdem uobis negligendū ē: quod mihi ego extreum pposuerā cum essem de genere bellī dicturus:quod ad multorū bona ciuium Rō.pertinet:quorū uobis p uestra sapientia Q uirites habēda ē ratio diligenter. Nam & publicani hoīes & honestissimi & ornatissimi suas rationes & copias in illam pūntiā contulerūt:quorū ipsoꝝ per se res & fortunæ curæ uobis esse debent. Et.n.si uectigalia neruos Reip.esse semp duximus:eum certe ordinē q exercket illa firmamentū cæterorum ordinū recte esse dicemus. Deinde cæteris ex ordinib⁹ hoīes gnaui & industrii partim in Asia negociant:qbus absentibus uos cōsulere debetis: partim eorū in ea pūntia pecunias magnas collatas habēt. Erit ergo humanitatis uestræ magnum eorum ciuiū numerū calamitate phibere:sapientiæ uidere multorū ciuiū calamitatē a Rep. se iunctā esse nō posse. Et.n.illud primum pūi refert uos publicanis amissis uectigalia postea uictoria recuperare:neq; iisdē redimendis facultas erit propter calamitatē:neq; aliis uoluntas ppter timorem. Deinde q nos eadem Asia atq; idem iste Mithridates initio belli Asiatici docuit id:qd' certe calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tum cum in Asia res magnas pmulti amiserunt:scimus Romæ solutione impedita fidē concidisse. Non.n.possunt una in ciuitate multi rem atq; fortunas amittere:ut non plures secum in eandē trahant calamitatē:a quo periculo prohibete Rēp. Et mihi credite id quod ipsi uidetis. Hæc fides atq; hæc ratio pecuniarū quæ Romæ quæ in foro uersatur implicita ē cū illis pecuniis Asiaticis & cohæret. Ruere illa nō possunt:ut hæc nō eodē labefactata metu concidant. Q uare uidete num dubitandū uobis sit omni studio ad id bellū incubere: in quo gloria nominis uestri:salus sotiorū: uectigalia maxima:fortunæ plurimorū ciuiū cū.R·P. defendunt. Q uoniā de genere belli dixi;nunc de magnitudine belli Pauca dicā. Pōt. n.hoc dīci bellī genus ita esse necessariū ut sit gerendū:nō esse ita magnum ut sit ptimescēdū. In quo maxime laborandū ē:ne forte a uobis quæ diligentissime puidēda sūt: contēnenda esse uideantur. Atq; ut omnes intelligent me. L.Lucullo tantū imperti laudis:quantum fortis uiro & sapientissimo homini & magno impatri debeat:Dico eius in aduentu maximas Mithridatis copias oībus rebus ornatas atq; instructas:urbēq; Asiae clarissimā uobisq; amicissimā Cyzicenorū obseffam eē ab ipso rege maxima multitudine:& oppugnatā uehemētissime: quā,L.Lucullus uirtute:affiduitate:cōsilio sūmis obsidionis pīculis liberauit.

*Conclusio ab gen̄ belli
ep̄ legim*

DE IMPERIO CN. POMPEII.

Ab eodem imperatore classem magnā & ornatā: quæ ducibus sertorianis ad Italiam studio inflāmato rapere superatā eē atq; depressam. magnas hostiū p̄ terea copias multis præliis eē deletas: patefactūq; V̄ris legionibus eē pontū: q ante Po. Ro. ex oī aditu clausus esset. Sinopē atq; Amysum q̄bō i oppidis erāt domicilia regis oībus rebus ornata atq; referta: cæterasq; urbes Ponti & cappa' dociae pmultas uno auditio aduentu eē clausas. Regem spoliatū regno patrio atq; aucto ad alios se reges atq; ad alias gentes supplicē contulisse: atq; hæc oīa saluis p. ro. sociis atq; integris uectigalibus esse gesta. Satis opinor hoc eē laudis atq; ita reputo ut hoc uos intelligatis a nullo istorum: qui huic obtrectant legi atq; causæ. L. Lucullū similiter ex hoc loco eē laudatū. Requiritur fortasse nūc quēadmodum cum hæc ita sint: reliquum possit eē magnū bellū: cognosci te Q̄uirites. non. n. sine cā quāri uidet'. Primū ex suo regno sic Mithridates p̄ fugit: ut ex eodē Pōto illa Medea quondā pfugisse dicit': quā p̄dicant in fuga fratris sui mēbra in his locis: qua se parens persequeret dislippauisse: ut eorum collectio dispersa: m̄cerorq; patrius celeritatem p̄sequēdi retardaret: sic Mithridates fugiēs maximā uim auri atq; argēti: pulcherimarūq; rex oīum quas & a maiorib; acceperat: & ip̄o bello superiore ex tota Asia direptas in suū regnum cōgesserat. In ponto oīem reliqt. hæc dū nostri colligūt oīa diligētius: rex ip̄se e manibus effugit. Ita illum in persequēdi studio m̄ceror: hos lātitia retardauit. hūc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit: diffidētēq; rebo suis cōfirmauit: & afflictū erexit: perditūq; recreauit: cuius i regnū postea quā. Lu. Lucullus cū exercitu uenit: plures etiā gentes contra impatorē uestrū cōcitatae sunt. Erat. n. metus iniectus iis nationib;: quas nūq; P. R. neq; laceſſendas bello neq; tētādas putauit. Erat ēt alia grauis atq; uehemēs opinio: quæ per aīos gētiū barbarasq; puaserat: Phani locupletissimi et filiosissimi diripiēdi cā i eas oras nostrum exercitum esse adductum: Ita nationes multæ atq; magnæ nouo quodam terrore ac metu concitabantur. Noster autē exercitus & si urbem ex Tigranis regno ceperat: & præliis usus erat secundis: tamen nimia longinuitate locorum ac desiderio suorum cōmouebatur. Hic iam plura non dicam. Fuit enim illud extēnum: ut ex his locis a militib; nostris redditus magis matrus: q̄ processio longior quāreretur. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat & eosq; qui se ex eius regno collegerant: & magnis aduentitiis multorum regum et nationū copiis iuuabat'. hoc iam fere sic fieri solere accepimus: ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes allicitant ad misericordiam: maximeq; eorum: qui aut reges sunt: aut uiuunt in regno: ut regale iis nomen magnum & sanctum eē uideat'. Itaq; tantum uictus efficere potuit: quantum incolmis nūquam est ausus optare. Nā cum se in regnum suū recepisset: nō fuit eo contentus: quod ei præter spē acciderat: ut illam posteaq; pulsus erat terram unquam attingeret: sed in exercitum uestrum clarum atq; uictorem impecum fecit. Sinite hoc loco Q̄uirites sicut poetæ solēt: qui res Romanas scribūt.

Afflīctio magis

ORATIO.

præterire me uestram calamitatem :quæ tanta fuit :ut eam ad aures,L.Luculli non ex plio nūcius :sed ex sermone rumor afferret.Hic i illo ipso malo grauisimæ belli offensiōe.L.Lucullus:qui tum aliqua ex pte iis incōmodis mederi fortasse potuisset uestro iussu coactus:quod impīi diuturnitatē modū statuēdum ueteri exemplo putauistis :partem militum qui iā stipendiis confectis erant dimisit:partem Glabroni tradidit.Multa prætereo consulto:sed ea uos cōiectura pspicitis q̄tū illud bellum factū puetis:quod coniungant reges potentissimi;renouēt agitatæ nationes :fuscipliant integræ gentes:nouus imperator uester accipiat uetere expulso exercitu:Satis mihi multa uerba fecisse uideor quare hoc bellum esset genere ipso necessarium:magnitudine periculo sum:Restat ut de imperatore ad id bellum deligendo :ac tantis rebus p̄ficiendo dicēdū eē uideatur.Vtinā Q uirites uiros fortium atq̄ innocentium copiam tantam habet retis:ut hæc uobis deliberatio difficilis eēt:quenam potissimum tantis rebus & tanto bello præficiendum putaretis:Nunc uero cum sit unus Cn.Pompeius:q̄ non modo eorum hominum qui nunc sunt gloriā:sed etiam antiquitatis memoriam uirtute supauerit:quæ res est:quæ cuiusq̄ animū in hac cā dubium facere possit:Ego enī sic existimo in summo imperatore quattuor has res inesse oportere:scientiam rei militaris:uirtutem:auctoritatem:felicitatem.Q uis hoc homine scientior unquam aut fuit aut eē debuit:qui e ludo atq̄ disciplina pueritiae bello maximo atq̄ acerimis hostibus ad patris exercitum atq̄ in militiæ disciplinam profectus est.qui extrema pueritia miles fuit imperatoris summi.Ineunte adolescentia maximī ipse exercitus imperator:qui s̄epius cum hoste conflixit;q̄ quisquam cum inimico concertauit:Plura bella gessit q̄ ceteri legerunt:plures prouincias confecit q̄ alii concupierunt:cuius adolescentia ad sciētiam rei militaris non alienis præceptis :sed suis imperiis:non offenditionib⁹ belli:sed uictoriis:non stipendiis:sed triumphis est tradita. Q uod deniq̄ genus bellī esse potest in quo illum non exercuerit fortuna Reipub: Ciuite: Africānum: Transalpinum: Hispaniense: mixtum ex ciuitatibus atq̄ ex bellicosissimis nationibus:seruile:& nauale bellum.uaria & diuersa genera & bellorū & hostium non solum gesta ab hoc uno:sed etiam confecta nullam rem esse declarant in usu militari positam:quæ huius uiri scientiā fugere possit. Iam uero uirtuti.Cn.Pomp. quæ potest oratio par inueniri? Q uid est q̄ quisquā aut dignum illo aut uobis nouum:aut cuiquā inauditū possit afterre:Neque enī illæ sunt solæ & uirtutes imperatoriæ:quæ uulgo existimantur.Labor in negociis. fortitudo in periculis:industria in agendo:celeritas in conficiendo:consilium in prouidendo:quæ tanta sunt in hoc uno:quanta in oībus reliquis imperatoribus:quos aut uidimus:aut audiūimus non fuerunt.T estis est Italia:quam ipse idem uictor.L.Sylla huius uirtute & subsidio confessus est liberatam.T estis est Sicilia:quam multis undiq̄ cinctam periculis:non terrore belli:sed celeritate consiliū explicauit. T estis est Africa:quæ magnis oppressa hostium

DE IMPERIO CN. POMPEII.

copiis eorum ipsis sanguine redundauit. T estis est Gallia; per quā legionibus nostris in Hispaniam iter Galloꝝ iteremptio patefactum ē. T estis est Hispania: quæ s̄epissime plures hostes ab hoc superatos p̄stratosq; cōspexit. T estis ē iterum & s̄epius Italia: quæ cū seruili bello tetro periculoſoꝝ premeretur: ab hoc auxilium absente expetivit: quod bellum expectatioē Pompeii attenuatū atq; imīutum est: aduētu sublatū ac sepultū. T estes uero iam oēs oræ atq; oēs exteræ ḡetes atq; natiōes: deniq; maria oīa: tū uniuersatum i singulis oris oēs sinus atq; portus. Q uis.n.toto mari locus per hos ānos aut tam firmū habuit pr̄sidium ut tutus esset: aut fuit tam abditus ut lateret? Q uis nauigauit: qui nō se aut mortis aut seruitutis periculo comitteret? Cum aut hyeme aut referato pr̄donum mari nauigareſ. Hoc tantū bellū:tā turpe: tā uetus: tā late diuiſum atq; dis̄psum quis unq; arbitrareſ aut ab omnib; imperatoribus uno anno aut oībus annis ab uno iperatore Romano cōfici posse? Q uā puinciā tenuistis a pr̄donib; liberā p̄ hosce ānos? quod uectigal uobis tutū fuit? quē sociū defendistis? Cui pr̄sidio classib; uestris fuistis? Q uā multas existimatis ̄ſulas eē desertas? q̄ multas aut metū relictas: aut a pr̄donib; captas urbes esse ſorciōrum? Sed quid ego longinqua cōmemoro? fuit hoc quondā fuit proprium P.R. longe a domo bellare:& ppugnaculis imperii ſociꝝ fortunas non ſua teſta defendere. Sociis uestris ego mare clauſum per hosce annos dicam fuiffe: cū exercitus nostri a Brundusio nunq; niſi ſumma hyeme transmiferint. Q uid ad nos cū ab exteris nationib; uenirent captos querar? cum legati. P.R. redēpti ſint: mercatorib; tutū mare nū fuiffe dicā? cū duodecim ſecures i pr̄donū potestatem peruererint? Q uid aut Colophonē:aut Samum nobilissimas urbes innumerabilesq; alias captas eē cōmemorē? cū uestros portus atq; eos portus: quibus uitā:& ſpiritum ducitib; in pr̄donū fuiffe potestatē ſciatis: An uero ignoratis portum Caetæ celeberrimū atq; plenifl̄imū nauīu in ſpectātē p̄retoꝝ a pr̄donib; eſſe dīreptū. Ex Miseno aut̄ eius ipſius liberos q̄ cū pr̄donib; antea ibi bellum gesserat: a p̄donib; eē ſublatos? Nā quid ego hostiēſe icōmodū: atq; illā labē atq; ignominiā: Reip. querar? cū p̄pe ſpectatib; uobis classis ea cui cōſul. P.R. pr̄positus eēt a p̄donib; capta atq; oppreſſa ē. Proh dii imortales tanta ne unius hominis incredibilis ac diuina uirtus tam breui té pore lucem afferre. Reipu. potuit: ut uos qui modo ante hostium tyberinū classem hostium timebatis: nunc nullam intra Oceani hostium pr̄donum nauē eē audiatis. Atq; hāc qua celeritate gesta ſunt: quāquam uidetis: tamen a me in dicendo p̄ttereunda non ſunt. Q uis enī unquam aut obeundi negocii: aut quæſtus ſtudio tam breui tempore tot loca adire: tantos cursus conficere potuit: quam celeriter. Cn. Pomp. duce belli impetus nauigauit? Q ui Siciliam adiit: Africam explorauit: inde Sardiniam cum claſſe uenerit: nondum tempestiuo ad nauigandum mari. Atque hāc tria frumentaria ſubſidia Republicæ firmiſſimiſ pr̄ſidiis classib; muniuerit. Inde ſecum in Italiam

ORATIO.

recepisset duabus hispaniis: & Gallia Cisalpina præsidiis ac nauibus confirmata: missis in oram Illyrici maris & in Achaiam: omnemque Græciam nauibus Italæ duo maria maximis classibus firmissimisq; præsidiis adornauit. Ipse aut ut a Brundusio pfectus: unde quinquagesima die tota ad imperiū Po. Ro. Siciliam adiunxit: oēs q ubiq; prædones fuerūt p̄tī capti iterfecti q; sunt: partim unius huius impio ac potestati se dediderūt. Idē cretensib; cū ad eū usq; in Pāphiliam legatos deprecatoresq; misissent: spem deditiōis nō ademit: obsidesq; impauit: ita tantum bellum: tā diuturnū: tā longe lateq; dispsum: quo bello oēs gentes ac nationes p̄mebant. Cn. Pom. extrema hyeme apparuit: In eunte ue re suscepit: media æstate cōfecit. Est hæc diuīa atq; īcredibilis uirtus īperatoris. Quid cæteræ: quas pauloante cōmemorare cōperā quātæ atq; q multæ sunt? Nō. n. bellandi uirtus solum in sūmo perfecto ue īperatore quārēda ē: sed mul tæ sunt artes eximiæ huius administræ comitesq; uirtutis: Ac primū quāta in nocētia debent esse īperatores: quāta deinde oīb; in reb; tēperantia: q̄ta fide: q̄ta facilitate: q̄to ingenio: quāta humanitate: quæ breuiter quāta sint in Cn. Pō. cōsideremus. Sūma. n. oīa sunt Quirites: sed ea magis ex alior; cōtentioē q̄ ip̄sa per se cognosci atq; intelligi possunt. Quē. n. possumus īperatorē aliquo in numero putare: cuius in exercitu ueneāt cēturiatus atq; uenierit? Q uis hūc hominem magnū aut amplū de Rep. cogitare: qui pecuniā ex ærario deprōtam ad bellū administrandū aut ppter cupiditatē puincæ magistratib; diuferit: aut ppter avaritiam Romæ in quaestu reliquerit? Vesta admurmuratio facit Quirites ut agnoscere uideamini q̄ hæc fecerūt. Ego aut neminē nomino quare irasci mihi nemo poterit: nisi q̄ ante de se uoluerit confiteri. Itaq; ppter hæc avaritiā īperatoꝝ quātas calamitates quocūq; uentū sit uestri exercitus ferant: qs ignorat? Itinera quæ per hosce annos i Italia per agros atq; oppida ciuiū Ro. nostri īperatores fecerunt recordamini: tū facilius statuetis: qd apud exteras nationes fieri existimetis? Vtꝝ plures arbitramini per hosce annos militum uestroꝝ armis hostiū urbes: an hybernis socior; ciuitates eē deletas? Neq; enī pōt exercitum is cōtinere īperator: q se ipsum nō cōtinet. neq; seuerus eē in iudi cando: q alios in se seueros eē iudices nō uult. Hic miramur hunc hominē tam excellere cæteris: cuius legiones sic in Asia peruererint: ut nō modo manus tanti exercitus: sed ne uestigiu qdem cuiq; pacato nocuisse dicat. Iam uero quēadmodū milites hibernent quotidie sermones ac litteræ perferunt: non modo ut sumptum faciat in militem nemini uis affertur: sed ne cupienti quidē cuiquā permittit: hyemis enim nō avaritiæ perfugium maiores nostri in socio rum atq; amicorum teatris eē uoluerunt. Age uero cæteris in reb; qualis sit tem perantia considerate. Vnde illam tantam celeritatem & tam incredibilem cursum inuentum putatis? Non enim illum eximia uis remigum: aut ars inaudita quædam gubernandi: aut uenti aliqui noui tam celeriter in ultimas terras p̄tulerunt. Sed hæc res quæ cæteros remorari solent nō retardarunt. Non avaricia

DE IMPERIO CN.POMPEII.

ab instituto cursu ad p̄dam aliquā deuocauit. Non libido ad uoluptatem: non amoenitas ad delectationē: Non nobilitas urb̄is ad cognitionē: Non deniq; la bor ipse ad quietem. postremo signa & tabulas cæteraq; ornamenta græcorum oppidorū: quæ cæteri tollenda esse arbitrantur: ea sibi ille ne uisenda quidem existimauit. Itaq; omnes quidem nunc in his locis. Cn. Pom. sicut aliquem nō ex hac urbe missum: sed de cælo lapsum intuent̄. Nunc deniq; incipiunt credere fuisse hoīes Ro. hac quondam abstinentia: quod iam nationibus exteris incredibile ac falso memoriarū proditum uidebatur. Nunc imperii nostri splendor illis gentib; lucet. Nunc intelligunt non sine causa maiores suos tūm cū hac temperantia magistratus habebamus seruire Po. Ro. q; imperare aliis maluisse. Iam uero ita faciles aditus ad eum priuatorum: ita liberæ quærimoniæ de alioꝝ iniuriis esse dicuntur: ut is qui dignitate principib; excellit: facilitate infimis par esse uideaſ. Iam quantū consilio dicendi grauitate & copia ualeat: in quo ipso inest quædam dignitas imperatoria: Vos Q uirites hoc ipso in loco s̄ape cognostis. Fidem uero eius inter socios quantū existimari putatis: quā hostes omnium gentium sanctissimā iudicarint. Humanitate iam tāta est ut difficile dictu sit utr̄ hostes magis uirtutem eius pugnātes timuerint: an mansuetudinem uicti dilexerint. Et quis q; dubitat qn huic tantū bellum transmittendū sit: qui ad omnia uestræ memoriarū bella conficiēda diuinō quodam cōsilio natus esse uideaſ? Et quoniam auctoritas multū in bellis quoq; administrandis atq; impio militari ualet: certe nemini dubium ē: qn ea re ille idem ipse imperator plurimū possit. Vehementer aut̄ ptinere ad bella admini stranda: qd hostes: qd socii de impatorib; uestris existiment: qs ignorat: cum sciamus hoīes in tantis rebus ut aut̄ contēnant: aut̄ metuant: aut̄ oderint: aut̄ ament opinione nō minus famæ: q; alia certa ratione cōmoueri. Q uod igit̄ no men unquā in orbe terrarū clarius fuit? Cuius res gestæ pares: de quo hoīe uos: id quod maxīe facit auctoritatē tanta & tā p̄clara iudicia fecistis? An uero usq; ullam esse orā tam desertam putatis: quo non illius diei fama puaserit? Cum uniuersus. P.R. referto foro repletisq; omnibus templis: ex qbus hic locus cōspicī pōt unū sibi ad cōmune oīum gentium bellū. Cn. Pom. Impatorem depoposcit. Itaq; ut plura non dicam: neq; alioꝝ exemplis confirmē: quantū huius auctoritas ualeat in bello: ab eodem. Cn. Pom. omnium rerum egregiarū exempla sumantur: qui quo die a uobis maritimo bello præpositus est impator: tanta repente uilitas annonarū ex summa inopia & caritate rei frumentariæ cōsecuta est unius spe & noīe: quantā uix ex summa ubertate agroꝝ diurna pax eff; cere potuisset. Iā accepta in Pōto calamitate ex eo p̄lio de quo uos pau loante inuitus admonui: cū socii primuissent hostiū opes: animiꝝ creuissent: & cū satis firmum p̄sidiū pūntia nō haberet: amisissetis Asia. Q uirites: nisi ipsum eius temporis diuinitus. Cn. Pom. ad eas regiōes fortuna Po. Ro. attulisset. huius aduentus: & Mithridatē insolita inflāmatū uictoria continuuit: Et

ORATIO.

Tigranem magnis copiis minitatem Asiae retardauit: & quisquam dubitabit quod uirtute prefecturus sit quod tantum auctoritate preficerit? Aut quod facile impio atque exercitu socios & uectigalia conseruaturus sit qui ipso nomine ac rumore defenderit? Age uero illa res quantam declarat eiusdem hominis apud hostes. Po. Ro. auctoritatē: quod ex his locis tam longinqs tam diuersis tā breui tempore oēs una huic sed dederūt? Quod cretensium legati cū i eorum insula noster impator exercitusque esset ad. Cn. Pom. in ultimas ppter terras uenerūt. eiique se omnes cretensium ciuitates dedere uelle dixerunt. Quid idē ipse Mithridates: nōne ad eūdem. Cn. Pom. legatum usque in Hispaniā misit? eūque Pom. legatum semp iudicauit. Ii quibus semp erat molestū ad eum potissimum esse missum/ speculatorē quod legatū iudicari maluerūt. Potestis igit iam cōstituere Quirites hanc auctoritatē multis postea rebus gestis magnisque uestris iudiciis amplificatā: quantū apud illos reges: quantum apud exteris nationes ualiturā eē existimetis. Reliquum ē ut de fœlicitate quā ppter de seipso nemo pōt: meminisse & cōmemorare de altero possumus sicut æquū est homini de potestate deoꝝ timide & pauca dicamus. Ego. n. sic existimo Maximo: Marcello: Scipioni: Mario: & cæteris magnis impatoribus non solū ppter uirtutem: sed etiam ppter fortunam sæpius impia mandata atque exercitus eē cōmissos. fuit. n. pfecto quibusdā summis uiris quædam ad amplitudinem & gloriam & res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. De huius aut hoīs fœlicitate: quo de nunc agimus/hac utar moderatiōe dicendi: non ut in illius potestate fortunam positam esse dicam: sed ut ppterita meminisse reliqua sperare uideamur. Ne aut inuisa diis imortalibus oratio nostra / aut ingrata esse uideatur. Itaque nō sum pdicatus quātas ille res domi militiæque terra mariæque: quantaque fœlicitate gesserit: ut eius semp uoluntatibus nō modo ciues assenserint: socii obtemparint: hostes obedierint: Sed et uenti tempestatesque obsecundarint. haec breuissime dicam: Nemine unquam tam impudentē fuisse: quod a diis imortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare: quot & quantas dii imortales ad Cn. Pom. contulerūt. quod ut illi ppterium ac ppetuum sit Quirites: tum cōmunis salutis atque imperii: tū ipsius hoīs causa / sicuti facitis / uelle & optare debetis. Quare cū & bellū ita sit necessariū: ut negligi non possit: Ita magnū: ut accuratissime sit administrandum: Et cum ei imperatorē pfectere possitis: in quo sit eximia bellī scientia: singularis uirtutis: clarissima auctoritas: egregia fortuna: dubitatis Quirites quod hoc tantum boni: quod a diis imortalibus oblatū & datū est in Remp. conseruandā atque amplificandā conferatis. Quod si Romæ. Cn. Pom. priuatus eēt hoc tempore: in ad tantum bellum is erat deligendus atque mittendus: Nunc cū ad summas cæteras utilitates haec quoque opportunitas adiungat: ut in his ipsis locis adsit: ut habeat exercitū: ut ab iis quod hinc accipe statim possit: quod expectamus: Aut cur nō ducibus diis imortalibus eidē cui cætera/ summa cū salute Reip. cōmissa sūt: hoc quoque bellū regiū cōmittamus? At. n. uir clarissimus Reip. & ue-

DE IMPERIO CN.POMPEII.

stris beneficiis amplissimis affectus.Q .Catulus:Itēq; summis ornamētis ho/
noris:fortunæ:uirtutis:ingenii p̄ditus.Q .Hortēsius ab hac ratiōe dissentīūt:
quorū ego auctoritatē apud uos multis locis plurimū ualuisse:& ualere oportet
re cōfiteor.Sed in hac causa tāetsi cognoscitīs auctoritates cōtrarias fortissi/
morum uiros & clarissimorū:tñ omīssis auctoritatibus ipsa re:& ratione exq/
rere possumus ueritatem.Atq; hoc facilius;q; ea omnia quæ a me adhuc dicta
sunt iidem isti uera eē concedunt:& necessarium bellum esse & magnum:& in
uno Cn.Pom.summa eē omnia.Q uid igit̄ ait Hortensius si oīa uni tribuē
da sunt:unū dignissimū eē Pom.sed ad unum tñ oīa deferri nō oportere.Ob/
soleuit iā ista oratio/re multo magis q̄ uerbis refutata.Nā tu idem.Q .Hortē/
si multa p̄ tua summa copia ac singulari facultate dicendi & in senatu cōtra ui/
rum forte Aulū Gabiniū grauiter ornateq; dixisti:cū is de uno impatore cōtra
p̄dones cōstituendo legē p̄mulgasset: Et ex hoc ipso loco permulta idē cōtra
legē uerba fecisti .Q uid tū per deos īmortales si plus apud Po.Ro.auctori/
tas tua quā ipsius Po.Ro.salus & uera cā ualuisse: hodie hanc gloriā atq; hoc
orbis terræ imperiū teneremus? An tibi tū imperiū eē hoc uidebat̄ cum Po.
Ro.legati:p̄tores:quæstoresq; capiebāt̄? cū ex oībus p̄uintiis cōmeatu & pri/
uato & p̄ublico prohibebant̄? Cū ita clausa erant nobis omnia maria:ut neq;
priuatā rē maritimā neq; publicā iā obire possemus? Q uæ ciuitas antea un/
quā fuit nō dico atheniensiū:quæ satis late quondā mare tenuisse dicit̄:nō car/
thaginensiū:q̄ p̄multū classe maritimisq; rebus ualuerunt:nō Rhodiorū: quo
rum usq; ad nostram memoriam disciplina naualis & gloria remansit. quæ ciui/
tas antea unq; tam tenuis/tā parua insula fuit: quæ nō portus suos & agros &
reliquā partē regionis atq; oræ maritimæ per se ipsam defenderet? At hercle
aliquot annos cōtinuos ante legem Gabiniam ille.Po.Ro.cuius usq; ad no/
stram memoriam nomē inuictum in nauibus pugnis permansit: magna ac
multo maxima pte non mō utilitatis: sed dignitatis atq; imperii caruit. Nos
quorum maiores Antiochum regē classe Persemq; suparunt: omnibusq; na/
uibus pugnis carthaginenses hoīes in maritimis rebus exercitatiſſimos para/
tissimosq; uicerunt:hi s nullo in loco iā p̄donibus pares esse poteramus. Nos
quoq; q̄ antea nō modo Italiā habehamus tutā: sed oēs socios in ultimis oris
auctoritate nostri imperii saluos p̄stare poteramus:tū cū insula Delos tā pro/
cul a nobis in ægeo mari posita: quo oēs undiq; cum mercibus atq; oneribus
cōmeabant referta diuitiis parua sine muro nihil timebat:iidem nō modo pro/
uintiis atq; oris Italiae maritimis ac portibus nostris: sed et̄ appia iā uia careba/
mus. Et his temporibus nō pudebat magistratus Po.Ro.in hunc ipsum locū
ascendere:cū eum uobis maiores nostri exuuiis nauticis & classiū spoliis orna/
tū reliquissent.Bono te aio tum.Q .Hortensi Po.Ro.& cæteros qui erant in
eadem sententia dicere existimauit ea:quæ sentiebatis.Sed tñ in salute cōmu/
ni idē Po.Ro.dolori suo maluit q̄ auctoritati uestræ obtempar̄.Itaq; una lex:

ORATIO.

unus uir:unus animus nō modo uos illa miseria aut turpitudine liberauit:sed etiam effecit:ut aliquā uere uideremur oībus gētibus ac natiōibus terra mariq; imperare.Q uo mihi ēt indignius uidet̄ obtrectatū esse adhuc Gabiniō dicā: an ne Pompeio:an utriq; id qd̄ est uerius:ne legaretur Aulus Ga.Cn.Pō, expertenti ac postulāti.V trū ille q postulat legatū ad tantū bellum quē uelit : idō neus nō est q impetrat̄:cū cæteri ad expilandos socios: diripiendasq; prouintias quos uoluerūt legatos eduxerint.An ipse cuius lege salus ac dignitas Po.R.o.atq; oībus gētibus cōstituta est: expers eē debet gloriæ eius imperatoris: atq; eius exercitus:q cōsilio eius atq; periculo ē cōstitutus ? An Cn.Falcidius Q.Metellus.Q.Cælius Latiniensis:Cn.Lentulus:quos omnis honoris cā nomino:cur Tr.ple.fuissēt anno pximo legati eē potuerūt. In hoc uno Gabi nio sunt tam diligētes:qui i hoc bello qd̄ lege gabiniā geritur in hoc impatore atq; exercitu:quē p se ipse cōstituit:& p̄cipuo iure esse deberet : de quo legādo cōsule spero ad senatū relatueros:q si dubitatūt:aut grauabūt:ego me pro fiteor relaturū.Neq; me impediet eius'Q uirites inimicum edictum:quo mi nus fretus uobis uestrum ius bñficiūmq; defendam . Neq; p̄ter intercessionē qcquā audiam:de qua ut arbitror isti ipsi q minātur.etiā atq; ēt qd liceat con siderabūt.Mea quidem sentētia Q uirites unus Aulus Ga.belli maritimi re rūq; gestarum Cn.Pom.ascribit̄:propterea q alter illud bellū suscipiēdū ue stris suffragiis detulit:alter delatū susceptūq; confecit.R eliquum ē:ut de.Q . Catuli auctoritate & sentētia dicēdum eē uideatur:q cum ex uobis quaereret si in uno.Cn.Pom.oīa poneretis:si quid de eo factū esset:in quo spem es̄letis habituri:cepit magnū suæ uirtutis fructū ac dignitatēs:cū oēs prope una uoce in eo ipso uos spem habituros esse dixistis.Et.n.talis est uir ut nulla res tāta sit ac tam difficultis:quā ille nō & cōsilio regere:& integritate tueri: & uirtute cōficer possit.Sed in hoc ipso ab eo uehemētissime dissentio: quod quo minus certa est hoīum ac minus diuturna uita:hoc magis Respu. dum per deos immortales licet frui debet summi hoīis uita atq; uirtute . At.n.inquit noui nihil fiat cōtra exempla atq; iſtituta maiorē . Nō dico hoc loco maiores nostros sem per i pace cōsuetudini:i bello utilitati paruisse:sem̄ ad nouos casus temporē nouoq; cōsilioq; ratiōes accōmodasse.Nō dicam duo bella maxima punicū & hispaniense ab uno impatore esse cōfecta:duas urbes potētissimas : quæ huic īpīo maxīe minabāt̄ Carthaginē atq; Numātiā ab eodē Scipioē esse dele tas.Nō cōmemorabo nup̄ ita uobis patribusq; uestris eē uisum : ut in uno.C. Mario spes īpīi ponere:ut idē cū lugurtha:idē cū Cimbris:idē cū Theutonis bellū administraret.In ipso Cn.Pō,i quo noui cōstitui nihil uult.Q .Catulus q multa sint noua sūmaq; Catuli uolūtate cōstituta recordamini.Q uid tam nouū q adoleſcētulū priuatū exercitū diffīlici R eip.tempore cōficer: cō fecit.huic p̄esse:etiam pr̄fuit.rem optime ductu suo gerete:gessit : quid tam pr̄xter consuetudinem q homini peradolescenti : cui a senatorio gradu aetas

DE IMPERIO CN.POMPEII.

longe abesset imperiū atq; exercitū dari? Siciliam pmitti:atq; Africā:bellūq;
in ea administrandū. Fuit in his prouintiis singulari innocētia:grauitate:uir/
tute:bellum ī Africa maximū confecit:uictore exercitū deportauit. Q uid ue/
ro tam inauditū q eqtē R.o.triumphare? At eā quoq; rē Po.Ro.nō modo ui/
dit:sed ēt studio oī uisendam putauit. Q uid tā inusitatū q cum duo consules
clarissimi fortissimiq; essent.eques R.o.ad bellū maximū formidolosissimūq;
p cōsule mitteret? missus ē.Q uo qdē tpe cū effet nō nemo in senatu:q dice/
ret nō oportere mitti hoīem priuatū p consule.L.Philippus dixisse dicit' non
se illū sua sentētia p cōsule:sed pro cōsulibus mittere.Tāta in eo Reip. bñ ge/
rendæ spes cōstituebat:ut duorū cōsulū munus unius adolescentis uirtuti cō/
mitteret.Q uid tā singulare q ut ex.S.C.legib; solutus:cōsul ante fieret:q ul/
lum aliū magistratū p leges cape liciisset? Q uid tam incredibile q ut iterum
eques R.o.ex.S.C.triumpharet.Q uaē in oībus hoībus noua post hoīum me/
moriā cōstituta sunt:ea tā multa nō sunt q hæc quæ in hoc uno hoīe uidemus.
Atq; hæc tot exempla tanta ac tā noua pfecta sunt in eundē hoīem a.Q .Ca/
tulo:atq; a cæteroq; eiusdē dignitatis amplissimorū hoīum auctoritatē. Q ua/
re uideant ne sit periniquū & nō ferendū illoq; auctoritatē de Cn.Pom.digni/
tate a uobis cōprobata semp esse:Vestrū ab illis de eodē hoīe iudiciū Po.q;
R.o.auctoritatē improbari:pserit cū iam suo iure.Po.R.o.in hoīe suā aucto/
ritatē:uel contra oēs q dissentiunt possit defendere:pptera q istis reclaman/
tibus uos unū illū ex oībus delegistis:quē bello pdonū pponeretis.hoc si uos
temere fecistis:& Reip.paq;cōsulustis:recte isti studia uestra suis cōsiliis re/
gere conant'.Sī autē uos plus tū in Rep.uidistis:uos his repugnatibus per/
uos metipsos dignitatē huic imperio:salutē orbī terrarū attulistis/aliquā isti pri/
cipes:& sibi & cæteris Po.R.o.uniuersi auctoritatē parendū eē fateant'.Atq; ī
hoc bello asiatico & regio non solū militaris illa uirtus:quæ ē ī.Cn.Pom.sin/
gularis:sed alia quoq; uirtutes animi multæ sunt:& magnæ reqrunt'.Diffici/
le est in Asia/Cicilia/Syria regnisq; interioreq; nationū ita uersari uestig; Impa/
torem:ut nihil aliud q de hoste ac laude cogitet:Deinde ēt si qui sint pudore
ac tempantia moderatores tñ eos eē tales pp multitudinē hoīum cupidorū ne/
mo arbitrat'.Difficile ē dictu Q uirites quāto in odio simus apud exteras na/
tiones:pp eorū quos ad eas hoc āno cum īmpio misimus iniurias ac libidines.
Q uod.n.fanū putatis in illis terris uestris magistratib; religiosū? Q uā ciui/
tate sanctam? Q uā domum satis clausam ac munitā fuisse? Vrbes iam locu/
pates & copiosæ reqrunt':quibus cā belli ppter diripiendi cupiditatē infera/
tur.Libenter hoc corā cum.Q .Catulo &.Q .Hortensio disputerē sūmis &
clarissimis uiris. Nouerunt.n.sotiorū uulnera:uident eorū calamitates:que/
rimonias audiūt:p sociis uos contra hostes exercitū mittere putatis? An ho/
stium simulatione cōtra socios atq; amicos? Q uā ciuitas ē in Asia:quæ non
modo unius īmpatoris aut legati: sed unius tribuni militum animos ac spem

ORATIO.

capere possit? Quare etiam si quae habetis: quod collatis signis exercitus regios superare posse uideat: tamen nisi erit idem qui se a pecuniis socrorum: qui ab eorum cōiugib⁹ ac liberis: qui ab auro gazaq; regia manus oculos animū cohibere possit: Nō erit idoneus qui ad bellū asiaticū regiumq; mittat. Et quā putatis ciuitatem pacatā fuisse quae locuples sit? & quā esse locupletem quae istis pacata esse uideat? Ora maritima. Cn. Pom. non solū pp rei militaris gloriam: sed etiam pp animi cōtinentiam req̄sivit. Videbat. n. Po. Ro. nō locupletari quot annis pecunia publica p̄ter paucos: neq; eos quicquā aliud assequi classiū nomine nisi ut detrimentis accipiēdis maiore affici turpitudine uideremur. Nūc qua cupiditate hoīes in prouintias: qbus iacturis: qbus conditionibus p̄ficiuntur: ignorant uidelicet isti: q ad unum deferenda esse oīa non arbitrantur: quasi uero. Cn. Pom. nō suis uirtutibus: sed alienis uitiis magnum esse uideamus. Quare nolite dubitare quin huic uni credatis omnia q̄ inter annos tot unus inuentus sit: quem socii in urbes suas cū exercitu uenisse gaudeant. Quod si auctoritatibus hanc causam Quirites confirmandā putatis: est uobis auctor uir belloq; omniū maximarūq; rex peritissimus. P. Seruilius: cuius tantæ res gestæ terra mariq; extiterūt: ut cū de bello deliberetis auctor uobis grauior eē nemo debeat. Est. C. Curio summis uestris beneficiis maximisq; rebus gestis summo ingenio & prudentia p̄ditus. Est. Cn. Lentulus in quo oēs p amplissimis uestris honoribus summū consilium summā grauitatē esse cognoscitis. Est. C. Cassius integritate: uirtute: constantia singulari. Quare uidete ut hoīe auctoritatibus illog; orationi q̄ dissentient respondere posse uideamur. Quae cum ita sint. C. Manili primū iſlam tuam & legem & uoluntatem & sententiam laudo: uehementissimeq; comprobo. Deinde etiam hortor ut auctore. P. R. maneras in sententia: ne ue cuiusquā uim aut minas pertimescas: primū in te satis esse animi constantiæq; arbitror. Deinde cum tantam multitudinē cū tanto studio adesse uideamus: quantam nō iterum in eodē homine p̄ficiendo uidimus. qd est q̄ aut de re aut de p̄ficiēdi facultate dubitemus? Ego autem quicquid in me ē studii: consilii: laboris: ingenii: quicqd hoc bñficio. Po. Ro. atq; hac potestate p̄toria: q̄cqd auctoritate: fide: constātia possum: id omne ad hanc rem conficiendā tibi &. Po. Ro. p̄lliceor: ac defero. Testorq; omnes deos & maxime eos q̄ huic loco temploq; p̄sident: qui oīum mentes eorū q̄ ad Rempu. adeunt maxime perspiciunt: me hoc neq; rogatu facere cuiusq; neq; quo. Cn. Pom. gratiā mihi p̄ hac causam cōciliari putem: neq; quo mihi ex cuiusq; amplitudine aut p̄sidia periculis aut adiumenta honoribus querā: ppter ea q̄ pericula facile ut hoīes p̄stare oportet innocētia recti pellemus. honorem aut neq; ab uno neq; ab hoc loco: sed cadē nostra illa laboriosissima ratione uitæ si uestra uoluntas seret: consequemur. Quā obrem qcqd in hac cā mihi susceptum est Quirites: id omne cā Reip. suscepisse confirmo. Tantūq; abest ut aliquam bonā gratiam mihi quæsisse uidear: ut multas etiam simulta

PRO MILONE.

tes partim obscuras: ptim apertas intelligatis mihi nō necessarias: uobis nō in utiles suscepisse. Sed ego me hoc honore p̄ditum tantis bñficiis affectū statui Q uirites uestrā uoluntatē & R eip. dignitatē: & salutem p̄uintiaḡ atq; sociorum meis omnibus cōmodis & rationib⁹ præferre oportere.

M.T.C.PRO TITO ANNI MILONE ORATIO.

ationem meam in primis exemplaria
universitatis à Capitolo

Sua loca. b. 1. folio 60v. Man
uscripta quoniam a me & post expert
ationem meam in primis exemplaria
universitatis à Capitolo

Coronatio ad foedatam b. 1. folio 60v.
b. 1. folio 60v. Manuscripta quoniam a me & post expert
ationem meam in primis exemplaria
universitatis à Capitolo

Narratio declamatoria con
tra Milonem. b. 1. folio 60v. Manuscripta quoniam a me & post expert
ationem meam in primis exemplaria
universitatis à Capitolo

Narratio declamatoria con
tra Milonem. b. 1. folio 60v. Manuscripta quoniam a me & post expert
ationem meam in primis exemplaria
universitatis à Capitolo

Repetitio

Decempsa proponit
Vergilius p̄sonam suam
agronomus sit dicta a Vergilius
et quod sit socius
pennae & locusta. Julilius
et Domenus p̄sonas q̄
et dicitur socius et dicitur
et dicitur socius et dicitur

Orabat se totū usq; ad ianuam ORATIO.

spem possessionum terminabat suarum: qui cū ab equite Rō. splendidissimo & forti Tito Pacanio nō impetrasset: ut insulam in lacu precio uenderet: re pente l' in tribus in eā insulam / materiam / calcem / cementa / atq; arma conuexit: domino trans ripam spectante non dubitauit adificiū extruere in alieno: qui huic. Tī. Furfanio cui uiro dī immortales: quid. n. de muliercula Sanctia quid de adolescente Aporio dico: quoq; utriq; mortem est minitatus: nī sibi hortor & possessione cessisset. sed ausus est Furfanio dicere si sibi pecuniā quam tam poposcerat nō dedisset se mortuū in domum eius esse illaturum: qua inuidia huic esset tali uiro conflagrandū: qui Appium fratrem hoīem mihi cōiunctū fidissima gratia absentem de possessione fundi deiecit: qui parietem sic per uestibulū sororis instituit ducere. sic agere fundamēta: ut sororē nō uestibulo priuaret: sed omni aditu & limine, quāq; hāc quide iam tolerabilia ui debantur: & si æquiter in Rép. in priuatos: in longinquos: in propinquos: in alie nos: in suos irruerat. Sed nescio quo modo iam usū obdūruerat: & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia: quāq; uero acerant iam & ipēdebant quonā modo ea aut depellere potuisset: aut ferre imperiuū si ille nactus esset. Omitto socios: exterias nationes: reges: tetrarchas. Vota. n. feceratis ut in eos se portius mitteret q̄ inuestras possessiones: uestra tecta: uestras pecunias. dico a liberiis mediussidius & a coiugibus uestris nunq; ille effrenatas suas libidines cohibuisset. Fingi hāc putatis: quā patēt: quā nota omnibus: quā tenentur ser uorum exercitus illum in urbe conscripturum fuisse per quos totam Rēpu. resq; priuatas oīum possideret. Quaoibrem si cruentum gladium tenens clamaret. Tī. Annus: adeste quālo atq; audite ciues. P. Clodium interfeci: eius furores: quos nullis iam legibus: nullis iudiciis frenare poteramus: hoc ferro &

hac dexterā a ceruicibus repulsi: per me unum effectū est ut ius: æquitas: leges: libertas: pudor: pudicicia in ciuitate manerent. Enī uero timendū quonā modo id factū ferret ciuitas: nunc. n. qs est qui non probet: q̄ non laudet q̄ nō unum post hominū memoriam. Tī. Annū plurimum Reipu. profuisse maxima lætitia Po. Ro. cunctam Italiā: nationes oēs affecisse & dicat & sentiat. Nequeo illa uetera Po. Ro. gaudia quanta fuerint indicare. multas tñ iā summos & imperatores clarissimas uictorias ætas nostra uidit: quag; nulla neq; tam diuturnā attulit lætitiam nec tanta. Mandate hoc memoriae iudices: spero multa uos liberosq; in Repu. bona ee uisuros. In his singulis ita semper existimabitis: uiuo. P. Clodio nūf contingere potuisse arbitraremini? Quid ea quā tenetis priuata atq; uestra dominante hoīe furioso: quod ius perpetuæ possessionis habere potuissent: non timeo iudices ne odio iniuriarum mearū inflamatus libentius hāc in illum euomere uidear quā uerius. Etenim et si præcipuum esse debebat: tamen ita communis erat omnium ille hostis: ut in com muni odio penē æqualiter uersaretur odium meum. Non potest dici satis: ne cogitari quidem quantum in illo sceleris: quantum exitū fuerit: quin sic

Comunicatō

PRO MILONE.

Spanalapfis

attendite iudices: nempe hæc est q̄stio de interitu. P. Clodii. *girl & wort claus* *ingite animis. lib* *beræ. n. sunt cogitationes uestræ: & quæ uolunt sic intuentur: ut ea cernimus q* uidemus. Fingite igit̄ cogitatione imaginem huius cōditionis meæ: si possim efficere: ut Milonem absoluatis: sed ita si. P. Clodius reuixerit. qd uultū exti muistis: quonam modo ille uos uiuus affecerat: q̄ mortuus inani cogitatione percussit. quid si ipse. Cn. Pdm. qui ea uirtute ac fortuna ē: ut ea potuerit semp quæ nemo p̄ter illum: si is inquā potuisset: ut questionem de morte. P. Clodii ferre: sic ipsum ab inferis reuocare: propter Rempu. non fecisset. Eius igit̄ mortis sedetis ultores: cuius uitam si puretis p̄ uos restitui posse nolitis: & de eius nece lata quæstio est: qui si eadem lege reuiviscere posset: lata lex nūquā esset. Huius igit̄ interfector non esset in cōfitedo ab his impetraturus ne pœnam timeret quos liberauisset. Græci hoies deoꝝ honores tribuunt iiſ uiiris: q̄ tyrannos necauerūt: quæ ego uidi Athenis: quæ in aliis urbibus græciae: quas res diuinas talibus institutas uiris: quos cantus: quæ carmina? prope ad imortalitatem & religionem: & ad memoriam consecrant. Vos tanti conseruatorem populi: tanti sceleris ultorem: non mō honoribus nullis afficietis: sed ad supplicium rapi patiemini. Confiteret: confiteret inquā si fecisset: & magno aio & liberente se fecisse libertatis omnium cā: quod certe ei no cōfitedū modo: uerū etiam p̄dicandum. Etenim si id non negat: ex quo nihil petit: nisi ut cognoscat: dubitaret id fateri ex quo ē p̄mia laudis essent petēda. Nisi uero gratius putat esse uobis sui se capitis q̄ uestri ordinis defensorem fuisse: cū p̄sertim in ea confessione si grati esse uelletis: honores assequeretur amplissimos: si factū uobis non probaretur: q̄q̄ qui poterat salus sua cuiquam non p̄bari: sed tamē si minus fortissimi uiri uirtus ciuibus grata cecidisset: magno aio constantiq; recederet ex ingrata ciuitate. Nam quid eēt ingratius q̄ latari cæteros: lugere cū solum pp̄ quem cæteri latarentur. Quāq; hoc aio omnes semper suimus in patriæ proditoribus opprimendis: ut quoniam nostra futura esset gloria: periculum quoq; & inuidiam nostram esse putaremus. Nā quæ mihi contribuēda laus esset ipsi: cum tantum in consulatu meo p̄ uobis ac liberis uestris ausus essem: si id quod conabar sine maximis dimicacionibus meis me eē ausurum arbitrarer. quæ mulier sceleratum ac pernicioſum ciuem occidere non auderet: si periculum non timeret: proposita inuidia morte pœna qui nihilo segnius Rempu. defendenter. Is uere putandus est. Populi graui est p̄tmis afficere meritos bene de Repub. citēs. Viri fortis ne suppliis quidem moueri: ut fortiter fecisse pœnitent. Quām obrem uteretur eadem confessione Annius: qua Hala: qua Nassica: qua Opimius: qua Marius: qua nosmetipſi: & si grata Respub. esset lataretur: si migrata: tamē in graui fortuna conscientia sua miteretur: sed huius beneficii gratiam iudices fortuna Ro. Ro. & uestra felicitas & dī immortales sibi deberipūt. Nec uero quisquam aliter arbitrari potest: nisi qui nullam maiestatem

Expositio anguis
fastigia & fronta
g. sache ap. David,
rebus & Campania

Agricolitū p. libent: iſſis
fort. & form. & ex. ple. gravis
q̄j. in amicid. magna summa &
statuas publicas astrovivas
in fidelitas & fortis
act. & Ciuitatis priuatas & p̄p̄
lambet & p̄p̄tūd. q̄ in p̄p̄
suppliis aut & locis q̄q;
aril factū uerbi di Milon
in fronte locis p̄p̄tūd.
ad suppliis & uisib. ibis

Alludit ad locū cōmuni grandis
p̄p̄tūd. facilius magnū
memorabile

omis. s. fortis nominant

transfert s. s. & fortitudino
& prop̄p̄tūd. q̄ in uerbi in pilis
q̄m. & in fortis. sit. & defens.
q̄m. & uerbi in fortis. & in fortis.
Q̄m. & in fortis. q̄m. q̄m.

ORATIO.

esse putat numen uē diuinū: quem neq; ī imperii uestri magnitudo: nec sol ille neq; cæli nec signorum motus: nec tricūlitudines rerū atq; ordines mouēt.
 neq; id qd' maximum est/ maiorum sapientia: q sacra: qui ceremonias: qui au-
 spicia & ipsi sanctissime coluerunt: & nobis suis posteris prodiderunt. & e p/
 fecto illa uis: neq; in his corporibus atq; in hac imbecillitate nostra inest qd/
 dam qd' uigeat & sentiat. & non inest in hoc tanto naturæ tam pclaro motu:
 nisi forte iccirco non putant quia non apparet: nec cernitur: perinde quasi no-
 stram ipsam mentem qua sapimus: qua prouidemus: qua hæc ipsa agimus ac
 dicimus: V idete aut plane qualis: aut libi sit lentire possūmus: ea uis: ea est igi-
 tur quæ s̄aepē incredibiles urbi huic fœlicitates atq; opes attulit: quæ illam p/
 nitiem extinxit ac sustulit: cui primum mentem iniecit: ut ui irritare ferroq; la-
 cessere fortissimum uirum auderet: uincereturq; ab eo: quem si uicisset: habi-
 turus esset impunitatem & licentiam sempiternam. Non est humano consilio
 ne mediocri quidem iudices deoꝝ immortalium cura res illa perfecta. Reli-
 giones mehercule ipsæq; aræ cum illam belluam cadere uiderunt: cōmouisse
 se uidentur & ius suum in illo retinuisse. V os autem albani tumuli atq; luci:
 uos inquā imploro atq; obtestor: V osq; albanorum obrutæ aræ sacerorum Po.
 Ro. sotiaꝝ & æquales: quas ille p̄ceps amentia cæsis prostratisq; sanctissimis lu-
 cis substructionum insanis molibus opp̄sserat. V estræ tum aræ: uestræ reli-
 giones uiguerunt: uestra uis ualuit: quam ille omni scelere polluerat. Tuq; ex
 tuo edito monte latialis sancte Iuppiter: cuius ille lacus/nemora/finesq; s̄aepē
 omni nefario stupro & funere macularat: aliquando ad eum puniendum ocu-
 los aperuisti. V obis illæ uobis uestro in conspectu seræ: sed iustæ tamē & de-
 bitæ pœnæ solutæ sunt. n̄isi forte hoc etiam casu factū eē dicemus: ut ante ipsū
 sacrarūm bonæ deæ: qd' est in fundo Tī. Sexti Galli in primis honesti & or-
 nati adolescentis ante ipsam inquā bonam deā cum plūm cōmisisset: primū
 illud uulnus acceperit: quo tēterrīmā mortem obiret: ut non absolutus iu-
 dicio illo nefario uideretur: sed ad hanc insignem pœnam reseruatus. Nec ue-
 ro non eadem ira deorum hanc eius satellitibus iniecit amentiam: ut sine ima-
 ginib; sine cantu ac ludis: sine exequiis: sine lamētis: sine laudationib; ob-
 litus crōre & luto: spoliatus illius supremi diei celebritate: quam concedere
 etiam inimici solent: ambureretur etiam abiectus. Non fuisse credo fas cla-
 rissimorum uirorum formas illi tēterrīmo parricidæ aliquid afferre: neq; ullo
 in loco potius mortem eius lacerari: q̄ in quo uita eius esset damnata. Dura
 mihi mediussidius iam fortuna Po.Ro.& crudelis uidebatur. quæ tot annos
 illum in hanc Rempu. insultare pateretur. Polluerat stupro sanctissimas re-
 ligiones: senatus grauissima decreta perfregerat: pecunia se iudicibus palam
 redemerat: Vexarat in tribunatu senatum: omnium ordinum consensu pro
 salute Reipu. gesta resciderat: me patria expulerat: bona diripuerat: domum
 incenderat: liberos: coniugem meam uexauerat. Cn.Pom. nefarium bellum

PRO MILONE.

indixerat: magistratum priuatorumq; cædes effecerat: domum mei fratri in
cenderat: uastarat heturiam: multos sedibus ac fortunis eiecerat: instabat: ur-
gebat capere eius amentia ciuitas Italia: prouinciae regna non poterant. Incide-
bant iam domi leges: quæ nos nostris seruis addicerent: nihil erat cuiusquam
quod qdem ille adamasset: qd' non hoc anno suum fore putaret: obstabat eius
cognitionibus nemo pter illum Milone ipsum: q poterat obstat. Cn. Pom.
nouo reditu in gratiam quasi deuinctum arbitrabat. Cæsar's potentiam suam
potentiam esse dicebat: bonorum aios in meo casu contempserat. Milo unus
urgebat: Hic dii imortales (ut supra dixi) mentem dederunt illo perditæ ac fu-
rioso ut huic faceret insidias. aliter perire pestis illa non poterat. Nunq illum
Respu suo iure esset ulta. senatus credo ptorem illu circumscripsisset: ne cu so-
lebat id quidem facere: in priuato eodem: hoc aliquid proferat: an consules in
pto coercendo fortes fuissent? Primum Milone occiso habuisset suos con-
sules: deinde quis in eo pto consul fortis esset: per quem tribunum uirum co-
sularem crudelissime necatum esse meminisset: oia possideret teneret lege no-
ua: quæ est inuenta apud eum cu reliquis legibus Clodianis. seruos nostros li-
bertos suos fecisset. Postremo nisi eum dii imortales in eam mentem impu-
lissent: ut homo effeminatus fortissimū uirum conaret occidere: hodie Rép.
nullam haberetis. at ille pto. Ille uero consularis: Si modo hac tepla atq; moe-
nia stare eo uiuo tam diu: & consulatum eius expectare potuissent: ille deniq;
uiuus malis nihil fecisset: qui mortuus uno ex suis satellitibus Sexto Clodio
duce curiam incenderit: quo quid miseriis: quid acerbis: quid luctuosius?
Vidimus templum sanctitatis: amplitudinis: mentis: consilii publici: caput ur-
bis: aram sociorum: portum omnium gentium: sedem ab uniuerso populo co-
cessam uni ordini inflamari: excindi: funestari: neq; id fieri a multitudine im-
perita: qq esset miserum id ipsum: sed ab uno qui cum tam ausus sit ulti-
mortuo: quid signifer pro uiuo non esset ausus: in curiam potissimum abie-
cit: ut ea mortuus incenderet: q uiuus euerterat: & sunt qui de via Appia quer-
rantur: raceant de curia. & quando ab eo spirante forum potuisset defendi: cu-
ius cadaueri non restiterit curia. Excitate excitate ipsum si potestis a mortuis:
frangetis impetum uiui cuius uix sustinetis furiam in seculi: nisi uero susti-
nuistis eos: qui cum facibus ad curiam cucurrerunt: cum falcibus ac rastris: cu
gladiis toto foro uolstarunt. cædi uidistis Po. Ro. concionem gladiis distur-
bari: cum audiret silentio. M. Cælius tribunus plebis: qui orabat de hac re
uir fortissimus: & in suscepta causa firmissimus: & bonorum uoluntati & au-
toritati senatus deditus: & in hac Milonis siue inuidia siue fortuna singula-
ri diuina & incredibili fidei. Sed iam satis multa de causa: & extra causam etiā
nimis fortasse multa. quid restat: nisi ut ore obtesterq; uos iudices: ut etiam
misericordiam tribuatis fortissimo uiro. quam ipse non implorat: ego autem
repugnante hoc imploro & exposco. Nolite si in uestro omnium fletu nullā

D

ORATIO.

Iachrymam aspexitis Milonis: si uultum semper eundem: si uocem: si orationem stabilem ac nō mutatam uidetis hoc minus ei parcere. Atq; haud scio an multo sit etiam adiuuandus magis. etenim si in gladiatoriis pugnis & infimi generis hominum cōditione atq; fortuna timidos & supplices: & ut uiuereliceat obsecrantes ēt odiisse solemus: fortes & animosos & se acriter ipsi morti offerentes seruare cupimus: eorumq; nos magis miseret: q; nostram misericordiam non requirūt: q; qui illam efflagitant: quanto hæc magis in fortissimis ciuib; facere debemus? Me quidē iudices examinant & inferunt hæ uoces Milonis. quas audio assidue: & quibus intersum quotidie. Valeant inquit: ualeant ciues mei: sint incolumes: sint florētes: sint beati. slet hæc urbs p̄ clara mihiq; patria carissima. quoquo modo merita dē me erit: trāquilla Rep. ciues mei quoniam mihi cum illis nō licet: sine me ipsi: sed per me tamen perfruantur: ego cedam atq; abibo. si mihi Rep. bona frui non licuerit: At carebo mala: & quā primum tetigero bene moratam & liberam ciuitatē in ea conq; sciam. O frustra inqt suscepit mei labores. O spes fallaces. O cogitationes inanes meæ: ego cū. T. r. Ple. Repu. oppresa me senatuī dedissem: quem extinctum acceperam: equitib; Rō. quorū uires erant debiles: bonis uiris q; omnē auctoritatē Clodia his armis abiecerant: mihi unquā bonorū p̄sidium defuturum putarem? Ego cū te (mecum enim s̄epissime loquitur) patriæ reddidisse: mihi non futurū in patria putarem locum? Vbi nunc senatus est: quē secuti sumus: ubi equites Rō. illi: illi inquit illi tui? Vbi studia municipiorū? Vbi Italæ uoces? Vbi deniq; tua Marce Tulli q; plurimis fuit auxilio uox & defensio: mihi nē ea soli: qui pro te totiens morti me obtuli: nihil potest op̄tulari? Nec uero hæc iudices ut ego nunc flens, sed hoc eodem loquitur uultu: quo uidetis. negat. n. s̄e negat ingratis ciuib; fecisse: quæ fecisset: timidis & omnia circūspicientib; pericula: nō negat: plebē & infimam multitudinē quæ. P. Clodio duce fortunis uestris imminebat: eam quo tutior esset uestra uita se fecisse cōmemorat: ut non modo uirtute flechteret: sed etiā tribus suis patrimonii deliniret. nec timet ne cum plebem muneribus placarit: uos uero cōciliarit meritis in Remp. singularibus: Senatus erga se beniuolētiā temporis his ipsis s̄aepē esse perspectam. Vestras uero & uestrorū ordinum oc̄cursionēs: studia: sermones (quēcunq; cursum fortuna dederit) secum ablaturum esse dicit. Meminit etiā sibi uocem p̄conis modo defuisse: quam minime desiderat. populi uero cunctis suffragiis quod maxime cōcupierit se cōsulem declaratum. Nunc deniq; si hæc contra s̄e futura sint: sibi facinoris suspicionem nō facti crimen obstat. Addit hæc quæ certe uera sunt: fortes & sapientes uiros non tam premia sequi solere recte factorum: q; ipsa recte facta: se nihil in uita nisi p̄aeclarissime fecisse. siquidem nihil sit p̄estabilius uiro q; periculis patriam liberare. heatos eē quibus ea res honori fuerit a suis ciuib; nec tamē eos miseros qui beneficio ciues suos uicerint: Sed tamen ex omni-

PRO MILONE.

bus premiis uirtutis si esset habenda ratio premiorum amplissimum esse premium
gloriam, esse hanc unam: quae breuitatem uitae posteritatis memoria consola-
retur: quae efficeret: ut absentes adessemus. mortui uiueremus. Hanc denique
esse cuius gradibus etiam homines in cælum uideantur ascendere. de me inquit
semp populus Rō. semp omnes gentes loquentur: nulla unquam obmutescet
uetustas: qn hoc tpe ipso cū oēs a suis inimicis faces iuidiae meæ subiiciat: tñ
in oīum hominū cœtu gratis agēdis & gratulatiōibz habēdis: & oīum sermōe
celebramur. Omitto hetruriæ festos & actos & institutos dies. Cētesima lux ē
hæc ab interitu. P. Clodii: & opinor altera: qua fines īperii. Po. Rō. nō solū fa-
ma: iā de illo: sed ēt lātitia peragrauit. Quamobrē ubi corpus hoc sit non in-
quit labore: quoniam omnibus in terris etiam uersatur: & semp habitabit no-
minis mei gloria. hæc tu mecum s̄aepē his absentibus: sed iisdem audientibus.
hæc ego tecum Milo: te quidem q̄ isto aio es satis laudare non possum. sed
quo ē illa magis diuina uirtus: eo maiore a te dolore diuellor. Nec uero si mi-
hi eriperis reliqua est ulla tñ ad consolandum querela: ut his irasci possim: a
quibus tantum uulnus accepero. Non. n. inimici mei te mihi eripient: sed ami-
cissimi: non male aliquando de me meriti: sed optime. Nullum unquam iudi-
ces mihi tantum dolorem inureti: & si quis pot est tantis. sed nec hunc qui-
dem ipsum: ut obliuiscar quanti me semper feceritis: quæ si uos ceperit obli-
uio: aut si in me aliquid offendistis: cur id non meo capite potius luitur q̄ Mi-
lonis. præclare enim uixero si quid mihi acciderit: prius q̄ hoc mali tantum ui-
dero. Nūc me una cōsolatio sustētat: q̄ tibi O Tl. Anni nullū a me amoris: nul-
lū studii: nullū pietatis officiū defuit. ego inimicicias potētū p̄ te appetiui: ego
meū s̄aepē corpus & uitā obieci armis inimicorum tuorum: ego me plurimis p̄ te sup-
plicē abieci. bona: fortunas meas ac liberorum meorum in cōmunionē tuorum tēporum
contuli: hoc denique ipso die si qua uis est parata: si qua dimicatio: deposito.
Quid enim iam restat: quid habeo: quid dicam: quid faciam pro tuis in me
meritis: nisi ut eam fortunam: quæcunq; erit tua/ ducam meam? Non re-
cuso non abiūcio: Vosq; obsecro iudices ut uesta beneficia: quæ in me contu-
listis: aut in huius salute augeatis: aut in eiusdem exitio occasura esse iubeatis.
his lachrymis nō mouet Milo. ē quodā icredibili robore animi sceptus. Exili-
um ibi esse putat: ubi uirtuti non sit locus. mortem uero finem esse non poenā.
sed hic ea mente ornatus est. quid uos iudices: quo tandem animo eritis: me-
moriam Milonis retinebitis? ipsum eiicietis? & erit dignior locus in terris ul-
lus: qui hanc uirtutem accipiat: quā hic qui procreauit? Vos appello fortissi-
mi uiri: qui multum pro Rep. sanguinem effudistis: Vos in uiri & in ciuiis in-
uicti appello periculo: centuriones: uosq; milites uobis non modo spectanti-
bus: sed etiam armatis: & huic iudicio præsidentibus hæc tanta uirtus ex hac ur-
be expelletur: exterminabitur: eiicietur? O me miserum. O me infelicem. re-
uocare tu me in patriā Milo potuisti per hos: ego te in patriā per eosdem reti-

ORATIO.

nere non potero? quid respondebo liberis meis: qui te parētem alterū putant?
quid tibi.Q. frater: q nunc abes consorti mecum temporē illorē me non po-
tuisse salutem Milonis tueri p eosdem: per quos nostram ille seruasset? At in
qua cā non potuisse? q̄ est grata gentibꝫ. a q̄bꝫ nō potuisse? nō potuisse ab his:
q̄ maxime.P. Clodii morte acquerunt. quo dep̄cante? me. quodnam cōcepi tā-
tum scelus aut qd̄ in me tantū facinus admisi iudices: cum illa iudicia cōmu-
nis exitii indagauit: patefeci: puli: extinxi: omnes in me meosq; redundant ex
illo fonte dolores: quid me reducem eē uoluistis? an ut spectante me iij expel-
lerentur: per quos essem restitutus? Nolite obsecro uos pati mihi acerborem
reditum esse q̄ fuerit ille ipse discessus. Nā qui possum putare me restitutū eē:
si distrahor ab iis qui p quos restitutus sum? Vtinā dīi īmortales fecissent (pa-
ce tua patria dixerim metuo.n. ne scelerate dicam in te qd̄ pro Milone dicam
pie) Vtinā P. Clodius non mō uiueret: sed ēt p̄tor/Cōsul/dictator esset: ante q̄
hoc spectaculū uiderem. O dīi īmortales forte & a uobis iudices cōseruandū
uirū: minime minime inquit: imd̄ uero p̄tenas ille debitas luerit. Nos subea-
mus: si ita necesse est: non debitas. hiccine uir patriæ natus usquā nisi in patria
morietur? aut si forte p patria huius uos animi monumenta retinebitis. corpo-
ris in Italia ullum sepulchrū esse patiemini? Hic sua quis q̄ sententia ex hac
urbe expellit: quem oēs urbes expulsum a uobis ad se uocabunt. O terrā illā
beatā: quæ hunc uirum exceperit. hanc ingratam si eiecerit: miseram si amise-
rit. sed finis sit. Neq; n. præ lachrymis iam loqui possum: & hic se lachrymis
defendi uetat. Vos oro. obtestorq; iudices: ut in sententiis ferendis: quod sen-
tietis id audeatis: uerstram uirtutem: iusticiam: fide: mihi credite is maxime p-
babit: qui in iudicibꝫ legendis optimum & sapientissimum quenq; legit.

M.T.C.PRO CN.PLANCIO: ORATIO.III.

VM PROPTER EGREGIAM ET SINGU-
larem. Cn. Plancii iudices in mea salute custodiēda fidem
tam multos & bonos uiros eius honori uiderem esse fau-
tores/capiebam aīo non mediocrem uoluptatem: q̄ cuius
officium mihi saluti fuisset: ei meorē temporum memoria
suffragari uidebam. Cū aut audirem meos partim inimi-
cos: partim inuidos huic accusationi eē fauturos: eandēq;
rem aduersariam eē in iudicio Cn. Plancio: quæ petitione fuisset adiutrix: do-
lebam iudices: & acerbe ferebam: si huius salus ob eam ipsam causam eēt in-
festior: qd̄ is meā salutem atq; uitā sua beniuolētia p̄sidio custodiaq; texisset.
Nunc aut uester iudices conspectus & confessus iste reficit & recreat mentem
meam: cum intueor & contemplor unūquēq; uestrꝫ. Video. n. in hoc numero

PRO PLANCIO.

neminem cui mea salus nō cara fuerit: cuius non extet in me suū meritum: cūi non sim astrictus memoria beneficij sempiterna. Itaq; non extimesco ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit: q; me ipsum maxime saluum ui-
dere uoluerunt. Sæpiusq; Iud. mihi uenit in mentem admirandū esse. M. La-
terensem hoīem studiosissimū & diligentissimū salutis meæ reū sibi hunc po-
tissimum delegisse: q; metuendū ne uobis ille id magna ratione fecisse uideat.
propositio 1. p. 27. 10
 Quanq; mihi non sumo tantum iudices neq; arrogo: ut Cn. Planciū suis erga
me meritis impunitatē consecutur: putem: nisi eius integerrimā uitā. mode-
stissimos mores: summā fidem: continentiam: pietatem: innocētiā ostendero:
nihil de poena recusabo. Sin omnia p̄stitero quæ sunt a bonis uiris expetenda:
petam iudices a uobis ut cuius misericordia salus mea custodita sit: ei uos ue-
stram misericordiam me dep̄cante tribuatis. Eqdem ad reliquos labores: quos
in hac causa maiores suscipio q; in cæteris etiam hāc molestiam assumo: q; mi-
hi non solū p Cn. Plan. dicendū est: cuius ego salutem non secus ac meā tueri
debeo: sed etiam p meipso: de quo accusatores plura pene q; de re reoq; dixe-
runt. Quanq; iudices si quid est in meipso ita reprehensum: ut id ab hoc alienū
sit non me id magnope conturbet. Non n. timeo ne qa per raro grati hoīes re-
periant: Iccirco cum me nīmīū gratum illi esse dicant: id mihi criminōsum eē
possit. quæ uero ita sunt agitata ab illis: ut aut merita. Cn. Plan. erga me mino-
ra esse diceret: q; a meipso p̄dicarent: aut si essent summa: negarent ea tñ ita ma-
gni ut ego putarem ponderis apud uos esse debere. Hæc mihi sunt tractanda
iudices & modice: ne quid ipse offendam cœtum: deniq; cū respondero crimi-
nibus: ne non tam innocentia reus sua: q; recordatione meorū temporū defen-
sus esse uideat: Sed mihi in cā facili atq; explicata p̄difficilis iudices & lubri-
ca defensionis ratio proponit. nam si tantūmodo mihi necesse eēt contra La-
terensem dicere: tñ id ipsum eēt in tanto usu nostro tantaq; amicicia molestū.
Amicitie 1. 2
 Vetus. n. est lex iustæ ueræq; amiciciae: quæ mihi cū illo iam diu est: ut idē ami-
ci semp uel int: neq; est ullum certius amiciciae uinculū: q; consensus & societas
cōsiliorū & uoluntatū. Mihi aut non modo id est in hac re molestissimū contra
illum dicere: sed multo illud magis q; in ea cā contradicēdū est: In qua quædā
hoīum ipsorum uidetur facienda eē contentio. Quærít. n. Laterēsis: atq; hoc
uno maxime urget: qua se uirtute: qua laude Plancius: qua dignitate suparit.
 Ita si cedo illius ornamentis: quæ multa & magna sunt: non solū huius digni-
tatis iactura facienda est: sed etiā largitionis recipienda suspicio est. Sin hunc
illi antepono cōtumeliosa habenda est oratio: ac dicēdū est id quod ille me fla-
git: Laterēsem a Plancio dignitate esse supatum: Ita aut amicissimi hominis
ex istimatio offendenda est: si illam accusationis conditionē sequar: aut opti-
me de me meriti salus deserenda ē: sed ego Laterensis cæcum me & p̄cipitē fer-
ri confitear in cā: si te aut a Plancio: aut ab ullo dignitate potuisse supari dixe-
ro. Itaq; discedā ab ea contentionē ad quā tu me uocas: & ueniam ad illam ad

ORATIO.

quam me causa ipsa deducit. Quid tu inanē dignitatis iudicem putas eē populum? fortasse nō nunq̄ est. Vt inām non semp̄ esset: sed ē per raro: & si quādo est in iis magistratibus ē mandandis: qbus salutem suam cōmitti putat: his leuioribus cōmitiis diligentia & gratia petitor̄ honos paritur: non iis ornamētis quæ esse in te uidemus. Nam quod ad populū p̄tinet semp̄ dignitatis ini-
quus iudex est: q̄ aut inuidet: aut fauet: q̄q̄ nihil potest in te Laterensis consti-
 tuere qd̄ sit proprium laudis tuæ: qn id tibi sit cōmune cum Plancio. sed hoc totū agetur alio loco. nunc tantū dīspoto de iure populi: q̄ & potest & solet nō
 nunq̄ dignos p̄terire: nec si a populo p̄teritus est quem nō oportuit: a iudicib⁹
 condēnandus est q̄ p̄teritus non est. Nam si ita esset qd̄ patres apud maiores
 nostros tenere non potuerunt ut reprehēsores essent comitioꝝ: id haberēt iu-
 dices quod uel multo minus est ferendū. tum. n. magistratum nō gerebat is q̄
 ceperat: si patres auctores nō erant facti. Nunc postulatur a uobis ut eius exi-
 lio qui creatus sit iudiciū populi R.o. rep̄hendatis. Itaq; q̄q̄ qua nolui ianua sū
ingressus in causam: sperare uideor tantum abfuturam esse orationē meam a
 minima suspicione offensionis tuæ: ut te potius obiurgem: q̄ iniquum in di-
 scrimē adducas dignitatem tuam: q̄ ut ego eam ulla contumelia coner attin-
 gere. Tu continentia: tu industria: tu animum in R.empu. tu uirtutem: tu in-
 nocentia: tu fidem: tu labores tuos: q̄ ædilis non sis factus fractos eē & abie-
 ctos & repudiatos putas. Vide tandem Laterensis quātum a te dissentiā: si me
 diussidius decē soli essent in ciuitate boni uiri: sapientes: iusti: graues: q̄ te in-
 dignum ædilitate iudicassent: grauius de te iudicatū putarem q̄ est hoc quod
 tu metuis: ne a populo iudicatū esse uideat. non. n. comitiis iudicat semp̄ po-
 pulus: sed mouetur plerūq; gratia: cedit p̄cibus: facit eos a qbus ē maxime am-
 bitus. deniq; si iudicat: non delectu aliquo aut sapientia ducit̄ ad iudicandum
 sed impetu nōnunq̄ & quadā temeritate. Non ē. n. cōsiliū in uulgo: non ra-
 tio: non discrīmen: nō diligētia. sempq; sapientes ea quæ populus fecisset fe-
 renda non semp̄ laudanda dixerunt: q̄a cum te ædile fieri oportuisse dicis/ po-
 puli culpam nō competitoris accusas. At fueris dignior q̄ Plancius: de quo ita
 tecū contendā paulopost: ut conserue dignitatem tuam: sed ut fueris dignior:
 nō cōpetitor a quo es uictus: sed populus a quo es p̄teritus in culpa est. In quo
 primum illud debes putare: comitiis p̄sertim ædilitiis studium esse populi nō
 iudicium: e blandita illa non enucleata esse suffragia. eos qui suffragiū ferant:
 quid deniq; ipsi debeant considerare s̄epius: q̄ quid cuiq; a Rep. uideatur de-
 beri. sin autē maius est iudiciū non tibi id rescindendū ē sed ferendū. male iu-
 dicauit populus: at iudicauit: non debuit: at potuit: non fero: at multi clarissi-
 mi & sapientissimi ciues tulerunt. est. n. conditio liberor̄ populoꝝ p̄cipueq; hu-
 ius principis populi & oīum gentium domini atq; uictoris posse suffragiis uel-
 dare uel detrahere quod uelit cuiq;: nostrum ē autem qui in hac tempestate po-
 puli iactemur ac fluctibus / ferre modice populi uolūtates; allicere alienas: re-

pti inimicis

PRO PLANCIO.

tinere partas: placare turbatas.honores si magni non possemus no seruire populo: sin eos expetimus: non defatigari supplicando. Venio iam ad ipsius populi partes: ut illius contra te oratione potius quam mea disputem. qui si tecum cōgrediatur: & si uia uoce loqui possit: hæc dicat. Ego tibi Laterensis Plancium non anteposui: sed cum essetis æque boni viri meum beneficium ad eum potius detuli: qui a me contenderat: quod ad eum qui mihi non nimis summis se sup̄plicarat. Respondebis credo te splendore & ueritate familiæ freum non ualde ambiendum putasse. At uero te ille ad sua instituta suorumq; maiorum exempla reuocabit: semper se dicet rogari uoluuisse: semp placuisse. M. Seium: quod ne equestrem quidem splendorem in colum a calamitate iudicii retinere potuisset homini nobilissimo innocentissimo eloquentissimo. M. Pisoni prætulisse. præposuisse se. Q. Catulo summa in familia nato sapientissimo & sanctissimo viro non dico. C. Serenum stultissimum hominem. fuit enim & animi satis magni & consilii: Sed Cn. Manilium non solum ignobilem: Verum sine uirtute: sine ingenio: uita etiam contempta ac sordida: Desiderarunt te inquit oculi mei cum tu essey cyrenis: me enim quod socios tua frui uirtute malebam. & quo plus intererat eo plus aberat a me: certe non uidebam: deinde sientem me uirtutis tuae deseruisti. coeperas enim petere Tr. Ple. temporibus iis: quae istam eloquentiam & uirtutem requirebant: qua petitionem cum reliquisses: si hoc iudicasti tanta in tempestate te gubernare non posse: de uirtute tua dubitavi: si nolle de uoluntate. sin quod magis intelligo temporibus te aliis reseruasti: ego quoque inquam & R. P. ad ea te tempora reuocauim: ad quae tu te ipse seruargas. Pete igitur eum magistratum in quo mihi magna utilitatib; esse possis: ædiles quicunq; erunt idem mihi quod ostenderas: aut si quod mea minus interest: id te magis forte delectat: reddam tibi istam ædilitatem etiam negligenter petenti: sed amplissimos honores ut pro dignitate tua consequare: condiscas censeo mihi paulo ante diligentius supplicare. Hæc populi oratio est: Mea uero Laterensis hæc: quare uictus sis non debere iudicem querere modo ne largitione sis uictus. Nam si quotienscumq; præteritus erit is qui non debuerit præteriri: totiens oportebit eum qui factus erit condemnari: Nihil iam est quod a populo supplicetur: nihil quod irreptio: nihil quod supplicatio magistratum: renunciatio suffragiorum expectetur: simul ut qui sint professi: video quid dicam. hic familia consulari est: ille prætoria: reliquos video esse ex equestri loco: sunt omnes sine macula: sunt æque boni viri atque integri. sed seruari necesse est gradum: cedat consulari generi prætorium: nec contendat cum prætoriis equester locus: sublata sunt studia: extinctæ suffragationes: nullæ contentiones: nulla libertas populi in mandatis magistratibus: nulla expectatio suffragiorum: nihil ut perfuncti euenerit prater opinionem accidet. Nulla erit posthac uarietas comitiorum, sin hoc saepe accidit: ut & factos aliquos & non factos esse miremur: si

Propria

Ab exemplis

Largitione memori illicet

Erga Sordidus

ORATIO.

campus atq; illæ undæ comitioꝝ ut mare profundum & imensum sic efferuer-
scunt quodam quasi aestu:ut ad alios accedat / ab aliis autē recedat:in tāto nos
impetu studiorꝝ & motu temeritatis modū aliquē & consiliū & rationē regra-
mus: Q uare noli me ad contentionem uestrū uocare Laterensis.&.n.si po-
pulo grata est tabella:quæ frontes aperit hominū:mentes tegit:datq; libertatē
ut qd' uelint faciant: promittant autē qd' rogentur: cur tu in iudicio exprimis
qd' non fit in campo: Hic q ille dignior p q graue est dictu: quo modo igitur
est æquum: sic credo qd' agitat: qd' satis est iudici.hic factus ē . cur iste potius
quā ego: uel nescio:uel non dico:uel deniq; qd' mihi grauislimum ē sic dice-
re:sed impune tñ deberem dicere/non recte.Nunc qd assequerer si illa extre-
ma defensione uterer:populū qd uoluisset fecisse: nō quod debuisse. Q uid
si populi quoq; factum defendo Laterensis: & doceo Cn. Plancū nō obrep-
fille ad honorē:sed eo uenisse cursu:q semp patuerit omnibꝫ hoc nostro eque
stri loco:possum ne eripere orationi tuæ contétiōne nostram:quæ tractari sine
contumelia nō pót: & te ad causam crimenq; deducere: si q eq̄tis R.o.filius ē
inferior esse debuit:oēs tecum eq̄tum R.o.filiī petiuerunt.nihil dico amplius.
hoc tñ miror cur tu huic potissimū irascare:q longissime a te absuit. eqdem si
quando ut fit iactor in turba non illum accuso:q est in summa sacra uia. cum
ego ad Fabiū fornicē impellor:sed eum q in me ipsum incurrit atq; incidit . tu
neq;.Q .Pedio fortī uiro succenses : neq; huic .A. Plocio ornatissimo homini
familiari meo:& ab eo q hos dimouit potius q ab his qui in te ipsum incubue-
runt te depulsum putas.sed tñ hæc prima est tibi cū Plancio generis uestrī fa-
milia&q; contétiō:qua abs te uincitur.cur enim non confitear quod necesse est:
sed non hic magis q ego a meis competitoribus & alias & etiam in consulatus
petitione uincebar. Sed uide ne hæc ipsa quæ despicias huic suffragata sint:sic
enim conferamus:est tuum nomen utraq; familia consularē:non dubitas igi-
tur quin omnes qui fauent nobilitati qui id putant esse pulcherrimum: qui
imaginibꝫ:qui nominibꝫ uestris ducuntur te ædilem fecerit? Evidem nō
dubito.sed si parum multi sunt:qui nobilitatem amant:num ista est nostra cul-
pa? & enim ad caput & ad fontem utriusq; generis ueniamus : tu es ex munici-
pio antiquissimo Tusculano:ex quo plurimæ familiæ sunt cōsulares:in q-
bus est etiam inuentitia:quot e reliq; municipiis omnibus non sunt:hic ē e p-
fectura atinati nō tam prisca non tam honorata:non tam suburbana q tu in-
teresse uis ad rationem petendi.Primum utrum magis fauere putas Atinates:
an Tusculanos suis? Alteri(scire enim hoc propter uicinitatē facile possum)
Cum huius honoratissimi atq; optimi uiri Cn. Saturnini patrem ædilem: tū
prætorem uiderunt:quod primus ille non modo in eam familiam: sed etiam
in præfecturam illam sellam curulem attulisset . mirandum in modum lata-
ti sunt.Alteros credo quia refertum est municipium consularibus(nā maliu-
los nō eē certe scio)nunq; itellexi uehemētius hospitū suorꝝ honore lātari:ha-

PRO PLANCIO.

bemus hoc nos . habent nostra municipia . Q uid ego de me : de fratre meo
loquar: quorū honoribus agri prope dicam ipsi monteſq; fauerunt? Nū quā-
do uides tusculanum aliquem de.M.Catone illo in omni uirtute principe:nū
de Tito Coruncano municipio suo: num de tot Fabiis gloriari? uerbum nemo
facit: At in quencūq; arpinatem incideris etiam si nolis: erit tñ ibi fortasse de
nobis aliquid:& de C.Mario audiendum . Primum igitur hic habuit studia
suorū ardentia: tu tanta quanta in hoībus iā saturatis honoribus eē potuerunt.
Deinde tui municipes sunt illi quidē splendidissimi hoīes: sed tñ pauci si qui-
dem cū atinatibus conferant: huius pfectura plena uiroꝝ fortissimorū : sic ut
nulla tota Italia frequentior dici possit: quā quidem nunc multitudinē uidetis
iudices in squallore & luctu supplicem uobis . Hi tot equites Ro. tot tribules
atinates. Nam plebem a iudicio dimisimus: quæ cuncta comitiis affuit. qd ro-
boris: quid dignitatis huius petitioni attulerūt? Non.n.Tribū Terētinam de
qua dicam alio loco: sed dignitatē : sed oculorū coniectū: sed solidam & robu-
stam & assiduam frequētiā p̄buerunt: iam municipia coniunctione etiā ui-
cinitatis uehementer mouent̄. Omnia quæ dico de Plancio dico expertus in
nobis: sumus.n.finitimi atinatibus: laudanda est uel etiam amanda uicinitas
retinens ueterem illum officii morem: non infuscata maliuolentia: non assue-
ta mendaciis non fucata: non fallax: nō erudita artificio simulationis uel sub-
urbano uel ēt urbano. Nemo arpinas non Plancio studuit: nemo foranus: ne
mo cassinas: nemo aqnas: totus ille celeberrimus Venafranus: Allifanus: to-
ta deniq; nostra illa aspera & montosa & fidelis & simplex & fautrix suorum
regio se huius honore ornari: se augeri dignitate arbitrabat̄. iisdemq; nunc ex
municipiis adſunt eq̄tes Ro.cū legationis testimonio: nec minore nunc sunt
ſollicitudine q̄ tum erant studio:&.n.est grauius spoliari fortunis: q̄ non auge-
ri dignitate. Ergo ut alia in te erant illiſtriora Laterensis: quæ tibi maiores tui
reliquerant: ſic te Plancius hoc non ſolū municipii: uerū etiā uicinitatis genere
uincebat: niſi forte te Lauicana: aut Gabina: aut Bouillana: aut Sabina uici-
nitas adiuuabat: qbus e municipiis uix iā q carnem latinis petant inueniunt̄.
Adiungā ſi uis: id qd tu ēt huic obesse putas: patrē publicanū: q ordo quanto
adiumento ſit in honore qs nescit? Flos.n.equitū Ro.ornamētū ciuitatis: fir-
mamētū Rep. Publicanorū ordine contineat̄. Q uis ē igīt̄ q neget ordinis eius
ſtudiū fuiffe in honore Planci ſingulare: neq; iniuria: uel q̄ erat pater is qui
est princeps iam diu publicanorum: uel q̄ is a ſociis unice diligebatur: uel qd
diligentissime rogapat: uel quia pro filio ſupplicabat: uel quia huius ipſius in
illū ordinē ſumma officia quæ ſtūræ: tribunatusq; cōtabat: uel q̄ illi in hoc or-
nando ordinē ſe ornare & cōſulere liberis ſuis arbitrabant̄. aliqd p̄terea timi-
de dico: ſed tñ dicendū ē. non.n.opibus: nō inuidiosa ḡra: nō potentia uix ferē-
da: ſed cōmemoratione beneficii: ſed misericordia: ſed p̄cibus aliquid attuli-
mus ēt nos. Appellaui populi: tribub̄ ſumisi me & ſupplicauit: ultro mehercu-

ORATIO.

Familiatio

les:sed mihi etiā offerentes se ultro pollicētes rogaui:ualuit causa rogandi nō gratia.Nec si uir amplissimus:cui nihil est qđ roganti cōcedi non iure possit: de aliquo ut dīcis nō impetravit: ego sum arrogans qđ me ualuisse dico :nā ut omittam illud qđ ego pro eo laborau:i:qualebat ipse p sese :rogatio ipsa semp est gratiōissima:quaē est officio necessitudinis coniuncta maxime : neqđ ego sic rogabam:ut petere uiderer:qa familiaris eset meus:qa uicinus:qa huius parente semp plurimū essem usus:sed ut quasi parenti & custodi meo:non potētia mea sed cā rogatiōis fuit gratiosa : nemo mea restitutiōe lātatus est : nemo iniuria doluit:cui non huius in me misericordia fuerit grata.&.n.si ante reditū meū.Cn.Plancio se uulgo uiri boni:cū hic tribunatū peteret ultro offerebant: cui nomen meū honori fuisset:ei meas p̄sentēs p̄ces non putas profuisse? An Minturnenses coloni qđ.C.Mariū ciuili errore atqđ impiis manibus eripuerunt:qđ tecto receperunt:qđ fessum inedia fluctibusqđ recrearūt:qđ uiaticū congeserunt:qđ nauigium dederūt:qđ eū linquentē terram eam quā seruauerat la chrymis uotisqđ oībus p̄secuti sunt:xt̄erna in laude uersant̄:Plancio qđ me uipulsum uel ratione cedentē receperit:iuuerit:custodierit .is & Senatū populoqđ R.o.ut haberent qđ reducerent:conseruarit :honorū hanc fidē misericordiam uirtutē fuisse miraris? Vitia mehercule res hæ.Cn.Plan.de quibus dixi tegere potuerūt:ne tu in ea uita de qua iā dicā tot & tanta adiumenta huic honorū fuisse mirere.Hic est.n.q adolescentulus cū.A.Torquato p̄fectus ī Afri cam sic ab illo grauissimo & sanctissimo atqđ omni laude & honore dignissimo uiro dilectus est:ut & contuberniū necessitudo: & adolescentulī modestissimi pudor postulabat.qđ si adesset:non minus ille declararet :qđ hic illius frater patruelis & sacer. T.Torquatus illi omni uirtute & laude par :qđ quidem cū illo maximis uinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus:sed ita magni amoris:ut illæ necessitudines causæ leues esse uideantur.Fuit in Creta po stea contubernalis Saturnini propinquui sui.miles huius.Q.Metelli:quibus cum fuerit probatissimus hodieqđ sit:omnibus esse se p̄batum debet sperare .In ea prouintia legatus fuit.C.sacerdos:qua uirtute:qua constātia uir : L.Fla cus :qui homo :qui ciuis :qualem hunc putent assiduitate testimonioqđ declarant.In Macedonia tribunus militum fuit:in eadem p̄uinctia postea quæstor.p̄imum Macedonia sic eum diligit :ut indicant hi principes ciuitatum suarum:qui cum missi sint ob aliam causam:ramen huius repentina periculo commoti huic assident:pro hoc laborant :huic si p̄st̄o fuerint gratius se ci uitatibus suis facturos putant:quam si legationem & mandata sua confecerit. L.uero Apuleius hūc tāti facit :ut more illū maior̄ qđ p̄scribit ī parentū loco qđstoribus p̄tores esse oportere:officiis beniuolentiaqđ suparit :tribunus plebis fuit nō fortasse tā uehemens qđ isti:quos tu iure laudas:sed certe talis quales si omnes fuissent semper / nunqđ desideratus uehemens eset tribunus. Omitto illa quæ si minus necessaria sunt at certe cum sunt prolata laudantur :ut ui-

Vita

PRO PLANCIO.

uat cum suis: Primum cum parente. Nam meo iudicio/pietas fundamētum ē
omniū uirtutum: quem ueret ut deū. neq; n. multo secus parens liberis: amat
uero ut sodalem: ut fratrē: ut æqualem. Q uid dicā: cū patruo: cū affinibus: cū
ppinquis: cū hoc. Cn. Saturnino ornatissimo uiro? cuius quantā honoris hu-
ius cupiditatem fuisse creditis? cum uideatis luctus societē? Q uid de me
dicam: q mihi in huius periculo reus eē uideo: qd de his tot uiris talibus: quos
uidetis ueste mutata. atq hæc sunt indicia solida iudices: & exp̄ssa hæc signa p-
bitatis: non fucata forensi specie: sed domesticis inusta notis ueritatis: facilis ē
illa occasio & blanditia popularis aspicit: nō attractat. procul apparet: nō
excudit: non in manus sumit. Omnibus igitur rebus ornatū hominem: qua
externis: qua domesticis nōnullis rebus inferiorē q te generis & nominis dico
superiorē aliis municipum: Vīcīno& societū studio: temporū meorū memo-
ria: patris uirtute: integritate: modestia ædilem factū eē miraris? Hunc tu ui-
tae splendorem maculis aspergis istis: lacis adulteria: quæ nemo nō modo no-
mine: sed ne suspicione quidem possit agnosceri? Maritū appellas: ut uerba
etiam fingas non solū crīmina: ductū esse ab eo in prouintiā aliquē dīcis libi-
dinis cā: qd non crīmen est: sed impunitum in maledīco ēt mendacium: raptā
esse mimulam qd dicit. Atīnæ factum a iuuene: ueterē quodam in sc̄enicos
iure maximeq; oppidano. O adolescentiam traductam eleganter: cui quidem
cum qd licuerit obīciat: tamen id falsum reperiatur: emissus aliquis e carce-
re: & quidē emissus: ut cognostis necessarii hominis optimiq; adolescentis ro-
gatu. Idem postea p̄mandatis requisitus. Atq hæc nec ulla alia sunt coniecta
maledicta in eius uitam: de cuius uos pudore religione integritate dubitetis.
Pater uero inquit etiam obesse filio debet. O uocem duram atq; indignā tua
probitate Laterensis. pater ut in iudicio capitū: pater ut in dimicatione fortu-
narum? pater ut apud tales uiros obesse filio debeat? qui si eslet turpissimus
sordidissimus tamen ipso nomine patrio ualeret apud clementes Iudices &
misericordes: ualeret inquā cōmuni sensu omnium: & dulcissima commen-
datione naturæ. sed cum sit. Cn. Plan. is eques Romanus ea primum uetu-
state equestris ordinis: ut pater: ut auus: ut maiores omnes eius. equites. Ro-
ma. fuerint: summum in præfectura florentissima gradum tenuerint & digni-
tatis & gratiæ: Deinde ut ipse in legionibus. P. Crassi Imperatoris inter orna-
tissimos homines equites Ro. summo splēdore fuerit: ut postea princeps in-
ter suos plurimarum rerum sanctissimus & iustissimus iudex maximarum
societatum auctor: plurimarum magister: si non modo in eo nihil unquā re-
prehensum: sed laudata sunt omnia: tamen is oberit honestissimo filio pater:
qui uel minus honestum & alienum tueri uel auctoritate sua uel gratia pos-
sit. Asperius inquit locutus est aliquid aliquando: immo fortasse liberius.
At idipsum inquit non est ferendum. ergo ii ferendi sunt qui queruntur li-
bertatē equitis Ro. se ferre non posse. Vbi nam ille mos? ubi illa æqtas iuris?

Pietati

Mutatio uerbs

Dicit obiecto

Lans pris

20 Nov 1710

ORATIO.

ex Lib. A. S.

ubi illa antiqua libertas: quæ malis oppressa ciuilibus extollere iam caput: & aliquando recreata se erigere debebat: equitū ego. R o. etiam in homines nobilissimos maledicta publicanorū. In. Q . Scæuolam uirum omnibus inge-
nio/iusticia/integritate p̄stantem aspere & ferociter & libere dicta cōmemorē:
consuli. P . Nasicæ præco grauius medio in foro cum ille edicto iusticio domū
descendens rogasset Grauium quid tristis esset: an q̄ auctiones essent: immo
uero inquit q̄ legiones. idem tribuno plebis potentissimo homini. M. Druso
sed multa in Repu. molienti/cum ille eū salutasset(ut fit)dixissetq; quid agis
Graui: respondit immo uero tu Druse qd agis? Ille Lucii Crassi; ille Marci An-
tonii uoluntatem asperioribus facetiis s̄ape perstrinxit impune. Nunc usq; eo
oppressa uestra arrogantia ciuitas: ut quæ fuit olim præconi in ridendo: nunc
equiti Ro. in plorando nō sit concessa libertas. Q uæ.n.unquā fuit. P . Plan-
co uox contumeliae potius q̄ doloris. quid ē autem unq̄ questus: nisi cum a so-
ciis & a se iniuriam propulsaret? qui cum Senatus impediretur: quo minus id
quod hostibus semper erat tributum/responsum equitibus Ro. redderet: om-
nibus illa iniuria dolori publicanis fuit: Sed eum ipsum dolorem hic tulit pau-
lo apertius: cum nimius ille sensus in aliis fortasse latuit: Hic q̄ cum cæteris
animo sentiebat id magis q̄ cæteri & uultu promptū habuit & lingua. Q uāq;
iudices: agnosco. n. ex me/ permulta in Plancum quæ ab eo nunq̄ dicta sunt
conferuntur. Ego quia dico aliquid aliquando non studio adductus sed con-
tentione dicendi aut lacestitus: & quia ut fit in multis: exit aliquando aliquid
si non perfacetum: attamen fortasse non rusticum: q̄ quisq; dixit me id dixi/
se dicunt. Ego autem si quid est qd mihi scitum esse uideatur & homine inge-
nuo dignum atq; docto: non aspernor. Stomachor uero cum alio& non me di-
gna in me conferunt. Nam q̄ primus sciuit legem de publicanis tum cum vir
amplissimus cōsul id illi ordini per populum dedit: qd per Senatum si licuis-
set dedisset: si in eo crimen est: quia suffragium tulit: quis non tulit publica-
nus? si quia primū sciuit: utrum id sortis esse uis: an eius qui illam legem fere-
bat? si sortis: nullum crimen est in casu: si consulis: splendor etiam Planci hūc
a summo uiro principem ordinis iudicatum . Sed aliquando ueniamus ad
causam in qua tu nomine legis Liciniæ quæ est de sodalitiis omnes ambitus
legis complexus es: neq; enim quicquā aliud in hac lege nisi edititios iudices
es secutus qd genus iudiciorum si est æquum ulla in re nisi hac tributaria: nō
intelligo Q uāobrem Senatus hoc uno in genere tribus edi uoluerit ab accu-
satore: neq; eandem editionem trāstulerit in cæteras causas: de ipso deniq; am-
bitu de rogatione fieri uoluerit iudicium alterorum . cunq; nullum genus
acerbitatis prætermitteret: hoc tamen unum prætereundum putarit: quid hu-
ius rei obscura causa est? an & agitata: cum ista in Senatu res agebatur & di-
sputata hesterno die copiosius a. Q . Hortensio : cui tum est Senatus assen-
sus: hoc igitur sensimus cuiuscunq; tribus largitor esset: & per consensionem

Liciniæ

PRO PLANCIO.

magistratum honeste:quæ sodalitas nominaret:quā quisq; tribum turpi largitione corrumperet: eum maxime iis oībus qui eius tribus essent esse notum. Ita putauit Senatus cum reo tribus ederent: ea quas ipse largitione deuinctas haberet eosdem fore testes & iudices. Acerbum oīo genus iudicij: sed tamen si uel sua uel ea quæ maxime esset cuiq; coniuncta tribus ederet uix recusandū. Tu autem Laterensis quas tribus edisti? Terentinam credo: fuit certe id æquū & certe expectatū est: & fuit dignū constantia tua: cuius tu tribus uenditorem & corruptorem & sequestrem Plancium fuisse clamitas: eam tribum pfecto seuerissimorum psertim hominum & grauissimoꝝ edere debuisti. at uolitinā libet.n. tibi nescio quid etiam: de illa tribu criminari. Hāc igitur ipsam cur nō edisti? quid Plancio cum Lemonia: cum Mentina: quid cū Crustumina? Nā Terentinam etiam quæ non iudicaret: sed quæ reiiceret esse uoluisti. dubitatis ergo iudices quin uos. Mar. Laterensis suo iudicio non ad sententiā legis: sed ad suam spem aliquam de ciuitate delegerit: dubitatis quin eas tribus in quibus magnas necessitudines habet Plancius cum ille non ediderit iudicarit officiis ab hoc obseruatas non largitione? Quid. n. pōt dicere? cur editio nō sūmam habeat acerbitatē remota ratiōe illa: quā in decernendo secuti sumus. Tu deligas ex oī populo aut amicos tuos: aut inimicos meos: aut deniq; eos quos inexorabiles: quos inhumanos: quos crudeles existimes. Tu me ignaro nec opinante inscio notes & tuos & tuorum necessarios uel iniquos uel meos uel etiam defensoꝝ meorum: eodemq; adiungas quos natura putas asperos: atq; omnibus iniquos. deinde effundas repente: ut ante confessum eoꝝ iudicū uideam q̄ potuerim/ qui essent futuri/ suspicari. apd' eosq; me ne quinq; quidē reiectis quod in proximo reo de consilii sententia constitutū est: cogas causam de fortunis oībus dicere. Non. n. si aut Plan. ita uixit: ut offenderet sciens neminem: aut tu ita errasti: ut eos ederes imprudens: Vt nos inuito te tñ ad iudices non ad carnifices ueniamus: Iccirco illa editio per se non acerba est. An uero nuper clarissimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt. Cum ex. cxxv. iudicibus principibus equestris ordinis quinq;. & lxx. reus reiiceret. L. referret: omnianq; potius permiscuerunt q̄ ei legi conditioniq; parerent. Nos neq; ex delectis iudicibus sed ex oī populo: neq; editos ad reficiendum sed ab accusatore cōstitutos iudices ita feremus ut neminem reiiciamus? Neq; ego nunc legis iniquitatem queror: sed factum tuum a sententiā legis doceo dispare: & illud acerbum iudicium si quemadmodū Senatus censuit populusq; iussit: ita fecisses: ut huic & suam & ab hoc seruatas ederent non modo non quererer: sed hunc iudicibus editis qui testes iidem esse possent absolutum putarem. Neq; nunc multo secus existimo: cum enim has tribus edidisti & ignotis te iudicibus uti malle quā notis iudicauisti: Fugisti sententiam: legis æquitatem oēm reiecisti: in tenebris q̄ in luce uersari causam maluisti: Voltinia tribus ab hoc corrupta: Terentinā habuerat uenalem: qd diceret apud Voltinienses aut tri-

E

ORATIO.

bules suos iudices: immo uero tu quid dices? que iudicem ex illis aut tacitu testem haberet: aut non etiam excitares: & enim si reus tribus ederet: Voltiniā fortasse Plancius propter uicinitatem: aut necessitudinē: suam uero edidisset: & si quesitor edendūs fuisset: quem tandem potius q̄ hunc C. Alfium: quem habet: cui notissimus esse debet: uicinum tribulem grauissimum hominē iustissimumq̄ edidisset: cuius quidem æqtas & in ea uoluntas erga Cn. Plancii salutem quam ille sine ulla cupiditatis suspitione præ se fert: facile declarat nō fuisse fugiendum tribulem huic iudicem: cui quesitorē tribulem fuisse exoptā dum uideatis. Neq; ego nunc consilium reprehendo tuum: quod non eas tribus quibus hic maxime notus erat edideris: sed a te doceo consilium non seruatū Senatus. & enim quis te tum audiret illorum: aut quid dices? Sequestrē ne Plancium: respuerent aures/nemo agnosceret: repudiaretur: an gratiosum: illi libenter audirent: nos non timide confiteremur. Noli. n. putare Laterensis legibus istis quas Senatus de ambitu sancire uoluerit id esse actum: ut suffragatio: ut obseruantia: ut ḡra tolleret: semp fuerū boni viri: qui apud tribules suos gratiosi esse uellent. neq; uero tam durus in plebē noster ordo fuit: ut eam colli nostra modica liberalitate noluerit: neq; hoc liberis nostris interdicendum est: ne obseruent tribules suos: ne diligent. ne reficere necessariis suis suam tribum possint: ne par ab his munus in sua petitioē respectent. Hæc. n. plena sūt officiū: plena obseruantia: plena etiam antiquitatis. Isto in genere & suimus ipsi cum ambitiones nostra tempora postulabant: & clarissimos uiros eē uidimus: & hodie esse uidemus q̄ plurimos gratiosos. Decuriatio tribuliū: descriptio populi: suffragia largitione deuincta seueritatē Senatus & bonorū omnium uim ac dolorem excitauerunt. Hæc doce: hæc profer: huc incumbe Laterensis decuriasse Plancium: conscripsisse: sequestrem fuisse: pronunciassse: diuisisse: tum mirabor te his armis uti: quæ tibi lex dabat uoluisse. Tribulibus. n. iudicibus nō modo seueritatem illorū si ista uera sint: sed ne uultus quidem ferre possemus: hanc tu rationem cū fugeris: cumq; hos iudices habere nolueris: quoq; in eius delicto tum scientia certissima: tum dolor grauissimus esse debuerit: qd apud hos dices qui abs te taciti requirunt cur hoc sibi oneris imposueris: cur se potissimum delegeris. cur deniq; se diuinare malueris. q̄ eos qui scirent iudicare. Ego Plancium Laterensis & ipsum gratiosum eē dico: & habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos: quos tu si sodales uocas / officiosam amiciciā nomine inquinis criminoso. sin quia gratiosi sunt accusandos putas: noli mirari te id quod tua dignitas postularit repudiandis gratiosorū amiciciis nō eē assecutum: Iam ut ego doceo gratiosum esse tribubus Plancium: q̄ multis benigne fecerit: p multis spoponderit: in operas plurimos patris auctoritate & gratia miserit: q̄ deniq; omnibus officiis per se per patrem maiores suos totā Atinatē pfecturam comp̄henderit: sic tu doce sequestrem fuisse: largitum esse: conscripsisse tribules: decuriauisse. quod si nō potes, noli tollere ex ordine no-

PRO PLANCIO.

stro libertatem: noli maleficium putare esse gratiam: noli obseruantiam san-
 cire pæna. Itaq; hæsitatem te in hoc sodalitiorū tribuatio criminē ad cōmunē
 ambitus causam contulisti: In qua desinamus aliquādo si uidet uulgari & p-
 uagata declinatione contēdere. sic.n.tecum ago: quam tibi cōmodum ē unā
 tribū delige: tum doce id quod debes p quem sequestrē: quo diuisore corrū-
 pta sit: ego/si id facere non potueris: qd ut opinio mea fert ne incipies quidem:
 per quem tulerit docebo: est ne hæc uera contentio s' placet ne sic agi: non pos-
 sum magis pedem cōferre/ut aiunt/aut propius accedere: qd taces: qd dissimu-
 las: qd tergiuersaris: ēt atq; ēt insto atq; urgeo. Insector posco: atq; adeo fla-
 gito crimen. quācunq; tribum inquam delegeris: quā tulerit Plancius. tu ostē-
 dito si poteris uitium: ego qua ratione tulerit docebo: nec erit hæc alia rō Plan-
 cio atq; Laterensi: nam ut sī quas tribus tu tulisti suam sententiam ex te requi-
 ram: possis quo& studio tuleris explicare: sic ego contendō me tibi aduersario
 cuiuscunq; tribus rationem poposceris redditurum. Sed cur ego sic ago? qua-
 si non comitiis iam superioribus sit Plancius designatus ædilis: q comitia pri-
 mum habere cœpit consul cū omnibus in rebus summa auctoritate: tum earū
 ipsarū legum ambitus auctor: deinde habere cœpit subito pter opinionem om-
 nium: ut ne si cogitasset quidem quispiam largiri: daretur spaciū comparā-
 di: uocatæ tribus: latum suffragium: descriptæ: renunciatae: longe plurimū ua-
 luit Plancius: nulla largitionis nec fuit nec esse potuit suspicio. An iandē una
 centuria p̄rogatiua tantum habet auctoritatis: ut nemo eam prior unquam tu-
 lerit: qn renunciatus sit: aut his ipsis comitiis consul: aut certe in illum annum.
 ædile tu Planciū factum eē miraris: in quo non exigua pars populi: sed uniuersus
 populū uoluntatē suam declararit: cuius in honore nō unius tribus pars:
 sed comitia tota comitiis fuerint p̄rogatiua. quo quidē tempore si id Lateren-
 sis facere uoluisses: aut si grauitatis esse putasses tuae: qd multi nobiles saepe fe-
 cerunt: ut cum minus ualuissent suffragiis q̄ putassent: postea prolatis comi-
 tiis prosterneret se & P.R. fracto animo atq; humili supplicarent: non dubito
 qn omnis ad te conuersura se fuerit multitudo. Nunq;n. nobilitas integrā præ-
 fertim atq; innocens. Po.R.o. supplex repudiata fuit. Sed si tibi grauitas tua &
 magnitudo animi pluris fuit sicut eē debuit q̄ ædilitas: noli cum habeas id qd
 malueris desiderare id quod minoris putaris. Evidem primum ut honore di-
 gnus essem maxime semper laborauī: secūdo ut existimarer: tertium mihi fuit
 illud quod plerisq; primum est / ip̄e honos: qui iis deniq; debet esse iucundus: co
 quorū dignitati Po.R.o. testimonium nō beneficiū ambitioni dedit. Quæ-
 ris etiam Laterensis quid imaginib⁹ tuis: quid ornatissimo atq; optimo uiro
 patri tuo respondeas mortuo? Noli ista meditarit: atq; illud caue potius ne tua
 ista querela dolorq; nimius ab illis sapientissimis uiris reprehenda. Vedit.n.
 pater tuus Appium Claudium nobilissimum hominem uiuo patre suo potē-
 tissimo & clarissimo ciue. C. Claudio ædilem non esse factum: & eundem sine

E ii

Exempli

repulsa factum esse consulem: Vidi hominem maxime sibi coniunctum egre-
 gium uirum. L. Volcatium. Vidi. M. Pisonem in ista ædilitate offensiūcula
 accepta summos a Po. R.o. esse honores adeptos. Auus uero tuus & P. Nasicae
 tibi ædilitia p̄dicaret repulsam: quo ciue neminem statuo ego in hac Rep. for-
 tiorem: & C. Marii qui duabus ædilitatis acceptis repulsis lepties consul est fa-
 etus: & L. Cæsar. Cn. Octauii. M. Tullii: quos omnes scimus ædilitate p̄te-
 ritos cōsules esse factos. Sed qd ego ædilitias repulsa colligo: quæ sape eius-
 modi habitæ sunt: ut iis qui p̄teriti essent: benigne a populo factum uideretur.
 Tribunus militum. L. Philippus summa nobilitate & eloquētia. quæstor. Q.
 Cælius clarissimus atq; fortissimus adolescens. tribunus plebis Rutilius Rufus.
 C. Fimbria. C. Cassius. Cn. Orestes facti non sunt: quos tñ omnes consu-
 les factos scimus esse. Q uæ tibi ultro pater & maiores tui non consolandi tui
 gratia dicerent. neq; uero quo te liberent aliqua culpa quam tu uereris ne a te
 suscepta uideas: sed ut te ad cursum istū tenendū: quem a prima ætate suscep-
 si cohorten'. Nihil est. n. mihi crede Laterensis de te detractū. detractum di-
 co si mehercule uere quod accidit interptari uelis: est aliquid ēt de uirtute signi-
 ficatum tua. Noli. n. existimare non magnū quendā motum fuisse illius peti-
 tionis tuæ de qua ne aliquid iurares destitisti. denunciasti homo adolescēs qd
 de summa Repu. sentires: fortius tu quidē q̄ nōnulli defuncti honoribus: sed
 apertius quā uel ambitiōis uel ætatis tuæ ratio postulabat. Q uā obrem in dis-
 sentiente populo noli putare nullos fuisse: quoq; animos tuus ille fortis animus
 offenderet qui te incautum fortasse nunc tuo loco dimouere potuerūt: prouidē-
 tem ante & p̄cauentem nunq̄ certe mouebunt. An te illa arguitenta duxerūt.
 dubitatis inquit qn coitio facta sit cum tribus plerasq; cū Plotio tulerit Plan-
 cius: an una fieri potuerunt. si una tribus non tulissent: an nonnullas punctis
 pene totidem: quippe cum iam factis prope superioribus comitiis: declaratiq;
 uenissent: q̄q ne id qdem suspicionem coitionis habuerit. Neq; n. unq̄ maio-
 res nostri sortitionem constituisserint ædilitia: nisi uiderent accidere posse: ut co-
 petitores pares suffragiis essent: & ais prioribus comitiis Anensem a Plotio:
 Terentinā a Plancio tibi esse concessam. nūc ab utroq; eas auulsas ne in angu-
 stum uenirent: q̄ conuenit nondum cognita populi uoluntate: hos quos iam
 tum coniuctos fuisse dicis iacturam suar̄ tribuum: quo uos iuuarent fecisse.
 eosdem cum iā essent experti quid ualerent restrictos & tenaces fuisse. & n. ue-
 rebant credo angustias: quasi res in cōtentione aut in discriminē aliquod pos-
 sit uenire: sed tamen tu an Plotium uirum ornatissimum in idem crimen uo-
 candum iudicas eum a te arripuisse a quo non sis rogatus? Nam qd' questus
 es plures te testes habere de Voltiniā: quā quot in ea tribu puncta tuleris: iudi-
 cas aut eos testes te adducere qui quia nummos acceperint te præterierint: aut
 te ne gratuita quidem eorum suffragia tulisse. Illud uero crimen de nummis
 quos in cīrco flaminio deprehensos esse dixisti: caluit te recenti: nunc in causa

PRO PLANCIO.

refrinxit. neq; n. qui illi nummi fuerint: nec quæ tribus: nec qui diuisor ostēderas: atq; is qdem eductus ad consules: qui tum in crimen uocabat: se inique a tuis iactari grauiter querebat. Qui si erat diuisor p̄sertim eius quem tu habebas reum: cur abs te reus non est factus? cur non eius damnatione aliquid ad hoc iudicium p̄iudicii cōparasti? Sed neq; tu habes hæc: neq; eis confidis. alia te ratio: alia cogitatio ad spem huius opprimendi excitauit. Magnæ sunt in te opes: late patet gratia: multi amici: multi cupidi tui: multi fautores laudis tuæ: multi huic inuident: multis etiam pater optimus uir nimium retinēs equestris iuris & libertatis uidet. multi et cōmunes inimici regi oīum: q̄ ita semp testinū de ambitu dicunt: quasi aut moueant animos suis testimonii: aut gratū Po.Ro. sit: ut ab eo facilius ob eam causam dignitatē quam uolū consequatur. Quibus cum me iudices pugnantem meo more pristino no nō uidebitis: nō quo mihi fas sit quicq; effugere: qd̄ salus Plancii postulet. Sed q̄a neq; necesse est me id persequi uoce: qd̄ uos mente uideatis: & qd̄ ita de me meriti sunt illi: quos ego testes uideo paratos: ut eorū reprehensionē uos uestra prudentiæ assumere: meæ modestiæ remittere debeat. Illud unum uos magnope oro atq; obsecro iudices cū huius quem defendo: tum cōmuniſ periculi causa: ne fictis auditionibus: ne disseminato dispersoq; sermoni fortunas innocētium subiiciendas putetis: multi amici accusatoris: nō nulli etiam nostri iniqui: multi cōmunes obtrectatores ac omnium inuidi multa finixerunt. Nihil est autem tam uolucre q̄ maledictū: nihil facilius emittitur: nihil citius excipitur: latius dissipatur. Neq; ego si fontem maledicti reperietis: ut negligatis: aut dissimuleatis: unquā postulabo. Sed si qd̄ sine capite manabit: aut quid erit eiusmodi: ut non extet auctor qui audierit: aut ita negligens uobis esse uidebitur: ut unde audierit oblitus sit: aut ita leuem habebit auctorem: ut memoria dignum nō putarit: huius illa uox uulgaris: auditu ne quid reo innocentio noceat oramus. Sed uenio iam ad Lucium Cassium ad familiarem meum cuius ex oratione ne illū quidem inuentum tecum expostulauī: quem ille omni & uirtute & humanitate ornatus adolescens primū de plebe ædilem curulem factum esse dixit: i quo Cassi si illa tibi respondeam: nescisse id Po.Ro. neq; fuisse qui id nobis narraret p̄sertim mortuo Longino: nō ut opinor admirere: cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis: me hic id ex te primum audisse cōfitear: & quoniam tua fuit perelegans ac persubtilis oratio: digna eq̄tis R.o. cōtra quem agerbas uel studio uel pudore: quoniamq; sic ab his auditus es: ut magnus honos & ingenio & humanitati tuæ tribueretur: respōdebo ad ea quæ dixisti: quæ pleraq; de ipso fine fuerunt: in quibus ipsi aculei si quos habuisti in me reprehendo: tamen mihi non ingratí acciderunt. Quā s̄isti utrum mihi putarem eq̄tis R.o. filio faciliorem fuisse ad adipiscēdos honores viam: an futuram esse filio meo: quia esset familia consulari. Ego uero q̄q; oīa illi malo q̄q; mihi: tamen illi honorum aditus nunq; faciliores optauī q̄ mihi fuerūt: quin etiam ne forte ille si

ORATIO.

bi me potius peperisse iam honores q̄iter demonstrasse adipiscendoḡ putet: Hæc illi soleo p̄cipere:q̄q ad p̄cepta ætas non ē gnati:quæ ille a Ioue ortus suis p̄cipit filiis. Vigilandum ē semper:multæ insidiae sunt bonis nostris: cæteraq; nōne id quod multi uideant:quæ scripsit grauis & ingeniosus poeta: scripsit nō ut illos regios pueros:qui iam nusquam erant:sed ut nos & nostros liberos ad laborem & laudem excitaret. Quæreris quid potuerit amplius assequi Plancius si.Cn.Scipionis fuisse filius: magis ædilis fieri non potuisset.sed hoc præstare:q; ei minus inuidetur:& enim honorum gradus summis hominibus & infimis sunt pares:gloriæ disparef. Quis nostrum se dicit.M.Curio: quis.Cn.Fabritio: quis.P.Duellio parem: quis Attilio Calatino: quis.Cn. & P.Scipionibus: quis Africano: Marcello: Maximo: Eosdem sumus honorum gradus quos illi assecuti. Est enim in uirtute multis ascensus. ut is gloria maxime excellat: qui uirtute plurimum præster. honorum populi finis est consulatus: quem magistratum iam octingenti fere consecuti sunt. horum si diligenter quæras: uix decimam partē reperies gloria digna. Sed nemo unquam sic egit ut tu.cur iste sit consul: quid potuit amplius si.L.Bru-tus esset:qui ciuitatem dominatu regio liberauit: honore nihil amplius:laude multum:Sic igitur Plancius nihilominus quæstor est factus:& tribunus plebis & ædilis q̄ si esset summo loco natus.Sed hæc pari loco orti sunt innumerabiles alii consecuti.profers triumphos.T.&.C.Marii:& quæreris quid simile in Plancio:quasi uero isti quos memoras propterea magis laude fuerint digni q̄ triumpharunt:& non quia cōmissi sunt his magistratus:in quibus re bene gesta triumpharent.Rogas quæ castra uiderit:qui miles in Creta hoc Imperatore: & tribunus in Macedonia militum fuerit:& quæstor tantū ex re militari detra-xerit tēporis:q̄ tu in me custodiendum transferre maluerit.Q uæreris num disertus: īmo id qd secundū est:ne sibi quidem uidef. Num iurisconsultus: quasi quis q̄ sit qui sibi hunc/falsum de iure respondisse dicat. Omnes.n.istius modi artes in his reprehendūtur:qui cum professi fuerint: satisfacere nō possunt: non in iis qui absuisse ab istis studiis confitenē. Virtus: probitas: integritas in candidato:non linguæ uolubilitas:non ars:non scientia requiri solet. Ut nos ī mancipiis parandis quāuis frugi hominem si pro fabro aut pro textore emimus: ferre moleste solemus:si eas artes quas in emēdo secuti sumus forte ne-sciuerit.sin emimus quem uillicū imponeremus:quem pecori p̄siceremus:nihil ī eo nīsi frugalitatem:laborem:uigilantiam esse curamus:Sic Po.Ro.de-ligit magistratus:quasi Reip.uillicos:In quibus:si qua p̄terea est ars: facile pa-titur.sin minus:uirtute eorū & innocentia contentus est.Q uotus.n.quis q̄ di-sertus:quotus q̄sq; iuris peritus est:ut eos numeres q̄ nolūt esse. q̄ si p̄terea ho-nore dignus nemo ē:quidnam tot optimis & ornatissimis ciuib; est futurū? Iubes Plancium de uitiis Laterensis dicere: nihil potest: nisi eum nimis in se iracundum putabis fuisse:Idem effers Laterensem laudib;:facile patior id te

Lue m. nūg/rath
regnat.

finis

Lues late:

PRO PLANCIO.

agere multis uerbis: quod ad iudicium nō pertineat; & id te accusantē tam diu dicere: qđ ego defensor sine periculo possum confiteri. atqui non modo confiteor summa in Laterense ornamenta esse: sed te etiam reprehendo qđ ea non enumeres: alia quædam inania & leuia conqueriras. Preneste fecisse ludos: qđ: alii quæstores non ne fecerunt? Cyrenis liberalem in publicanos: iustum in socios fuisse: quis negat? Sed ita multa Romæ gerunt: ut uix ea quæ fiunt in prouintiis audiantur. Non uereor ne mihi aliquid iudices uidear arrogasse: si de quæstura mea dixerim. quāuis. n. illa floruerit: tamē eum me postea fuisse: mehercule in maximis arbitror: ut non ita mihi multum sit ex quæsturæ laude repetendum: sed tñ non uereor ne quis audeat dicere ullius in Sicilia quæsturam aut gratiorem aut clariorem fuisse. Vere mehercule hoc dicam: Iustum existimabam nihil hoīes aliud Romæ: nisi de quæstura mea loq. Frumeti in summa caritate maximū numerū miseram: negotiatoribꝫ comis: mercatoribꝫ iustus: municipibus liberalis: sociis abstinentis omnibꝫ eram uisus in omni officio diligenterissimus. Ex cogitati quidam erant a sicutis honores inauditi. Itaq; hac spe decedebam: ut mihi Po. Ro. ultro omnia delaturū putarem. At ego cū caluibus his itineris faciendi causa decedēs et prouintia puteolos forte uenissim: cū plurimi & lautissimi solent esse in his locis: concidi pene iudices: cum ex me qđam quæsissem quo die Roma exissem: & nunq; in ea esset noui. Cui cum respondissem mea et prouintia decedere: etiā mehercules inquit ut opinor ex Africa: huic ego iam stomachas fastidiose: imo et Sicilia inquam. Tum quidā quā si qui omnia sciret: quid tu? nescis inquit hunc syracusis quæstorem fuisse: qđ multa? destiti stomachari: & me unum ex iis feci: qui ad aquas uenissent. Sed ea res iudices haud scio an plus mihi pfuerit qđ si mihi tum essent oēs congratulati. Nā postea qđ sensi. Po. Ro. aures hebetiores: oculos acres atq; acutos habere: destiti quid de me audituri essent homines cogitare: feci ut postea quotidie præsentem me uiderent. habitavi in oculis: pressi eorum neminem: a congresu meo: neq; ianitor meus neq; somnus absterruit. Et quid dicam de occupatis meis temporibus: cui fuit negocium quidem nunq; ociosum? Nam quas tu cōmemoras cassi legere te solere orationes cū ociosus sis: has ego scripsi rudis & ferus: ne omnino unquā essem ociosus. Et. n. Marci Catonis illud qđ in principio scripsit originū suarū semp magnificum & p̄clarum putauit: clarorū uiros atq; magnorum nō minus ocii qđ negocii rationem extare oportere: Ita si quā habeo laudem: quæ quāta sit nescio; parta Romæ ē: quæ sita in foro. meaq; priuata consilia publici quoq; casus comprobauerunt: ut etiam summa Reipub. mihi domi fuerit gerenda: & urbs in urbe seruāda. Eadem igitur Cassi uia munita Laterensi est. Idem uirtutis cursus ad gloriam: hoc facilior fortasse: qđ ego huc a me ortus & per me nixus ascendi: istius egregia uirtus adiuuabitur comiūdatione maiorum. Sed ut redeam ad Plancium: nunquam ex urbe absfuit: nisi sorte: lege: necessitate: non ualuit rebus iisdem quibus fortasse nonnulli: at

Eome siem Gloria patr

Quætor Ci

✓

ORATIO.

ualuit assiduitate: at ualuit seruandis amicis: ualuit liberalitate: fuit in oculis:
 petiuit: est usus ratioe: qua minima inuidia noui homines plurimi eosdem ho-
 nores consueti sunt. Nam quod ait Cassi non plus me Plancio debere quod bo-
 nis omnibus: & his & que mea salus cara fuerit: ego me debere bonis omnibus
 fateor: sed etiam iij quibus ego debo boni uiri & ciues comitiis ad litiis aliqd
 se meo nomine debere Plancio dicebant. Verum fac me multis debere & i his
 Plancio: utrum igitur me conturbare oportet: an ceteris cum cuiusque dies uene-
 rit: hoc nomen debitoris quo urget nunc competitor dissoluere: quod dissimilis est
pecuniae debitio & gratiae. Nam qui pecuniam dissoluit: statim non habet id quod
 reddidit. quod autem debet aes retinet alienum, gratiam aut & qui refert habet. & qui
 habet: in eo ipso quod habet refert. Neque nunc ego Plancio desinam debere: si hoc
 soluero: nec minus ei redderem uoluntate ipsa: si hoc molestiae non accidisset.
 Quæreris a me Cassi quod pro fratre meo qui mihi est carissimus: quid pro meis li-
 beris quibus nihil potest mihi esse iucundius: amplius quod pro Plancio facio: face-
 re possum: nec uides istorum ipsorum caritate ad huius salutem defendendam
 maxime stimulari me atque excitari. Nam neque illis huius salute a quo mea sci-
 unt esse defensam quicquid est optatius: & ego ipse nunquam illos aspicio: quoniam per huc
 me his conseruatum esse meminerim: huius meritum in me recordor. Opimi-
 um damnatum esse commemoras seruatorem ipsum Reip. Calidium adiugis:
 cuius lege. Q. Metellus in ciuitatem sit restitutus. reprehendis meas pro Plan-
 cio preces: quod nec Opilius suo nomine liberatus sit: nec. Q. Metelli Calidi-
 us. de Calidio tantum tibi respondeo: quod ipse uidi. Q. Metellum Pium co-
 sulen prætoriis comitiis petente Q. Calidio. Populo Romano supplicasse:
 cum quidem non dubitaret & consul & homo nobilissimus patronum illum esse
 suum & familiæ suæ nobilissimæ dicere. quo loco quæro ex te num id in iu-
 dicio Calidii putas: quod ego in Plancio facio: aut Metellum Pium si Romæ esse
 potuisse: aut patrem eius si uixisset non fuisse facturum. Nam Opilius quidem
 calamitas utinam ex hoium memoria posset euelli. uulnus illud Reip. dede-
 cus huius imperii: turpitude Po. Ro. non iudicium putandum est. quia non illi iu-
 dices si iudices & non parricidae patriæ nominandi sunt: grauiorem potuerunt
Reip. infligere securim: qua cum illum ex ciuitate eiecerunt: quod pro finitimo: co-
 sul domestico bello Remp. liberarat. At non nimis ego magnum beneficium Pla-
 cio. & ut ait id uerbis exaggeo. quasi uero me tuo arbitratu & non meo gratu
 esse oporteat: quod istius tantum meritum inquit: an quia te non iugulauit: imo
 uero quia iugulari passus non est. quo quidem tu loco Cassi et purgasti inimi-
 cos meos: meaque uitæ nullas ab illis insidias fuisse dixisti. posuit hoc idem La-
 terensis. quaoibrem de isto paulopost plura dicam: de te tantum requiro: utrum
 putas odium mediocre in me inimicorum fuisse: quod fuit illogique tantum requiro:
 Vtrum putes odium unquam barbarorum tam imane ac tam crudele in hostem: An fuisse in
 his aliquem aut famæ metum aut poenam: quoque uidisti toto illo anno ferrum

*Dina**Exempla**Opilius*

PRO PLANCIO.

in foro? flamمام in delubris? uim in tota urbe uersari? nisi existimas eos i
circo uitæ meæ pepcisse:qd' de reditu meo non timerent.& quenq; putas fuisse
tam excordem:q uiuis his stante urbe & curia reditus me si uiuerem:non pu
taret? Q uāobrem non debes is homo & is ciuis p̄dicare uitam meam: quæ fi
delitate amicorū conseruata sit:inimicorū molestia non esse appetitam | Respō
debo tibi nunc Laterensis minus fortasse uehementer:q abs te sum prouoca
tus.sed profecto nec considerate minus: nec minus amice . Nā primum illud
fuit asperius:me quæ de Plancio dicerem:mentiri:& temporis causa fingere.f.
homo sapiens excogitaui quāobrem uiderer maximis beneficii vinculis obstri
ctus.cum liber essem & solutus.Q uid.n.mih ad defendendum Planciū pa
rum multæ:parum iustæ necessitudines erant familiaritatis: uicinitatis : patris
amiciciæ? Q uæ si non essent:uereor credo ne turpiter facerē:si hoc splendore
& hac dignitate hominem defenderem.fingenda fuit mihi iudices cā peracu
ta:ut ei quem mihi debere oporteret:ego me omnia debere dicerem. At id etiā
gregarii milites faciunt inuiti:ut coronam dent ciuicam: & se ab aliquo serua
tos esse fateant:non quo turpe sit protectum in acie hostium manibus eripit
Nam id accidere nisi forti uiro & pugnanti cominus non pōt: sed onus bene
ficii reformidant:q permagnum est alieno debere idem quod parenti. Ego cū
cæteri uera beneficia etiam minora dissimulent:ne obligati esse uideantur : eo
me beneficio obstrictum esse ementior : cui ne referri quidem gratia posse ui
deatur.An hoc tu Laterensis ignoras? qui cū mihi essem amicissimus : cum uel
periculū uitæ tuæ mecum sociare uoluisses:cū me in illo tristi & acerbo luctu atq;
discessu non lachrymis solū tuis:sed animo:corpore:copiis psecutus essem : cū
meos liberos & uxorem me absente tuis opibus auxilioq; defendisses: sic me
cum semp egisti te mihi remittere atq; concedere:ut omne studium meū ī Cn.
Plancii honore cōsumerē:q eius in me meritū tibi etiā gratū esse dicebas. Ni
hil autē me noui:nihil temporis cā dicere:nonne etiam illa testis est oratio:q ē
a me prima habita in Senatu? in qua cū p̄ paucis nominatim egissem gr̄as : q
oēs enumerari nullo modo possent:scelus aut̄ effet quenq; p̄teriri: statuissemp
eos solū noīare:q causæ nostræ duces. & quasi signiferi fuissent:in his Plancio
gratias egī: Reciteturq; oratio : quæ pp̄ter eius magnitudinem dicta de scri
pto est:in qua ego homo astutus ei debeam:cui nihil magnopere deberem : &
huius tanti officii seruitutem astringam testimonio sempiterno . Nolo cætera
quæ a me mandata sunt litteris recitare : prætermitto ne aut proferre uidear ad
tempus : aut eo uti genere litterarum : quod meis studiis aptius q̄ consuetu
dini iudiciorum esse uideatur. Atq; etiam clamitas Laterensis:quousq; ista di
cis? nihil in Ciprio profecisti :absolutæ sunt iam preces tuæ : de Ciprio mi
hi uidetur obiicies : quem ego de me benemeritum : quia te teste cognō
ueram : te eodem auctore defendi : & ei dices quousq; quem negas : quod
pro Ciprio contenderim impetrare potuisse? | Nam istius uerbi quousq;
Enīt nūc Laterensi
gnōsſ

ORATIO.

hæc poterat esse inuidia: datus est tibi ille: condonatus ille: nō facis finem: ferre non possumus. Ei quidem qui p uno laborarit: & ipsum id non obtinuerit: dici quousq; irridentis magis est q̄ reprehendētis: nisi forte ego unus ita me ges-
si in iudiciis: ita & cum his & inter hos uixi: is in causis patronus: Is in Rep. ci-
uis & sum & semper fui: solus ut a te constituar: qui nihil a iudicibus debeam
unquā impetraſ. & mihi lachrymulam Cipriani iudicii obiectas. sic. n. dixisti.
Vidi ego tuam lachrymulā: uide q̄ me uerbi tui peniteat. non modo lachry-
mulam sed multas lachrymas & fletum cum singultu uidere potuisti. An ego
qui meoꝝ lachrymis me absente cōmotus similitates quas meū habebat de-
posuisseſ: meꝝq; salutis & non modo nō oppugnator ut inimici mei putarent:
sed etiam defensor fuisseſ: huius in periculo non dolorem meū significarē: tu
aut̄ Laterensis qui tum lachrymas meas gratas esse dicebas: nūc easdē uis in-
uidentias uideri: Negas tribunatum Plancii quicq̄ attulisse adiumenti digni-
tati meæ: atq; hoc loco qđ uerissime facere potes. L.Racili fortissimi & constā-
tissimi uiri diuina in me merita cōmemoras: cui quidem ego sicut in Plancio
nunquam dissimulaui me plurimū debere. sempq; præ me feram. nullas. n. si-
bi ille neq; contentiōes neq; inimicicias: neq; uitæ dimicatiōes: neq; pro Rep.
neq; p me defugiēdas putauit. Atq; utinā q̄ ego sum in illū gratus: tam licuiſ-
set per hominum uim & iniuriam Po.Ro.ei gratiam referri. sed si non eadem
contendit in tribunatu Plancius: existimare debes non huic uoluntatē defuiſ-
se: sed me cū iam Plancio deberē Marci Racili benefiis fuisse contentū. An
uero putas iudices iccirco minus mea causa facturos: q̄ me esse gratum crimi-
naris: An cū Po.Ro.illo.S.C.qđ in monumento Marii factum est: quo mea
salus omnibꝫ est gentibꝫ cōmendata: uni.C.Plancio gratias egerit: Vnus. n.
fuit de magistratibus aut pro magistratibus defensor salutis meæ: cui Senatus
pro me gratias agendas putauit: ei ego a me referendam gratiam non putem⁹
Atq; eum uidens: quo me tandem animo in te putes eē Laterensis: Vllum eē
tantum periculū: tantum laborem: tantam contentionē: quā ego non modo p
salute tua: sed etiā pro dignitate defugerem⁹ Q uo quidem magis etiam sum
non dicam miser: natura quidem abhorret a uirtute uerbi: sed certe exercitus:
non quia multis debeo (leue. n. onus beneficii gratia) sed quia sāpe concurrīt
propter aliquorꝫ de me meritorꝫ inter ipsos contētiones: ut eodem tpe in om-
nes uerear ne uix possim gratus uideri: sed ego hoc meis ponderibus examina-
bo non solum quid cuiq; debeam: sed etiam quid cuiusq; intersit: & quid
a me cuiusq; tempus poscat. Agitur studium tuum: uel etiam si uis existima-
tio laus ædilitatis: at. C. Plancii salus: patria: fortunæ. Saluum tu me esse cu-
pisti. hic fecit ut etiam esse possem. distineor tamen & diuellor dolore: & in
causa dispari offendit te a me doleo. sed mediussidius multo citius meam sa-
lutem pro te obiecero/q̄. Cn. Plancii salutem tradidero contentioni tuæ. Et
enim iudices cum omnibus uirtutibus me affectum esse cupio: tum nihil

PRO PLANCIO.

est quod malim q̄ me & gratum esse & uideri. Hæc est. n. una uirtus non solū
maxima: sed etiam mater uirtutum omniū reliquarum. Quid est pietas nisi
uoluntas grata in parentes? qui sunt boni ciues? qui belli qui domi de patria
benemerentes: nisi qui patriæ beneficia meminerūt? Qui sancti: qui religio/
num colentes. nisi q̄ meritam diis immortalibus gratiam iustis honoribus & me
mori mente persoluūt? Quæ potest esse iucunditas uitæ sublatis amiciciis? q̄
porro amicicia potest esse inter ingratos? Quis est nostrū liberaliter educatus:
cui non educatores: cui non magistri sui atq; doctores: cui nō locus ille mutus:
ubi ipse alitus atq; doctus est cum grata recordatione in mente uersetur? cuius
opes tantæ esse possunt: aut unquam fuerūt: quæ sine multoq; amicorū officiis
stare possint? Quæ certe sublata memoria & gratia nulla extare possunt. Eq/
dem nil tam propriū hominī existimo q̄ non modo bñficio sed etiam beni/
uolentiæ significatione alligari. Nihil porro: tam inhumanum: tam immane:
tam ferum/q̄ cōmittere ut beneficio non dicam indignus: sed uictus esse ui/
deare. Quæ cū ita sint: iam succumbam Laterensis isti tuo ori nimio. in eo: in
quo nihil potest esse nimium (quoniam ita tu uis) nimium me gratum esse cō
cedam: petamq; a uobis iudices ut eū beneficio complectamini: quē qui rep/
hendit in eo reprehendit quod præter modum gratum esse dicat. Neq; enim ad
negligendam meam gratiam debet ualere quod dixit idem uos nec nocentes
nec litigiosos esse: quo minus me apud uos ualere oporteret: quasi uero in ami
cicia mea non hæc præsidia si qua forte sunt in me: parata semper amicis esse
maluerim: q̄ necessaria. Etenim ego de me tantum audeo dicere amiciciā meā
uoluptati pluribus quam præsidio fuisse: meq; uehementer uitæ meæ pœnire
ret: si in mea familiaritate locus eēt nemini nisi litigioso aut nocenti. Sed hoc
nescio quo modo frequenter in me congesisti: saneq; in eo creber fuisti: te ic/
circo in locos causam coniicere noluisse: ne ego mea consuetudine aliquid de
Thensis misericordiæ causa dicerē: quod in aliis ædilib; ante fecissem: nō ni
hil egisti hoc loco: nam mihi eripuisti ornamētum orationis meæ. deridebor si
mētionē thēsarum fecero: cū tu id prædixeris. sine thēsis aut qd potero dicere?
Hic ét addidisti me iccirco mea lege ex isto ambitu traxisse: ut miserabiliores
epilogos possem dicere. Nū uobis uideor cū aliquo declamatore non cā labo/
ris & fori disputare? Rhodi. n. inqt non fui: me uult fuisse. sed fui inqt: putabā
in Vaceis dicturū: bis in Bithynia: si locus habet reprehēsiōis ansam aliquam:
nescio cur seueriorē Niceā putas q̄ Rhodū: si spectāda cā ē & tu i Bithynia sū
ma cū dignitate fuisti: & ego Rhodi nō minoř. Nā qd in eo me reprehēdisti qd
nimū multos defendeſim: utinā & tu q potes: & cæteri q defugiūt: uellēt me
labore hoc leuare. sed fit uestra diligētia q̄ in causis ponderādis oēs fere repu
diatis: ut ad nos pleræq; confluant: qui miseris & laborantibus nihil negare
possimus. Admonuisti ét q̄ in Creta fuisses: dictum aliquod in petitione tua
dici potuisse: me id pdidisse. Vter igitur nostrum é cupidior dicti? ego ne qui

ORATIO.

quod dixi potuit non dixerim : an tu qui etiam ipse in te dixeris ? tu aiebas de
tuis rebus gestis nullas litteras misisse ; qd mihi meæ quas ad aliquem misissim
obfuissent ; quas ego mihi obfuisse nō intelligo ; Reip. uideo prodesse potuisse.
Sed sunt hæc leuiora : illa uero grauiora atq; magna qd meum discessum quæ
sæpe defleras : nūc quasi reprehendere & subaccusare uoluisti . dixisti enim nō
auxiliū mihi : sed me auxilio defuisse . Ego uero fateor me quod uiderim mihi
auxilium nō desse ; Iccirco me illi auxilio pepercisse . Q uis enim status : quod
discrimē : quæ fuerit in Rep. tempestas illa ; quis nescit ? Tribunitius me terror :
an consularis furor mouit ? decertare mihi ferro magnum fuit cum reliquis eo
rum quos ego florentes atq; integros sine ferro uiceram . Consules post homi
num memoriam teterimi atq; turpissimi ; sicut & illa principia & hi recentes re
rum exitus declararunt : quorum alter exercitum perdidit : alter uendidit em
ptis prouinciis a senatu a Rep. a bonis oībus defecerant : qui exercitibus ; q ar
mis : qui opibus plurimis poterant : cum quid sentirent nesciretur : furialis illa
uox nefariis stupris : religiosis altaribus effeminata : secum & illos consules
facere acerbissimos personabat : egentes in locupletes : perditū in bonos : serui i
dominos armabantur . Aderat mecum Senatus & quidem ueste mutata : qd
pro me uno post hominum memoriam publico consilio suscepsum ē . Sed re
cordare qui tum fuerint consulū noīe hostes : qui soli in hac urbe Senatū Se
natui parere nō suerint : edicto qd suo nō luctū . P. sed luctus idicia ademerint .
Aderat mecum cūctus equester ordo : quem quidē in concionibus saltator il
le Catilinæ consul pscriptionis denunciatiōe terrebat . At tota Italia cōuene
rat : cui quidē belli intestini & uastitatis metus iferebat . Hisce ego auxiliis stu
dentibus : atq; incitatis uti me Laterensis potuisse confiteor : sed erat non iure :
non legibus : non disceptando decertandū : nam profecto p̄fertim tam bona in
cā nunq quo cæteri abundarunt : id mihi ipsi auxilium meum defuisset . Armis
fuit armis inquā fuit dimicandum : quibus a seruis atq; a seruorū ducibus cæde
fieri Senatus & bonorū Reip. exitiosum fuisset . Vincī aut improbos a bonis
fateor fuisse p̄clarum : si finem eum uincendi uiderem : quem profecto non ui
debam . Vbi enim præsto fuisset mihi : aut tam fortis consul q. L. Opimius : q
Caius Marius : q. L. Flaccus : quibus ducibus improbos ciues Respu. uicit ar
matis : aut si minus fortes : attamen tam iusti q. P. Mutius : qui arma quæ pri
uatus . P. Scipio sumperat : ea . T. Gracchus interempto iure optimo sumpta eē
defendit . Esset igitur pugnandum cum consulibus : nihil amplius dico nisi il
lud : uictoriæ nostræ graues aduersarios paratos / interitus nullos ultores eē ui
debam . Hisce ego auxiliis salutis meæ si iccirco defui quia nolui dimicare : fa
tebor id quod uis non mihi auxilium : sed me auxilio defuisse . Sin autem quo
maiora studia in me bonorum fuerunt : hoc his magis consulendum & paren
dum putauit : tu id in me reprehendis quod . Q. Metello laudī datum est : ho
dieq; est : & semper erit maximæ gloriæ : quem ut potes ex multis audire q tum

PRO PLANCIO.

affuerūt inuitissimis uiris constat bonis cessisse: nec fuisse dubium qn contētione & armis superior posset esse. Ergo ille cum suum non cū Senatus factū defenderet:cū perseverantiam sententiæ suæ non salutem Reip. retinuisset.tamen ob illam qua illud uoluntarium uulnus accepit: iustissimus omniū M^{er}telloꝝ constantiam & clarissimos triumphos gloriæ laude superauit: q & illos ipsos improbissimos ciues interfici noluit.& ne quis bonus interiret in eadem cāde prouidit:ego tantis periculis propositis cū si uiuctus essem:interitus Rei-publicæ si uicissim:infinita dimicatio pararet:committerem ut idem perditor Reipub.noīarer:qui seruator fuisset? mortē me timuisse dicis . Ego uero ne imortalitatē quidem contra Remp.accipiendā putarē:ne dum emori cū pernitie Reip.uellem:nam q pro Rep.uitam dediderunt:licet me desipere dicatis nunq̄ mehercule eos potius mortē q̄ imortalitatē assēcūtos putauī. Ego uero si tum illoꝝ impioꝝ ferro & manu cōcidissem in perpetuū Resp.ciuile p̄sidium salutis suæ perdidisset:quin ēt si me uis aliqua morbi aut natura ipsa consumpsisset.tñ auxilia posteritatis essent iminuta.q̄ peremptum esset mea morte id exemplū:qualis futurus in me retinendo fuisset.S.P.Q.R.an si unquam in me uitæ cupiditas fuisset:ego mense decembri mei cōsulatus omnium parricidarum tela cōmossem:quæ si uiginti dies quiessem:in alioꝝ uigiliam consulū recidissent.Q uāobrem si uitæ cupiditas contra Rempu.est turpis:certe multo mortis cupiditas mea turpior fuisset cū pernitie ciuitatis. Nam q̄ eē te in Republica libeꝝ gloriatus es:id ego & fateor & lātor & tibi etiā in hoc gratulor. q̄ me autem negasti:in eo neq̄ te neq̄ quenq̄ diutius patiar errare:nam si quis iccirco aliquid de libertate mea diminutum p̄itat:q̄ non ab omnibus eisdem a quibus antea solitus sum dissentire dissentiam.primū si bene de me meritis gratum me præbeo : non desino incurrere in crimen hominis nimium memoris nimiumq̄ grati.sin autem sine ullo Reipu.detrimento respicio etiā ali quando salutem tum meam:tū meorum:certe non modo non sūm reprehēdēdus : sed etiā si ruere uellem:boni uiri ut id ne facerem me rogarent. Res uero ipa.P.si loqui posset ageret mecum/ut quoniam sibi seruiuisse semp/nū quam mihi:fructus autem ex se se non ut oportuisset lātos & uberes sed magna acerbitate permixtos tulisse:ut iam mihi seruirem/consulerem meis: se non modo satis habere a me : sed etiā uererī ne parum mihi pro eo q̄ tum a me haberet reddidisset.quod si horum ego nihil cogito: & idem sum in Rep. qui fui semp:tamen ne libertatem requires meam/quam tu ponis in eo:si semper cum iis quibus cum aliquando contendimus depugnemus :qd̄ est longe secus:stare.n.omnes debemus tanquam in orbe aliquo Reipu .qui quoniam ueret.eam diligere partem ad quam nos illius utilitas salusq̄ cōuerterit. Ego autem.Cn.Pom.non dico auctorem ducem defensorem salutis meæ : nā hæc priuatim fortasse officiorum memoriam & gratiam querunt: sed dico hoc qd̄ ad salutem Reip.pertinet : ego eum non tuear quem omnes in Repu.princi-

F

fortis & p̄ia

prosopop.

spatio

ORATIO.

peim esse concedūt? Ego.C. Cæsar is laudibus desim: quas primum Po.Ro. nunc etiam Senatus cui me semper addixi plurimis atq; amplissimis iudiciis uideram eē celebratas: tum hercule me confitear non iudicū aliquod habuisse de Reipublicæ utilitate: sed hominibus amicum aut inimicū fuisse. an cum uideam nauem secūdīs uentis cursum tenentem suum: si non eum petat portum quem ego aliquando probauī: sed alium non minus tutum atq; tranqllū: cum tempestate pugnem periculoſe potius/q illi salute p̄fertim proposita obtē perem & paream? Ego uero hæc dīdīci: hæc uidi: hæc scripta legi: hæc de sapiē tissimis & clarissimis uiris & in hac Repu. & in aliis ciuitatibus monumēta nobis litteræ prodiderunt. Non semp easdem sentētias ab hisdem: sed quascūq; Reip. status indignatio temporum ratio concordiæ postularet eē defendēdas: qd ego & facio Laterensis & semper faciam: libertatemq; quam in me requiri: quam ego neq; dimisi unquam neq; dimittam: nō in pertinacia sed in qua dam moderatione positam putabo. Nunc uenio ad illud extermalum qd dixi/ sti cum Planci in me uerbis meritū extollerem: me arcem facere ex cloaca: la/ pidēq; ex sepulchro uenerari p̄ deo: neq; n. mihi insidiarum periculum ullum neq; mortis fuisse: cuius ego temporis rationem explicabo breui: neq; inuitus. nil. n. ex meis est temporibus. qd minus puagatum: quodq; minus aut mea cō memoratione celebratū sit: aut hominibus auditum atq; notū. ego. n. Lateren sis ex illo incendio legum iuris Senatus bonorum hominum cedens cū mea domus ardore suo deflagrationē urbi atq; Italīæ toti minareſ nisi quieuissem: Siciliam petui animo: quæ & ipsa erat mihi sicut domus una coniuncta: & obtinebat a. C. Virgilio: quo cum me uno uel maxime tum uetus amicicia. tum mei fratris collegia: tum Respu. sociarat. Vide nūc caliginem temporum illorum. cum ipsa pene insula mihi se se obuiam ferre uellet: p̄tor ille eiusdē Tri. plebis contionibus pp eandem Reipu. causam saepē uexatus nihil amplius di co nisi me in Siciliam uenire noluit. Quid dicam. C. Virgilio tali ciui & uiro beniuolentiam in me: memoriam cōmunium temporū: pietatem humanitatē fidem defuisse? Nihil uidelicet est eorum: sed quam tempestatem nos nobis- cum non tulissemus: metuit ut eam ipse non posset opibus suis sustinere: tum consilio repente mutato Iter a Vibone Brundusium terra petere contendī. Nā maritimos cursus p̄cludebat hyemis magnitudo: cum omnia illa municipia quæ sunt a Vibone brundusium in fide mea iudices essent: tunc mihi iter tu- tum multis minitantibus magno cum suo metu prestiterunt. Brūdusium ue- ni uel potius ad moenia accessi: urbem unam mihi amicissimā declinaui: quæ se uel potius excindi quam ex suo complexu ut eriperer facile patereſ: in hor- tos me. Mar. Leni Flacci contuli: cui cum omnis metus: publicatio bonorum: exilium mors proponeretur: hæc perpeti si acciderent maluit q custodiam mei capitū dimittere. huius ego & parentis eius prudentissimi atq; optimi senis & utriusq; filiorum manibus in nauī tuta ac fideli collocatus: corumq; preces &

Defin ex illa.

PRO PLANCIO.

uota de meo reditu exaudiens dyrrhachium quod erat in fide mea petere contendi: quo cu uenisse: cognoui id qd audieram refertam eē grāciam scelera tissimorū hoīum ac nephario: quo ipmum ferrum ignesq; pestiferos meus ille consulatus e manibus extorserat: q anteq; de meo aduētu audire potuissent cum tum abessent aliquorū dierum uiam in Macedoniā ad Planciūq; perrexī. Hic uero simulatq; me mare transisse cognouit: Audi audi atq; attende Late rēsis ut scias quid ego Plancio debeam: confiteareq; aliquando qd faciam me grate & pie facere: huic quā p̄ salute mea fecerit si minus pfutura sint: obesse certe non oportere. Nam simul at me dyrrhachium attigisse audiuit: statim ad me lictorib; dimissis/insignibus abiectis ueste mutata pfectus est. O acerbā mihi iudices memoriam temporis illius & loci: cum hic in me incidit: cum cōplexus est: conspersitq; lachrymis: nec loqui p̄ mōrōre potuit. O rem tū auditu crudelem: tum uisu nefariam: O reliquas oēs dies noctesq; eas quibus iste a me non recedēs Thessalonicam me in quæstorium pduxit: Hic ego nūc de p̄tore Macedoniæ nihil dicam amplius nisi eū & ciuem optimū semp: & mihi amicū fuisse: sed eadem timuisse: quā cæteros. Cn. Plancium fuisse unū non q minus timeret: sed si acciderent ea quā timerent̄ mecum ea subire & p̄peti uellet: q cum ad me. L. Tubero meus necessarius q fratri meo legatus fuisi set decedens ex Asia uenisset: easq; insidias quas mihi paratas ab exilib; cōiuratis audierat: aīo amicissimo detulisset: in Asiam me ire propter eius prouintiæ metum: & cū meo fratre necessitudinem comparantē nō est passus. Vi me inquam Plancius & complexu suo retinuit: multo sq; menses a capite meo nō discessit abiecta quæstoria persona: comitisq; sumpta. O exubias tuas Cn. Placi miseras: O flebiles uigilias: o noctes acerbas: o custodiam mei capitis in felicē: si quidē ego tibi uiuus non prosum q fortasse mortuus profuissem: me mini. n. memini: neq; unquā obliuiscar tuæ noctis illius/ cum tibi uigilati: assidenti: mōrēti uana quædam miser atq; inania falsa spe inductus pollicebar me si essem in patria restitutus p̄scentem tibi gratiam relaturū: si autem uitā mihi sors ademisset: aut uis aliqua maior reditū peremisset, hos hos (quos. n. ego tum alios animo intuebar): omnia tibi illorū labōrū p̄mīa pro me perso luturos. quid me aspectas: quid mea promissa repetis: quid meam fidem im ploras? Nihil tibi ego tum de meis opibus pollicebar: sed hoī erga me beniuolentiam promittebam: hos pro me lugere: hos gemere: hos decertare pro meo capite uel uitæ periculo uelle uidebam: de eoq; desiderio: luctu: quærelis: quotidie aliquid tecum simul audiebam. Nunc timeo ne nihil tibi p̄tēter lachry mas queam reddere: quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. Quid enim possum aliud nisi mōrēre: nisi flere: nisi te cum mea salute complecti: sa lute complecti: salutem tibi iidem dare possunt qui mihi reddiderunt. huc ta men exurge quāso retinebo & complectar: nec me solum deprecatorem fortunā tuarum: sed comitē sociumq; p̄sitebor: atq; ut spero nemo erit tā cru

Exclamatio:

Epilogus

ORATIO.

dei animo tāq; inhumano; nec tam immemor meorū non dicam in bonos me
ritorū sed bonorū in me: qui a me mei seruatorē capitīs diuellat atq; distrahat.
Non ego meis ornatū beneficiis a uobis dēpcor iudices sed custodem salutis
meā: non opibus contendō: non auctoritate: non gratia: sed p̄cibus: sed lachry
mis: sed misericordia / mecumq; uos simul miserrimus & optimus obtestatur
parens: & pro uno filio duo patres dēpcamur. Nolite iudices per uos per fortu
nas uestras per liberos inimicis meis iis præsertim quos ego p̄ uestra salute su
scepi dare lātitiam gloriabitibus uos iam oblitos mei salutis eius a quo mea sa
lus conseruata est hostes extitisse: nolite animum meum debilitare tum luctu
tum ēt metu cōmutatae uestræ uoluntatis erga me: sinite me: quod uobis fretus
huic sāpe promisi id a uobis ei persoluere: teq;. C. Flauī oro. & obtestor: q̄ meo
rum consiliorum in consulatu socius: periculorū particeps: rerū quas ges̄i adiu
tor fuisti: neq; non modo saluum semp̄: sed etiam ornatū florentemq; eē uo
lūisti: ut mihi p̄ hos conserues eum/ per quem me tibi & his cōseruatum uides.
Plura ne dicam tuā me etiam lachrymāe impediunt: uestræq; iudices non solū
meā: quibus ego magno in metu meo subito inducor in spem uos eosdem in
hoc cōseruando futuros qui fueritis in me: quoniam istis uestris lachrymis de
illis recordor/ quas pro me sāpe & multum profudistis.

M.T.C.PRO PVBLIO SYLLA AD IVDICES ORATIO.III.

*Bruno Lentil d' ora p' end
mfierat*

m AXIME VELLEM IVDICES VT .P. SYLLA
& antea dignitatis suā splendorē optineret: & post calamita
tem acceptam modestiā fructum aliquem potuisset p̄cipere:
sed quoniam ita tulit casus infestus ut amplissimo in honore
cum cōmuni ambitionis inuidia: tū singulari Antronii odio
euerteret: & in his pristinā fortunā reliquiis miseris & affli
ctis tñ haberet quosdam: quoq; animos ne suppicio quidem
suo satiare posset: q̄q ex huius incōmodis magnam animo molestiam capio: tñ
in cæteris malis facile patior oblatū mihi tēpus in quo boni uiri lenitatē meam
misericordiamq; notam oībus quondam/ nunc quasi intermissam agnosceret
improbi ac perditī ciues edomitiq; atq; uicti p̄cipitante R ep. uehementem me
fuisse atq; forte: conseruata mitē ac misericordē faterent̄. Et quoniam .L. T or
quatus meus familiaris ac necessarius iudices existimauit si nostram in accusa
tione sua necessitatem familiaritatēq; uiolasset: aliquid se de auctoritate meā
defensionis posse detrahere: cum huius periculi propulsione coniungam de
fensionem officii mei: quo quidem genere non uteor orationis iudices hoc tē
pore si mea solum interesset: multis enim mihi locis & data facultas est: & sā
pe dabitur de mea laude dicendi. Sed ut ille iudices quantum de mea aucto-

PRO.P.SYLLA.

catione fortunæ deseritur? si non aderit? si nihil adiuuabit? Quæstiones nobis seruor̄: ac tormenta accusator minitā: in quibus q̄q̄ nil piculi suspicamur: tñ illa tormenta gubernat dolor: moderat natura cuiusq; tum aī tum corporis regit quæstor: flectit libido corrumpit spes: infirmat metus: ut in tot rē angustiis nihil ueritati loci relinquat. Vita. P. Syllæ Torquate ex ea quærat? Nū quæ occultet libido? num qd' lateat facinus? num quæ crudelitas? num quæ audacia? nihil erroris erit in cā: nec obscuritatis iudices: si a uobis uitæ ppetuæ uox ea quæ grauissima debet esse audiēt: nullū in hac causa testem timemus: nihil quenq; scire: nihil uidisse: nihil audisse arbitramur: sed tñ si nihil uos. P. Syllæ fortuna mouet iudices: uestra moueat. Vesta. n. qui cū summa elegan̄tia atq; integritate uixistis: hoc maxime interest nō ex libidine: aut similitate: aut leuitate testiū causas honestissimor̄ hominū pōderari: sed in magnis disq; fitionib; repentinisq; piculis uitam uniuscuiusq; esse testē: quā uos iudices nō lite armis suis spoliatam atq; nudatā obiicere inuidiæ: dedere suspicioni: munito cōmunem arcem bonor̄: obstruite perfugia iprobor̄: ualeat ad pœnā & ad salutem plurimū: quā solam uidetis ipsam ex uī sua naturaq; facillime pspici: subito flecti: fingeq; non posse. Quid uero hæc auctoritas? semp. n. de ea dicē dum est: q̄q; a me timide modiceq; diceſ. Quid inquā hæc auctoritas nostra: q̄ a cæteris coniurationis causis abstinuimus. P. Syllam defendimus: nihil hūc tandem iuuabit: graue si appetimus aliquid: si cū cæteri de nobis silent: non ēt nos metipsi tacemus: graue. sed si lædimur: si accusamur: si in inuidiam uocamur: profecto conceditis iudices ut nobis libertatem retinere liceat: si minus licet dignitatē. accusati sunt: quæro num hic ille? sed oēs uno nomine consular̄s: ut iam uideat honoris amplissimi nomen plus inuidiæ q̄ dignitatis afferre. Affuerunt inquit Catilinae: illūq; laudarunt: nulla tñ patebat: nulla erat cognita coniuratio: defendebant amicū: aderant supplici. uitæ eius turpitudinem in summis eius periculis non insequebant̄. quin ēt parens tuus Torquate consul reo de pecuniis repetundis Catilinæ fuit aduocatus iprobo homini: at supplici: fortasse audaci: & aliquando amico: cui cū affuit post delatam ad eum primum illam cōiurationem indicauit se audisse aliqd non credidisse. at idem nō affuit alio in iudicio cū adessent cæteri: sed postea cognorat ipse aliqd qd' in cōsulatu ignorasset: ignoscendum ē iis qui post ea nihil audierūt. Sī illa res de pecuniis repet. prima ualuit non inueterata q̄ recens debuit esse grauior. Sed si tuus parens ēt in illa suspicione periculi sui tñ humanitate adductus: aduocationem hominis improbissimi sella curuli atq; ornamentis & suis & consular̄tus honestauit: Quid est quāobrem consulares qui Catilinæ affuerūt: reprehēdantur? At iidem iis q̄ ante hunc cām de coniuratione dixerunt nō affuerunt: tanto scelere astrictis hominibus statuerūt nihil a se adiumenti: nihil opis: nihil auxiliū ferri oportere. At ut deorum constantia atq; aio in Rempu. dicam: quorum tacita grauitas & fides de uno quoq; loquitur: neq; cuiusquam orna-

PRO.P.SYLLA.

menta orationis desiderat: pót quisquā dicere unquam meliores: fortiores: cōstantiores cōsulares fuisse: q̄ his t̄pibus & periculis: quib⁹ pene opp̄ssa ē Resp⁹.
 Q uis non de cōmuni salute apertissime: quis non fortissime: quis non constātissime sensit? Neq; ego p̄cipue de consularib⁹ dispuo. nam & hæc hoīum ornatissimorum qui p̄tores fuerunt: & uniuersi Senatus cōmunis est laus: ut constet post hoīum memoriam nunquam in illo ordine plus uirtutis: plus amoris in Remp. plus grauitatis fuisse. sed quia sunt descripti consulares: de iis tantū mihi dicendum putauī: quod satis eēt attestante memoria oīum neminem esse ex illo honoris gradu: qui non omni studio uirtute auctoritate incubuerit ad Rempu. conseruandam. Sed quid ego q̄ Catilinam nō laudaui: q̄ reo Catili
Appſa.
 næ consul non affui: qui testimoniuū de coniuratiōe dixi in alios. adeo ne uobis alienus a sanitate. adeo oblitus constantiæ meæ: adeo imemor rex a me gestar̄ esse uideor: ut cum consul bellum gesserim cū coniuratis: nunc eorū ducem seruare cupiam: & in aīum inducam cuius nuper ferrum retuderim: flāmāq; restringerim: ei usdē nunc cām uitamq; defendere? Si mediussidius iudices nō me ipsa Resp̄. meis laboribus & p̄culis conseruata ad grauitatē animi & cōstantiā sua dignitate reuocaret: tñ hoc natura est insitū: ut quem timueris: q̄ cū de uita fortunisq; cōtenderis: cuius ex insidiis euaseris: hunc semp oderis. Sed cum agat̄ honor meus āplissimus: gloria rex gestar̄ singularis: cū quotiēs q̄s q̄ est in hoc scelere cōuictus: totiēs renouet̄ memoria per me inuētæ salutis: Ego sim tā demens: ego cōmittam ut ea quæ p̄ salute oīum gessi: casu magis & fœlicitate a me: q̄ uirtute & cōsilio gesta esse uideant̄? Q uid ergo hoc tibi sumis dicet fortasse q̄spīā: ut qa tu defenderis inōcens iudicet̄? Ego uero iudices nō modo nihil mihi assūmo: in quo q̄spīam repugnet: sed et si qd ab oīb⁹ cōceditur: id reddo ac remitto. nō in ea Repu. uersor: nō his t̄pib⁹ caput meū obtuli p̄ p̄ia p̄culis oībus: nō aut ita sunt extinti quos uici: aut ita grati quos seruauī: ut ego mihi plus appetere coner̄ q̄ quantū oēs inimici inuidiq; patiant̄. Graue eum eē uideat̄ q̄ inuēstigarit coniurationē: qui patefecerit: q̄ opp̄sserit: cui Senatus singularib⁹ uerbis gratias egerit: cui uni togato supplicationē decreuerit: dīcere in iudicio nō defenderē si coniurasset. non dico id qđ graue est: dico illud qđ in his causis cōiurbationis nō auctoritati assumam sed pudori meo: Ego ille coniurbationis inuestigator atq; ultor certe non defenderem Syllam: si coniurasse arbitrarer. Ego iudices de tantis oīum periculis cū quærerē oīa: multa auiderē: non crederē oīa: cauerē oīa: dico hoc qđ initio dixi nullius indicio: nullius suspitione: nullius litteris de Repu. Syllæ rem ullam ad me esse delatā. Q uā obrem uos dīi patrii & penates qui huic urbi atq; huic imperio præsidentis: qui hoc imperium: qui hanc libertatem Po. q; Ro. qui hæc tecta atq; tépla me cōsuile uestro numīe auxilioq; seruastis: testor ítegro me aio ac libero. P. Syllæ cām defendere: nullum a me sciēte facinus occultari: nullū scelus susceptum contra salutem omnium defendi atq; tegi. nihil de hoc consul comperi: nihil suspica-

ORATIO.

tus sum: nihil audiui. Itaq; idem ego ille quehementis in alios: qui inexorabilis
in ceteros esse uisus sum; persolui patriæ qd debui: reliqua iam a me meæ per/
petuæ consuetudini naturæq; debent. Tam sum misericors iudices q; uos: tam
mitis q; qui lenissimus: in quo uehemens sui uobiscum nihil feci: nisi coactus
Reip. p̄cipitanti subueni: patriam demersam extuli: misericordia ciuium ad/
ducti tunc fuimus tā uehementes: q; necesse fuit. Salus esset oīum amissa una
nocte nisi esset seueritas illa suscepta. sed ut ad sceleratorū poenā amore Reip.
sum adductus: sic ad salutem innocentium uoluntate deducor. Nihil uideo eē
i hoc. P. Sylla iudices odio dignum: misericordia digna multa. Neq;. n. nunc
ppulsandæ calamitatis suæ causa supplex ad uos iudices confugit: sed ne qua
generi ac nomini suo nota nefariæ turpitudinis inurat. Nam ipse qdem si erit
uestro iudicio liberatus: quæ habet ornamenta: quæ solatia reliquæ uitæ: quibus
lætari & p̄frui possit: domus erit credo exornata: aperient̄ maiorū imagines:
ipse ornatum & uestitum recuperabit. Omnia iudices hæc amissa sunt: oīa ge
neris honoris noīs i signia atq; ornamenta unius iudicij calamitate occiderunt.
Sed ne extictor patriæ: ne pditor: ne hostis appellef: ne hanc labem tanti ge
neris in familia relinquat: id laborat: id metuit: cui honoris itegros fructus nō
sunt traditurus: ne æternā memoriā dedecoris relinquat. Hic uos orato iudices
paruus: ut se aliquando si non integra fortuna: at afflcta patrī suo gratulari si
natis: huic misero notiora sunt iudiciorū itinera & fori q; disciplinarū. Non iam
de uita. P. Syllæ Iudices: sed de sepultura contendit. uita erepta est supiori iu
dicio; nunc ne corpus eiiciat laboramus. Quid. n. est huic reliqui: qd eum in
uita hac teneat. Aut qd est quāobrem hæc cuiquā uita uideat. Nuper is ho
mo fuit in ciuitate. P. Sylla: ut nemo ei se neq; honore neq; gratia neq; fortu
nis anteferret. Nunc spoliatus oī dignitate: quæ erepta sunt non repetit: qd for
tuna in malis reliqui fecit: ut cum parente: cum liberis: cum fratre: cum his ne
cessariis iungere suam calamitatem liceat: id sibi ne eripiatis uos iudices obte
stat. Te ipsum iam Torquate expletum huius miseriis pateat. & si nihil aliud
Syllæ nisi consulatum abstulissetis: tñ eo uos contentos esse oportebat: hono
ris. n. contentio uos ad cām n̄ inimicicæ deduxerunt. Sed cum huic oīa cum
honore detracta sint: cum in hac fortuna misera ac luctuosissima destitutus sit
quid est qd expectas amplius? Lucis ne hanc usuram eripere uis plenam la
chrymarum atq; meroris: in qua cum maximo cruciatu atq; dolore retinetur?
libenter reddiderit adempta ignominia fœdissimi criminis. An uero inimicū
ut expellas: cuius ex miseriis si esses crudelissimus: uidendo fructum capes ma
iorem quā audiendo? O miser! o infelicem illum diem: quo consul omnib⁹
Centuriis. P. Sylla renunciatus est. O falsam spem: o uolucrem fortunam: o
cæcam cupiditatem: o præposteram gratulationem: q; cito omnia illa ex lati
tia & uoluptate ad luctum & lachrymas reciderunt: ut qui pauloante consul
designatus fuisset retineret repente nullum uestigium pristinæ dignitatis.

PRO ARCHIA POETA.

Quid enim erat mali quod huic spoliato honore fama fortunis deesse uidetur? Aut cui nouæ calamitati locus ullus relictus esset? Virget eadem fortuna quæ cœpit, repperit nouum mœrorem, non patitur hominem calamitosum uno modo afflictum uno in luctu perire. Sed iam impedior egomet iudices dolore animi. Nec de huius miseria plura dicam. Vestræ iam sunt partes iudices: in uestra māsuetudine atq; humanitate causam totam repono. Vos & reiectione interposita nihil suspicantibus nobis repentini in nos iudices consedistis: ab accusatorib; delecti ad spem acerbitatibus: a nobis ad p̄fidium innocentiae constituti: ut ego quid de me Po. Ro. existimaret: q̄a seuerus ī im probos fueram: laboravi: & quæ prima innocentis mihi defensio est oblata su sc̄epi: Sic uos seueritatem iudicioꝝ quæ per hos menses in hoīes audacissimos facta est: lenitate ac misericordia mitigare. Hoc tum impetrare a uobis ipsa cā debet: tum est uestri animi atq; uirtutis declarare. non esse eos uos: ad quos potissimum interposita reiectione deuenire conuenerit. In quo ego iudices uos quantum meus amor in uos postulat: tantum hortor: ut cōmuni studio quoniam in R̄ publica coniuncti sumus: māsuetudine & misericordia uestra falsam a nobis crudelitatis famam repellamus.

M.T.C.PRO AVLO LICINIO ARCHIA POETA CONTRA GRACCHVM ORATIO.V.

I Q VID EST IN ME INGENII IVDICES:
quod sentio q̄ sit exiguū: aut si qua exercitatio dicendī: in qua
me non inficiar mediocriter esse uersatū: aut si huiusc rei ra
tio aliqua ab optimarum artiū studiis ac disciplina profecta:
a qua ego nullum confiteor ætatis meæ tempus abhorruisse:
earum rerum omniū uel in primis hic Aulus Licinius fructū
a me repetere ppe suo iure debet. Nam quoad longissime po
test mens mea respicere spacium p̄teriti temporis: & pueritiae memoriam recor
dari ultimam: inde usq; repetens: hunc uideo mihi principem & ad suscipiēdā
& ad ingrediendam rationē horum studiorū extitisse. Quod si hæc uox huius
hortatu: p̄ceptisq; conformata: nonnullis aliquando saluti fuit: a quo id acce
pimus: quo cæteris opitulari & alios seruare possemus huic profecto ipsi quā
tum est sitū ī nobis: & opem & salutem ferre debemus. Ac ne quis a nobis hoc
ita dici forte miretur: q̄ alia quædam in hoc facultas sit ingenii. neq; hæc dicen
di ratio aut disciplina: nec nos quidē huic cuncti studio penitus unq; dediti fui
mus. Et n. omnes artes quæ ad humanitatem pertinent: habent quoddam cō
mune uinculum: & quasi cognatione quadam inter se continentur. Sed ne cui
uestrum mirum esse uideatur me in quæstione legitima: & in iudicio publico

ORATIO.

cum res agatur apud prætorem Po.Ro.lectissimum uirum:& apud seuerissimos iudices tanto conuentu hoīum ac frequentia hoc uti genere dicēdi:qd nō modo a consuetudine iudiciorū:uerūetiam a forensi sermōe abhorreat: Q uæ so a uobis ut in hac causa mihi detis hanc ueniam accōmodatam huic reo:uobis quēadmodum spero non molestā:ut me pro summo poeta ac eruditissimo dicentem hoc concursu hoīum litteratissimorū hac uestra humanitate: hoc deniqz p̄tore exercēte iudicium:patiamini de studiis humanitatis ac litterarū pau lo loqui liberius:& ī eiusmodi p̄sona quæ pp̄ ocium ac studiū minime in iudi ciis periculisq; tractata est:uti prope nouo quodā & inusitato genere dicendi: qd si mihi a uobis tribui cōcediq; sentiā:pficiam pfecto ut hunc.A. Licinium nō mō non segregandū:cū sit ciuis/a numero ciuiū:uerūetiā si non eēt: putetis asciscendū fuisse.Nā ut primū ex pueris excessit Archias:atq; ab iis artibus qbus ætas puerilis ad humanitatē informari solet:se ad scribendi studiū cōtulit: primū antiochiae:nā ibi natus ē loco nobili:celebri quōdā urbe & copiosa: atq; eruditissimis hoībus:liberalissimisq; studiis affluentí celeriter antecellere omnibus ingenii gloria cōtigit:post in cæteris Asie partib;:cunctæq; græciæ:sic eius aduentus admiratioq; suparet.Erat Italia Nena græcarū artiū:ac disciplinarū: studiaq; hæc & in latio uehementius tū colebant:q nūc iisdē in oppidis:& hic Romæ pp̄ tranquilitatē Po.Ro.nō negligebant.Itaq; hunc & parenti & the gini & neapolitani ciuitate cæterisq; p̄miis donarūt:& oēs qui aliqd de ingeniis poterant iudicare:cognitione atq; hospitio dignū existimarūt.Hac tanta celebritate famæ cū esset iam absentibus notus Romā uenit Mario consule & Catulo.Nactus est primū consules eiusmodi:quo alter res ad scribendū maximas:alter cū res gestas:tū etiam studiū atq; aures adhiber posset.Statim Lu culli cū p̄textatus ēt tum Archias esset:eum in domū suam receperūt.Sed etiā hoc nō solū ingenii ac litterarū:uerūetiam naturæ atq; uirtutis fuit:ut domus q huius adolescentiæ prima fuit:eadem eēt familiarissima senectuti.Erat téporib; illis iucundus Metello illi Numidico:& eius Pio filio:audiebat a.M. Aemylio:uiuebat cū.Q .Catulo & patre & filio.a Lucio Crasso colebat.Lu cullos uero & Drusos & Octauios & Catonem & totā Hortensiorū:domū de uinctam consuetudine cū teneret:afficiebat summo honore:qd eum non solum colebant:q aliquid p̄cipere atq; audire studebant:uerūetiam si q forte simulabant:Interim satis longo interuallo cum esset cū.L.Lucullo in Siciliam profectus:& cū ex ea p̄uītia cum eodem Lucullo decederet:uenit Heracleā: Q uæ cū esset ciuitas æquissimo iure ac fœdere:ascribi se ī eam ciuitatē uoluit: idq; cū ipse per se dignus putare:ū auctoritate & gratia Luculli ab heraclien sibus impetravit.Data est ciuitas Syllani lege & Carbonis:si qui fœderatis ci uitatib; ascripti fuissent:si tum cū lex ferebat in Italia domiciliū habuissent:& si sexaginta diebus apud p̄torem essent professi: cum hic domicilium Romæ

*Narratio ab ancientibus
et simpliciter*

PRO ARCHIA POETA.

multos iam antea annos haberet; p̄fessus est apud p̄torem. Q. Metellum familiariſſimū ſuū. Si nihil aliud niſi de ciuitate ac lege dicimus: nihil dico amplius: cā dicta eſt. Quid n. hoꝝ infirmari gratis pōt? Heracleæ ne eſſe eū aſcri ptum negabis? adeſt uir ſuma auctoritate & religione & fide. M. Lucullus: q ſe non opinari ſed ſcire: non audiuiſſe ſed uidiffe: non interfuſſe ſed egiffe di cit. adſunt heraclienses legati nobilifſimi hoꝝes huius iudicii cauſa cum manda tis: & cum publico teſtimonio uenerunt: qui hunc aſcriptum heraclienſem di cunt. hic tu tabulas deſideras heraclienſium publicas: quas italico bello incenſo tabulario interiiffe ſcimus omnes. Eſt ridiculū ad ea quæ habemus nihil di cere: quærere quæ habere non poſſumus: & de hominum memoria tacere: li terarum memoriam flagitare. & cum habeas ampliſſimi uiri religionem: inte gerimiſſi municipiū iuſiurandum fidemq; ea quæ deprauari nullo mo poſſunt repudiare. tabulas quas idē dicas ſolere corrumpi deſiderare. At domiciliū Ro mae non habuit iſ q tot annis ante ciuitatem datam ſedem oīum reg; ac fortuna rum ſuaꝝ Romae collocauit. At non eſt p̄fessus: imo uero hiſ tabulis p̄fessus quæ ſolæ ex illa p̄fessione collegioꝝ prætorꝝ optinent publicarum tabula rum auctoritatē. Nam cum Appii tabulae negligentius adſeruatæ dicerentur Gabiis quādiu in columis fuit leuitas: poſt dānationē calamitas oēm tabularū fidem resignaſſet. Metellus homo ſanctiſſimus: modeſtiſſimusq; omnium ta ta diligentia fuit: ut ad L. Lentulū p̄torem: & ad iudices uenerit: & unius homi niſi litura ſe cōmotum eſſe dixerit. His igitur tabulis nullā liturā in nomen. A. Licinii uidetis. Quæ cū ita ſint: quid ē q de eius ciuitate dubitetis? p̄ſertim cū aliis quoq; in ciuitatibus fuerit aſcriptus. & n. cū mediocrib; multis: & aut nul la aut humili aliqua arte p̄ditis gratuito ciuitatem in græcia hoꝝes impieban tur: R̄heginos credo aut Locrenſes aut Neapolitanos aut Tarentinos: qd ſce nicis artificibus largiri solebant: id huic ſumma ingenii prædicto gloria noluiſi ſe. Quod cū cæteri nō modo poſt ciuitatē datam: ſed et̄ poſt legē papiam ali quo modo in eoꝝ municipioꝝ tabulas irrepferunt: hic q nec utiſ quidē illis in quibus eſt ſcriptus: q ſemp ſe heraclienſem ciuem eē uoluit: reiicitur? Cen ſus noſtros requiriſ ſcilicet. Eſt. n. obſcurum proximis censorib; hunc cū cla riſſimo imperatore. L. Lucullo apud exercitum fuſſe: ſupiorib; cum eodem quæſtore fuſſe in Asia: primis Iulio & Crasso nullam populi partē eſſe cen ſtam. Sed quoniam cen ſus non ius ciuitatis conſiſmat: ac tātūmodo indicat eū qui ſit cen ſus: ita ſe iam tū geſiſſe p̄ ciue hiſ temporib; quæ tu criminariſ: nec ipſiſ quidē iudicio in ciuiū Romanorꝝ iure eē uerſatū: & teſtamētum ſaþe fe cit noſtris legiſbus: & adiit haereditates ciuiū Romanorꝝ: & in beneficiis ad æra riū delatus eſt a. L. Lucullo p̄tore & cōſule. Quære argumenta ſi qua potes: nunq; n. hic neq; ſuo neq; amicoꝝ iudicio reuinceſ. Quæres a nobis Gracche cur tantope hoc hoꝝe delectemur. q; a ſuppediat nobis: ubi & aīus hoc forenſi ſtrepiuſ reficiat: aut aures cōuītio defeffat cōquiescat? An tu exiſtimas ſuppe

ORATIO.

tere nobis posse qd' quottidie dicamus in tanta uarietate reg: nisi animos no-
 stros doctrina excolamus: aut ferre aios tantam posse contentionem: nisi eos
 doctrina eadem relaxemus: Ego uero fateor me his studiis esse deditū: cæte-
 ros pudeat si q se ita litteris abdiderunt: ut nihil possint ex his neq; ad cōmunē
 afferre fructum: neq; in aspectū lucem proferre. Me aut̄ quid pudeat: q tot ani-
 nos ita uiuo iudices ut a nullius unq me tpe aut cōmodum aut ocium meū abi-
 straxerit: aut uoluptas auocarit: aut deniq; somnus retardarit. quare quis tan-
 dem me reprehendat: aut quis mihi iure succēseat: si quantū cæteris ad suas res
 obeundas: quantum ad festos dies ludorū celebrandos: quantū ad alias uolu-
 ptates: & ad ipsam requiem animi: & corporis cōceditur temporū: quantū alii
 tribuunt tempestiuīs conuiuiis: quantū deniq; aleæ: quantū pilæ: tantum mihi
 egomet ad hæc studia recolenda sumpsero? Atq; hoc ideo mihi concedēdum
 est magis: q ex his studiis hæc quoq; censem oratio & facultas: quæ quanta-
 cūq; in me nunq amicor periculis defuit: quæ si cui leuior uideat: illa quidem
 certe quæ summa sunt ex quo fonte hauriam sentio. Nam nisi multoq; pceptis
 multisq; litteris mihi ab adolescentia suasissim: nihil eē in uita magnope expe-
 tendum nisi laudem atq; honestatem: in ea aut̄ persequenda oēs cruciatus cori-
 poris oīa pericula mortis atq; exilio parui eē ducenda: nunq me pro salute ue-
 stræ in tot ac tantas dimicationes: atq; in hos pfligatorū hominū quotidianos
 impetus obiecisse. Sed pleni omnes sunt libri: plenæ sapiētum uoces: plena
 exemplorū uetustas: quæ iacerent in tenebris oīa: nisi litterarū lumen accende-
 ret. Q uā multas nobis imagines non solum ad intuendū: uerū etiam ad imi-
 tandum fortissimorū uirorū expressas: scriptores & græci & latini reliquerunt:
 quas ego mihi semp in administranda R ep. proponens animū & mētem meā
 ipsa cognitione hoīum excellentiū conformabam. Q uæret quispiam: quid il-
 li ipsi summi uiri: quorū uirtutes litteris pditæ sunt: ista ne doctrina quā tu lau-
 dibus effers: eruditū fuerunt? difficile est hoc de omnibus confirmare. Sed tñ
 est certum quid respondeam. Ego multos hoīes excellentiū & uirtute fuisse:
 & sine doctrina naturæ ipsius habitu prope diuino per se ipsos & moderatos:
 & graues extitisse fateor: etiā illud adiungo sapientiū ad laudem atq; uirtutē na-
 turam sine doctrina q̄ sine natura ualuisse doctrinam. Atq; idē ego contendō
 cum ad naturam eximiā atq; illustrē accesserit ratio quædam conformatio
 quæ doctrinæ: tū illd' nescio qd' pclarū ac singulare solere existere. Ex hoc esse
 hunc numero: quē patres nostri uiderunt diuinū hoīem Africanum: ex hoc C.
 Lælīum. Luc. Furium modestissimos hoīes & continentissimos: ex hoc fortis-
 simum uirū & illis temporibꝫ doctissimum Catonem illum senem: qui pfecto
 si nihil ad p̄cipiendam colendamq; uirtutem litteris adiuuarentur: nunq se ad
 earum studium contulissent. q̄ si non hic tantus fructus ostenderet: & si ex his
 studiis delectatio sola peteretur: tamen ut opinor: hanc animaduersionem hu-
 manissimam atq; liberalissimam iudicaretis. Nam cæteræ res neq; temporum

PRO ARCHIA POETA.

Sunt: neq; ætatum dium: neq; loco: hæc studia adolescentiā agunt: senectutē
oblectant: secundas res ornant: aduersis pfugium ac solatiū p̄bent: delectat do-
mi: nō impediū foris: pnoctant nobiscū: pegrinatur: rusticant: qd' si ipsi hæc
neq; attingere: neq; sensu nostro gustare possemus: tñ ea mirari deberemus et
cū in aliis uideremus / qs nostis tam aio agresti ac duro fuit: ut Rosci morte nu-
per nō cōmoueret? Q uicū eēt senex: mortuus tñ pp excellentē artem ac ue-
nustatē uidebat oīo mori non debuisse: ergo ille corporis motu tantū amorem
sibi conciliarat a nobis oībus: nos aio icredibiles motus: celeritatēq; ingenio/
rum negligemus? Q uotiēs ego hunc Archiam uidi iudices(utar.n.uestra be/
nignitate: quoniā me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis)?
Q uotiens ego hūc uidi cū litterā scripsisset nullā magnū numerū optimorū uer-
suū de iis ipsis rebus: quæ tum agebanē dicere ex tpe? Q uotiens reuocatū
eandē rem dicere cōmutatis uerbis atq; sententiis? Q uæ uero accurate cogi-
tateq; scripsisset: ea sic uidi probari: ut ad ueterū scriptorū laudē puenirent. hūc
ego non diligam: nō admirer: nō omni ratione defendendū putem: Atq; sic
ea a summīs hoībus eruditissimisq; accepimus: cæterarū rerū studia & doctrina
& p̄ceptis & arte constare: poetam natura ipsa ualere: & mentis uiribus excita-
ri: & quasi dīuino quodā spiritu afflari. Q uare suo iure noster ille Ennius san-
ctos appellat poetas: q; quasi deoꝝ aliquo dono atq; munere cōmendati nobis
esse uideant. Sit igitur iudices sanctū apud uos humanissimos hoīes hoc poe-
tæ nomen: qd' nulla unq; barbaria uiolauit: saxa & solitudines uoce respōdet:
bestiæ s̄xe imanes cantu flectunt: atq; consistunt: nō instituti rebus optimis
non poetarū uoce moueamur? Homer & Colophonii ciuem eē dicunt suū: Chii
suum uendicant: Salaminii repetunt: Smyrnei uero suū eē cōfirmant. Itaq; et
delubrū eius in urbe dedicarūt: per multi alii p̄terea pugnant inter se atq; cōte-
dunt. Ergo illi alienū quia poeta fuit et post mortē expetunt: nos hunc uirum
& quoluntate & legib; noster est: repudiamus? p̄sertim cū omne olim studiū
um: atq; omne ingenium cōtulerit Archias ad Po.Ro.gloriam laudēq; cele-
brandam. Nam & cymbricas res adolescentis attigit: etiam ipsi illi. C.Mario q;
durior ad hæc studia uidebat iucundus fuit. Neq;.n.quisquā est tam auersus
amus: qui non mandari uersibus æternum suorum laboꝝ facile p̄conium pa-
tiatur. Themistoclem illū summū Athenis uirum dixisse aiunt: cū ex eo quæ
reretur qd' acroma: aut cuius uocem libentissime audiret: eius a quo sua uirtus
optime p̄dicaretur. Itaq; ille Marius item eximie. L.Plotium dilexit: cuius in-
genio putabat ea quæ gesserat posse celebrari. Mithridaticum uero bellū ma-
gnū atq; difficile: & in multa uarietate terra mariq; uersatum: totum ab hoc
expressum est: qui libri non modo. L.Lucullum fortissimum & clarissimum ui-
rum: uerū etiam Po.Ro. nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit
Lucullo impante pontum: & regiis quondam opibus & ipsa natura regionis
uallatum: Po.Ro. exercitus eodem duce non maxima manu innumerabiles

ORATIO.

armenior̄ copias fudit: Po.R.o.laus est urbem amicissimā cyzicenōꝝ eiusdē consilio ex oī impetu regio ac totius bellī ore ac faucibus ereptam eē atq; seruatam. Nostra semp feret & p̄dicabitur. L.Lucullo dīmicate: cū interfictis duicibus dēp̄ssa hostium classis:& incredibilis apud tenedon pugna illa naualis: nostra sunt trophæa: nostra monumenta: nostri triumphi: quia quoꝝ ingeniis hæc ferunt ab his Po.R.o.fama celebrat̄. carus fuit Aphricano supiori noster Ennius. Itaq; ēt in sepulcro Scipionū putat̄ is eē cōstitutus:& mārmaratis laudibus certe non solū ipsi qui laudant̄: sed ēt Populi R.o.nomē ornatur In cœlum huius pauus Cato tollitur: magnus honor Po.R.o.adiungit: omnes deniq; illi Marcelli Maximi Fuluii nō sine cōmuni oīum nostrum laude decrantur. Ergo illum q̄ hæc fecerat Rudium tū hoīem maiores nostri in ciuitatē receperunt: nos hunc heraclensem multis ciuitatibus expetitū: in hac aut̄ legibus constitutū: de nostra ciuitate eiiciemus? Nam si quis minorem gloriæ fructū putat ex græcis uersibus pcipi q̄ ex latinis: uehementer errat: pp̄terea q̄ græca legunt̄ in oībus fere gentibus: latina suis finibꝝ exiguis sane continentur. Quare si res eæ quas gessimus orbis terræ regionibus definiunt̄: cupere debemus quo minus manuum nostrarꝝ tela peruerenter: eodem gloriam famāq; penetrare. q̄ cum ipsis populis de quoꝝ rebus scribitur: hæc ampla sunt: tum iis certe qui de uita gloriæ cā dīmican: hoc maximū & periculor̄ incitamentū est & labor. q̄ multos scriptores rer̄ suarꝝ magnus ille Alexander secū habuisse dicitur: atq; is tñ cum in sigæo ad Achillis tumulum astitisset: O fortunate inqt adolescens: qui tuæ uirtutis præconem Homerum inueneras: & uere. Nā nisi illi ars illa extitisset: idem tumulus q̄ corpus eius contexerat: nomen ēt obruisset. Quid noster hic magnus: qui cum uirtute fortunam adæquauit? Nonne Theophanem Mityleneum scriptorē rerum suarꝝ in concione militum ciuitate donauit? & nostri illi fortes uiri & rustici ac milites dulcedine quadam gloriæ cōmoti quasi participes eius laudis magno illud clamore approbauerunt. Itaq; credo si ciuis Romanus Archias legibꝝ nō esset: ut ab aliquo impatore ciuitate donaret: pficere nō potuit. Sylla uero cū Hispanos & Gallos donaret: credo hunc petentē repudiasset: quem nos in concione uidimus: cui cum libellū malus poeta de populo subiecisset: q̄ epigrāma in eum fecisset tantūmodo alternis uersibus longiusculis: statim ex his rebus quas tunc uendebat: iusserit ei p̄mīum tribui sub ea conditione: ne quid postea scriberet. Qui sedulitatē mali poetæ duxerit aliquo tñ premio dignam: huius ingenium & uirtutē i scribendo & copiam nō expetisset? Quid a.Q.Metello Pio familiarissimo suo qui ciuitate multos donauit: neq; per se neq; per Lucullos imperauisset: q̄ p̄sertim usq; eo de suis rebus scribi cupet: ut ēt Cordubæ natis poetis pingue quodam sonantibus atq; peregrinum tñ aures suas dederet. Neq; n. est hoc dissimulandū: qd̄ obscurari non pōt: sed p̄ nobis ferendū. Trahimur oēs studio laudis: & optimus quisq; maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi etiam illis

Hystorians lans

a memori ad manus

PRO ARCHIA POETA.

libellis: quos de contemnenda gloria scribunt: nomen suum inscribunt in eo
ipso: in quo prædicationem nobilitatemq; despiciunt: prædicari de se ac no-
minari uolunt. Decius quidem Brutus summus ille uir & imperator Accii ami-
cissimi sui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornauit suo-
rum. Iam uero ille qui cum atolis Ennio comite bellauit Fulvius non dubita-
uit Martis manubias musis ^{Prædictis} consecrare: quare in qua urbe imperatores prope-
armati poetarum nomen & musarum delubra coluerunt: in ea non debent to-
gati iudices a musarum amore & poetarum salute abhorrire. Atq; enim ut id
libentius faciat: iam me uobis iudices indicabo: & de meo quodā amore glo-
riæ nimis acri fortasse: uerū tamen honesto uobis cōfitebor. Nam quas res nos
in consulatu nostro uobiscum simul pro salute huiuscē imperii: & pro uita om-
niū ciuium: proq; uniuersa Rēpublica gessimus: attigit hic uersibus: atq; in-
choauit: quibus auditis q; mihi magna res & iucunda uisa est: hunc ad perfici-
endum hortatus sum. Nullam enim uirtus aliam mercedem laborum pericu-
lorumq; desiderat: præter hanc laudis & gloriæ: qua quidem detracta iudices
quid est q; in hoc tam exiguo uitæ curriculo: & tam breui tantis nos in labori-
bus exerceamus? Certe si nihil animus præsentiret in posterum: & si quibus
regionibus uitæ spaciū circumscriptum est: iisdem omnes cogitatus termina-
ret suos: Nec tantis se laboribus frangeret: Neq; tot curis uigiliisq; angeretur:
Neq; totiens de ipsa uita dimicaret. Nunc insidet quædam in optimo quoq;
uirtus: quæ noctes ac dies animū gloriæ stimulis concitat atq; admonet: non
cum uitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri: sed
cum omni posteritate adæquandam. An uero tam parui animi uideamur esse
omnes: qui in Rēpubl. atq; in his uitæ periculis laboribusq; uersamur: ut cum
usq; ad extrellum spiritum nullum tranquillum atq; ociosum spaciū duxer-
imus. nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An cum statuas & imagi-
nes non animo& simulacra: sed corporum studiose multi summi homines re-
liqueunt: consiliorum relinquere ac uirtutū nostrarum effigiem: nonne mul-
to malle debemus summis ingenii expressam & politam? Ego uero oīa quæ
gerebam iam tum in gerendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis
terræ memoriam sempiternam. hæc uero siue a meo sensu post mortem absu-
tura est: siue ut sapientissimi homines putauerunt: ad aliquam animi mei par-
tem pertinebit: nūc quidem certe cogitatione quadā speq; delector. Quare cō-
seruate iudices hominem pudore eo: quem amico& studiis uidetis comproba-
ritum dignitate: tum etiā uenustate: ingenio autem tanto quanto id conuenit
existimari: qd' summorum hominum ingenii expetitum esse uideatis. Causa
uero eiusmodi quæ beneficio legis: auctoritate municipi: testimonio Luculli:
tabulis Metelli comprobetur. Quæ cum ita sint: petimus a uobis iudices si
qua non modo humana: uerū etiā diuina in tantis negociis cōmendatio debet
esse: ut eum qui uos: qui uestros impatores: qui Po, Ro, res gestas semp̄ orna-

ORATIO.

uit:quī ēt his recentibūs nostris uestrisq; domesticis periculis æternūm se testi-
monium laudis datus: esse p̄fitetur: isq; est eo numero qui semp apud oēs/san-
cti sunt habiti:atq; dicti:sic in uestram accipiatis fidem: ut humanitate uestra
leuatus potius q̄ acerbitate uiolatus eē uideat.Q uæ de cā pro mea consuetu-
dine breuiter simpliciterq; dixi iudices:ea confido probata esse oībus:quæ feri-
me a mea iudiciali consuetudine & de hoīs ingenio:& cōmuniter de ipsius stu-
dio locutus sum:ea iudices a uobis spero esse in bonam partem accepta: ab eo
qui iudicium exercet certe scio .

M.T.C.DE LEGE AGRARIA CONTRA.P.RVLLVM.
ORATIO VI. ABSQ VE PRINCIPIO.

Q uæ res aperte petebat ea nunc occulte cuniculis oppugnat.Dicent.n.decē
uirī id qd & dicis a multis:& s̄ape dictū est post eosdē consules regis Alexani-
drini testamento regnū illud Po.Ro.esse factum.Dabitis igitur Alexādriam
clā potentib; iīs quibus aptissime pugnantib; restitistis? Hæc p̄ deos īmortai-
les utrū esse uobis consilia siccōr; an uinolentoꝝ somnia? & utrū cogitata sa-
pietūm an optata furiosoꝝ uident? Videte nunc proximo capite ut impurus
helluo turbet R empu.ut a maiorib; nostris possessiones relictas disperdat: ac
dissipet:ut sit nō minus in Po.Ro.patrimonio nepos q̄ in suo. p̄scribit in sua
lege uectigalia quæ decēuirī uendāt:Hoc ē p̄scribit auctionē publicor; bono-
rum:agros emi uult qui diuidant:quærit pecuniā:uidelicet excogitabit aliqd
atq; afferet:nā superiorib; capitib; dignitas Po.Ro.uolabat:nomē imperii in
cōmune odiū orbis terræ uocabat: Vrbes pacatæ agri socior; regū status decēi
uiris donabant:Nūc p̄sens certa pecunia numerata q̄ritur:expecto qd Tr.PI.
uigilans & acutus excogitet:ueneat inqt silua scātia: Vt̄ tādē hāc siluā in reli-
ctis possessiōib;:an incēsoꝝ pascuis inuenisti? Sí qd ē qd idagaris: inuenis
ex tenebris erueris:qq̄ iniquū est:tñ cōsume sane quoniā cōmodū ē:qñ qdē tu
attulisti.Siluā tu scātia uēdas nobis cōsulibus atq; hoc senatu? Tu ullū uecti-
gal attingas? Tu Po.Ro.subsidia belli:tu ornamenta pacis eripias? Tū uero
hoc me inertiorē consulē iudicabo q̄ illos fortissimos uiros:q apud maiores no-
stros fuerūt.q; quæ uectigalia illis cōsulib;Po.Ro.parta sūt:ea me cōsule ne
retineri qdē potuisse iudicabūt.Vedit Italiae possesiōes ex ordine oēs: Sane
ē i eo diligēs nullā.n.p̄termittit:pseq̄ i tabulis cēloriis totā Siciliā:nullū ædi-
ficiū:nulos agros relinqt.Auditis auctionē.P.R.p̄scriptā a Tr.PI.cōstitutā
in mēsem Ianuarii:& credo nō dubitatis:qn iccirco hæc ærarii cā nō uendide-
rūt ii q̄ armis & uirtute peperūt:ut eēt qd nos largitionis cā uēderemus.Vide-
te nunc quoad fecerit iter aptius q̄ antea.Nam superiore parte legis quēadmo-
dum Pompeium oppugnarēt:a me indicati sunt:nunc iā seipſi indicabunt.Iu-
bent uenire agros attalensiū:atq; olimpenor;.Hos Po.Ro.Seruili fortissi-

DE LEGE AGRARIA.

mī uiri uictoria adiunxit. Deinde agros in macedonia regios; q̄ partim. T. Flaminii; partim. L. Pauli; qui Persen uicit: uirtute parti sunt. Deinde agrum optimū & fructuosissimū Corinthiū; q. L. Mumii imperio ac felicitate ad uecti galia. P. R. adiunctus ē. Post aut agros in Hispania apud Carthaginē nouam duorū Scipionum eximia uirtute possessos. tum ipsam ueterem Carthaginem uendunt: quā. P. Africanus nudatā tectis: ac mēnibus siue ad notandam Carthaginensium calamitatem: siue ad testificandam nostram uictoriā: siue ad oblatam aliquā religionem: ad æternam hoīum memoriam: consecravit. His insignib⁹ atq; infulis imperii uenditis: quibus ornatam nobis maiores nostri Rempu. tradiderūt: iubet eos agros uenire: quos rex Mithridates in Paphlagonia: Ponto: Capadociaq; possederit. Nū obscure uident̄ prope hasta præconis insectari. Cn. Pom. exercitū: qui uenire iubeant eos ipsos agros: in quibus ille ēt nunc bellū gerat atq; uerſet̄? Hoc uero cuiusmodi est: qd' eius auctiōis quā constituūt locū sibi nullum definiunt. Nam decēuiris quibus in locis ipsis ui deat uendendi potestas lege pmittitur: censoribus uectigalia locare nī in cōspectu. P. R. nō licet: his uendere uel in ultimis terris licebit? At hoc ēt neq; sūmī hoīes consumptis patrimoniis faciūt: ut in atriis auctionariis potius q̄ i triuīs aut in compitis auctionen̄. Hic permittit sua lege decēuiris: ut in quibus cōmodū sit tenebris: ut in qua uelint solitudine bona. P. R. possint diuendere. Iam illa oībus in pūntiis: regnis: liberis populis: q̄ acerba: q̄ formidolosa: q̄ q̄ stuosa concursatio decēuiralis futura sit: nō uidetis. Hæreditatū obeundaq; cā: quibus uos legatiōes dedistis? qui & priuati & priuatū ad negociū exierūt nō maximis opib⁹: neq; summa auctoritate pditi: tñ auditis pfecto q̄ graues eorū aduentus sociis uestris eē soleant. Q uāobrē qd putatis impēdere hac lege oībus gentibus terroris & malī: cū mittant̄ in orbem terrarū decēuirī summo cū imperio: summa cum auaritia: infinitaq; omnium rerum cupiditate? Quorū cum aduentus graues cum fasces formidolosi: tum uero iudicium ac potestas erit non ferenda. Licebit. n. qd uidebitur publicum iudicare: qd iudicarint uēdere: ēt illud qd hoīes sancti non faciunt: ut pecuniam accipient ne uendant: tamen iis id ipsum per legem licebit. Hinc uos quas spoliatiōes: quas pactio nes quā deniq; in omnibus locis nundinationem iuris ac fortunarū fore putatis? Et enim qd superiore parte legis præfinitum fuit: Sylla & Pom. consuli bus: id rursus liberum infinitumq; fecerunt. Iubet eosdem decēuiros omnibus agris publicis pagrandis uectigal imponere: ut iidem possint & liberare agros quos cōmodum sit & quos ipsi libeat publicare. Quo in iudicio perspici non potest utrum seueritas acerbior: an benignitas quæstuosior sit futura. sunt ta men in tota lege exceptiones duæ: non tam iniquæ q̄ suspicioꝝ. Excipit in uectigali imponendo agrum recentoricum siciliensem. in uendendis agris eos agros. de quibus cautum sit födere. Hi sunt in Aphrica qui ab Hyempſale possidentur. hic quæro si Hyempſali satis est cautum födere: & recentoricus

ORATIO.

ager priuatus est: quid attinuerit excipi? Sin & fœdus illud habet aliquam du
bitionem:& ager recentoricus dicit nō nunq̄ esse publicus: quem putet exi
stimatorum duas causas in orbe terrar̄ repertas quibus gratis parceret? Nunc
quis nā: tam abstrusus usquā nūmus uidetur: quem non architecti huiuscē le
gis olfecerint? p̄uertias: ciuitates liberas: socios: amicos: reges deniq̄ exau
riunt. Admouent manus uectigalibus. Po. R̄o. non est satis. audite uos q̄ am
plissimo Populi Senatusq; iudicio exercitus habuistis:& bella geffistis: qđ ad
quēq; puenit aut puererit ex præda: ex manubiis: ex auro coronario: qđ neq;̄
consumptū in monumento: neq;̄ in ærarium relatum sit: id ad decēuiros refer
ri iubet. Hoc capite multa sperant: in oēs imperatores hæredesq; eoꝝ quæstio
nem suo iudicio comparant. sed maximam pecuniā se a Fausto ablatuos arbi
trantur. Q uā causam suscipere iurati iudices noluerunt: hanc isti decēuiros su
scipere: iccirco a iudicib; fortasse p̄termissem eē arbitrant̄: q;̄ sit ipsis reser
uata. Deinde ēt in reliquū tempus diligentissime sancit: ut qđ quisq; impa
tor habeat pecuniæ: protinus ad deceuiros deferat. Hic tñ excipit Pompeiū
simillime ut mihi uidetur: atq;̄ i illa lege: qua peregrini Roma eiciunt̄: Glau
cippus excipit̄. Non. n. hac exceptione unus afficit̄ beneficio: sed unus priua
tur iniuria. Si cui manubias remittit: in huius uectigalia inuadit. Iubet. n. pecu
niā si qua post nos consules ex nouis uectigalibus recipiat̄: Hac uti deceui
ros: quasi uero nō intelligamus: hæc eos uectigalia quæ. Cn. Pompe. adiunxe
rit uendere cogitare. V idetis iam. P. C. omnibus rebus & modis constructam
& coaceruatam pecuniām deceuiralem? Minuet̄ huius pecuniæ inuidia: con
sumetur. n. in agrorum emptionib; optime. Q uis ergo emet agros istos: iidē
decemuiri. Tu Rulle? missos. n. facio cæteros. emes quot uoles: uendes quot
uoles: utrūq; hoꝝ facies quāti uoles. Cauet. n. uir optimus ne emat ab iuitio: q;̄ si
uero nō intelligamus ab iuitio emere inuiosum eē: ab nō iuitio q̄stuo sum. Q uā
tū tibi agri uendet: ut alios omittā: sacer tuus? & si ego eius æqtatē animi p̄i
be noui: uendet nō inuitus: faciēt idem cæteri & libēter: ut posselliōis iuidiā pe
cunia cōmutent. accipiāt qđ cupiunt. dent qđ retinere uix possunt. Nunc p̄
spicite oīum rerum infinitam atq;̄ intolerandam licentiam. pecunia coacta est
ad agros emendos: hi porro ab inuitis non ementur. si consenserint possesso
res non uendere: quid futurum est? Referetur pecunia: non licet: exiget̄? ue
tat. Verum esto nihil est: qđ non emi possit: si tantum detur quantum uelit uē
ditori. Spoliemus orbem terrar̄. Vendamus uectigalia. Effundamus ærariū
ut locupletatis aut inuidiæ aut pestilentiae possessoribus agri tamen emantur.
Q uid tum? quæ erit in istos agros deductio? quæ totius rei ratio atq;̄ descri
ptio? Deducentur inquit Coloniæ: quo? quorum hominum? in quæ loca?
Q uis enim non uidet in coloniis eē hæc omnia consideranda? Tibi nos Rul
le & istis tuis harum oīum rerum machinatiōib; totam Italiam inermem tra
dituros existimasti? quā p̄sidiis confirmaretis: coloniis occuparetis: omnibus

DE LEGE AGRARIA.

uinclis deuinctam & cōstrictam teneretis? Vbi.n.cauetur ne in ianiculo Cōloniam constitutatis? ne urbem hanc urbe alia p̄mtere:atq; urgere possitis? Nō faciemus inquit: Prīmū nescio:deinde timeo. Postremo nō cōmittā: ut uestro beneficio potius q̄ nostro cōsilio salui eē possimus. Quid uero totam Italiam uestris coloniis complere uoluistis? id cuiusmodi eē neminem ne nostrū itel/lectur existimatis? Scriptū est.n.quæ in municipia:quasq; in colonias decē/uiri uelint deducant colonos quos uelint:& iis agros assignent:qui bus in locis uelint:ut cum totam Italiam militibus suis occuparint:nobis non modo digni/tatis retinendæ:sed ne libertatis quidē recuperandæ spes relinquat'. Atq; hæc a me suspicionibus & coniectura coarguuntur. Iam omnis omniū tollet error. Iam aperte ostendent sibi nomen huius R.eip.seriem urbis atq; imperii: De/niq; hoc templū Louis optimi maximī:atq; hanc aram oīum gentium displice/re. Capuam deduci colonos uolunt. Illam urbem huic urbi rursus opponere. Illuc opes suas deferre:& imperii nomen transserre cogitant. Qui locus ppter ubertatem agroꝝ abundantiaꝝ rerum oīum supbiaꝝ & crudelitatem genuis/se dicitur. Ibi nostri coloni delecti ad omne facinus a decēuiris collocabunt'. Et credo qua in urbe hoīes in ueteri dignitate fortunaq; nati copiam rerū mo/derate ferre non potuerūt: In ea isti uestri satellites modeste insolentiam suam continebunt'. Maiores nostri Capuæ magistratus:senatum:consilium cōmu/ne:omnia deniq; insignia R.eip.sustulerunt. Neq; aliud quicq; nisi inane no/men Capuæ reliquerūt. Non crudelitate. Quid.n.illis fuit clementius? qui ét externis hostib; uictis sua s̄epissime reddiderunt:sed cosilio: qd' uidebant si qd' R.eip.uestigium illis mœnibus contineret': Vrbem ipsam imperio domici lium p̄bere posse. Vos hæc nisi euertere R.emp.cuperetis:ac uobis nouam do/minationē comparare:credo q̄ pernicioſa eēnt non uideretis? Quid.n.cauen/dum est in coloniis deducendis:si luxuries Hānibalē ipsum Capuæ corrupit: si supbia nata inibi esse hæc ex campor; fastidio uidetur: Si p̄sidium non præ/ponitur huic urbi ista colonia:sed opponitur. At quēadmodū armat' dii imori/tales? Nā bello punico quicqd potuit Capua/potuit ipsa per se. Nunc om/nes urbes quæ circum Capuam sunt a coloniis per eosdem decēuiros occupa/buntur. Hanc.n.ob causam permittit ipsa lex: In omnia quæ uelint oppida co/lonos ut decēuiri deducant quos uelint. Atq; his colonis agrum campanum:& stellatem campū diuidi iubet. Non queror diminutionem uectigalium: Non flagitium huius iacturæ atq; damni. Prætermitto illa quæ nemo ē: qn grauis/sime & uerissime conqueri possit. Nos caput patrimonii publici pulcherrimā Po.R.o.possessionem:subsidium annonæ:horreum belli sub signo claustrisq; Reipu.positum uectigal seruare non potuisse. Eum deniq; nos agrum.P.Rul/lo concessisse:q ager ipse pro se & syllanæ dominationi: & Gracchorum lar/gitioni restitisset. Non dico solum hoc in Repu.uectigal esse: qd' amissis aliis remaneat:intermissis nō conquiescat:In pace niteat in bello nō obsolecat mi/

ORATIO.

Item sustentet: hostem non pertimescat. Prætermitto omnem hanc orationem: & concionem reseruo. De periculo salutis ac libertatis loquor. Quid, n. existimat is integrum uobis in Repu. fore: aut in nostra libertate: ac dignitate retinendū: cum Rullus: atq; hi quos multo magis q Rullum timetis: cum oī egentiū atq; improborum manu: cum oībus copiis: tum omni argento & auro Capuam: & urbes circa Capuam occuparint: His ego rebus. P.C. resistā uehementer atq; acriter. Neq; patiar homines ea me consule expromere: quæ contra Rempu. iādiu cogitarint. Errasti Rulle uehementer & tu & nōnulli collegæ tui: qui spe rastis uos contra consulem ueritate non ostentatione popularē posse in euer tenda Repu. populares existimari. Laceyso uos. In concessionem uoco. P.R. disceptatore uti uolo. Etenim ut circūspiciamus omnia quæ populo grata atq; iū cunda sunt: nihil tam populare q pacem: q concordiam: q ocium reperiemus. Sollicitam mihi ciuitatem suspicione: suspensam metu: perturbatam uestris legibus & concessionibus & deditioñibus tradidistis. Spem improbis ostendistis. Timorem bonis inieciſtis. Fidem de foro: dignitatem de Repu. sustulistiſtis. hoc motu atq; hac perturbatione animorum atq; rerum: cum Po. Ro. uox & auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit: cum ostenderit nihil esse meritandum: nullum exercitum: nullam manum: nullas colonias: nullam uentionem uectigalium: nullum imperium nouum: nullum regnum decēuirale: nullam alteram Romam: neq; aliam sedem imperii nobis consulibus futurā: summamq; tranquilitatem pacis atq; ocii: Verendum credo nobis erit: ne uestra ista præclara lex agraria magis popularis esse uideatur. Cum uero scelera consiliorum uestrorum fraudemq; legis & insidias quæ ipsi Po. Ro. a popularib; Tr. Pl. fiant ostendero: pertimescam credo: ne mihi non liceat contra uos in cōcionē consistere: præsertim cum mihi deliberatum & constitutum sit ita gerere consulatum: quo uno modo geri grauiter ac libere potest: Vt neq; prouintiam: neq; honorem: neq; ornamentū aliquod aut cōmodum: neq; rem ullam quæ a Tr. Pl. impediri possit: appetitus sim. Dicit frēquentissimo Senatu consul Kl. Iau. se si status hic Reipu. maneat: neq; aliud negocium extiterit: qd' honeste subter fugere non possit: in prouintiam non iturum. Sic me in hoc magistratu gerā Populi Ro. ut possim Tribunū Pl. Reip. iratū coercere: mihi iratū contēnere. Quā obrem per deos īmortales colligit uos Trib. Pl. deserite eos a quibus nisi prospicitiis breui tempore deseremini. Conspirate nobiscū. Consentite cū bonis: cōmunem Remp. cōmuni studio atq; amore defendite. Multa sunt occulta Reip. Multa uulnera: nefarioꝝ ciuium pnicosa consilia: nullū externum periculum est. Non rex non gens ulla non natio p̄timescenda est. Inclusum malū intestinū ac domesticū ē. huic pro se quisq; nostꝝ mederi: atq; hoc oēs sanari uelle debemus. Erratis si Senatū pbare ea quæ dicunt' a me putatis: populū aut̄ esse in alia uoluntate. Omnes q se incolumes uolēt: sequēt' auctoritatē consulis soluti a cupiditatibus: liberi a delictis: cauti in periculis:

DE LEGE AGRARIA.

non timidi in contentionibus. Quod si quis uestrum spe ducitur se posse turbulenta ratione honori uelificari suo: primum me consule id sperare desistat: deinde habeat meipsum sibi documento: quem equestri ortum loco consulē uidet: quæ uitæ uia facillime uiros bonos ad honorem dignitatemq; perducat. Quod si uos uestrum mihi studium. P.C.ad cōmunem dignitatē defendendam profitemini: perficiam profecto id quod maxime Resp.desiderat: ut huius ordinis auctoritas: quæ apud maiores nostros fuit eadē: nunc longo intervallo Reipu.restituta esse uideatur .

M.T.C.DE LEGE AGRARIA AD POPVLVM ORA, TIO .VII.

OMMODIVS FECISSENT TRI.PLE. Q VIR.

si quæ apud uos de me deferunt: ea coram potius me præsentte dixissent. Nam & æquitatem uestræ disceptationis:& consuetudinē superiorum:& ius suæ potestatis retinuissent . Sed quoniam adhuc p̄sens certamen contētionēq; fugerunt: nūc si uidetur eis in meā concionē prodeant:& quo puocati a me uenire noluerunt: reuocati saltem reuertant'. Video quosdam

Quir.strepitu significare necio qd & non eosdem uultus quos pxima mea cōcionē præbuerūt: in hāc concionē mihi rettulisse. Quare a uobis q nihil de me credidistis: ut eam uolūtate quā semp habuistis erga me: retineatis peto. A uobis aut̄ quos leuiter immutatos esse sentio: paruam exigui temporis usurā bona de me opinionis postulo: ut eam: si quæ dixerim uobis probabo: perpetuo retineatis. sin aliter: hoc ipso in loco depositam atq; abiectam relinquatis. Completī sunt animi auresq; uestræ Quir.me gratificantem decem tyrannis:cæterisq; Syllanorum assignatorum possessoribus: agrariæ legi & cōmodis uestris obſistere.hæc si qui crediderūt: illud prius crediderint necesse est: hac lege agraria: quæ promulgata sit adimi Syllanos agros: uobisq; diuidi: aut deniq; mihi priuatorum possessiones: ut in eas uos deducamini. Si ostendo non modo non adimi cuiq; glebam de Syllanis agris: sed etiam genus id agrorū certo capite legis impudentissime confirmari atq; sanciri: si doceo agris iis qui a Sylla sunt dati sic diligenter Rullum sua lege consulere: ut facile appareat eam legē non a uestrorum commodorum patrono: sed a ualgi genero esse conscriptam: Nunquid est causæ Quir. quin illa criminazione: qua in me absentem usus ē: non solum meam: sed etiam uestram diligentiam prudentiamq; despexerit: caput est legis quadragesimum de quo ego cōsulto Quir.neq; apud uos ante feci mentionem: ne aut refricare obductam iam Reip.cicatricem uiderer: aut aliquid alienissimo tempore nouæ dissensionis commouere . Neq; uero nunc

ORATIO.

ideo disputabo: q̄ hunc statum Reip. non magnopere defendendum putem: præsertim qui ocii & concordiae patronū me in hūc annum Reip. cōfessus sim: sed ut doceam Rullum posthac in his saltem tacere rebus: in quibus de se & de suis factis taceri uelit. Omnia legū iniquissimam dissimillimamq; legis esse arbitror eam quā. L. Flaccus interrex de Sylla tulit: ut omnia quæcūq; ille fecisset essent rata. Nam cū cæteris in ciuitatibus tyrannis institutis leges omnes extinguantur atq; tollantur: hic Reipu. tyrannum lege constituit. Est inuidiosa lex sicuti dixi. Verūtamen habet excusationem. Non n. uidetur hoīs lex esse sed temporis. Quid si est hec multo impudētior: nā Valeria lege Corneliiq; legibus eripitur: cui datur. Coniungitur impudēs gratificatio cū acerba iniuria. Sed tñ habet illis legibus spem nonnullam cui ademptus est: aliquem scrupulū cui datus est. Rulli cautio est hæc. q̄ post C. Marium. Cn. Papiniū coss. q̄ procul a suspicione fugit: q̄ eos coss. q̄ aduersarii Syllæ maxime fuerūt potissimum nominauit. Si. n. Syllam dictatorē nominasset p̄spicuum fore & inuidiosum arbitratus ē. Sed quē uelstrū tā tardo ingenio fore putauit: cui post eos coss. Syllam dictatorē fuisse in mente uenire non posset: qd ergo ait Marianus Tr. Pl. q̄ nos Syllanos i inuidiam rapit: q̄ post Marium & Carbonē coss. agros ædificia: lacus stagna: loca: possessiones: cælū & mare p̄termisit: cætera complexus est: publice data: assignata: uendita concessa sunt. a quo Rulle: post Marium & Carbonē coss. qs assignauit: quis dedit: qs concessit p̄ter Syllā: ea oīa eo iure sint. quo iure: labefactat uidelicet nescio quid nimiu acer: nimium uehemens Tr. Pl. Syllana rescindit: ut quæ optimo iure priuata sint: ēt ne meliore q̄ paterna & auita: meliore. At hoc ualeria lex nō dicit: corneliae leges non sanciunt: Sylla ipse non postulat: si isti agri partē aliquā iuris aliquā similitudinē propriæ possessionis: aliquā spem diuturnitatis attingunt: nemo est tam imprudēs istoq;: quin agi secum p̄clare arbitretur. Tu uero Rulle quid quæris: qd habent ut habeant. qs uetat: ut priuatum sed ita latū est ut melior tui soceri fundus hirpinus sit: siue ager hirpinus: totū. n. possidet: q̄ meus paternus auitusq; fundus Arpinas. id. n. caues. optimo. n. iure ea sunt p̄fecto p̄dia quæ optima conditiōe sunt. libera meliore iure sunt q̄ serua. capite hoc omnia quæ seruiebant non seruient: soluta meliore in cā sunt q̄ obligata: eodē capite subsignata oīa si modo Syllana sunt liberantur. Immunita meliore conditiōe sunt q̄ illa quæ pensitant. Ego tusculanis p̄ aqua crebra uectigal pendā: q̄ a mancipio fundum accepi: Si a Sylla mihi datus esset: Rulli lege nō penderem. Video uos Quir. sicuti res ipsa cogat cōmoueri uel legis uel oratiōis im pudentia. legis quæ ius melius Syllanis p̄diis constituat q̄ paternis: orationis: quæ eiusmodi cā insimulare quēq; audeat: rationes Syllæ nimium uehementer defendere. At si illa solū sanciret quæ a Sylla essent data tacerem: mō ipse se Syllanum cē confiteretur: sed nō modo illis cauet: uerū etiam aliud quoddā genus donationis inducit: & is qui a me Syllanas possessiones defendit cri-

DE LEGE AGRARIA.

minatur; non eas solum sancit: Verum ipse nouas assignationes instituit: & re/ pentinus Sylla nobis exorit. Nam attendite quantas cocessiones agro; hic no/ ster obiurgator uno uerbo facere conet. q data: donata: cōcessa: uēdita: patior: audio. quid deinde: possessa. hoc Tr. Pl. pmulgare ausus est: ut qd quisq post Marium & Carbonē cōst. possidet: id eo iure teneret: qd optimo priuatum: et ne si ui eiecit: et ne si clam: si præcario uenit in possessionem: Ergo hac lege ius ciuile: causæ possessionū: prætor; sub hoc uerbo interdicta tollentur: nō me diocris res nec paruū sub hoc uerbo futurum malum Q uir. latet. sunt. n. mul/ ti agri lege Cornelia publicati: nec cuiq assignati: neq; uenditi: qui a paucis ho minibus impudētissime possident. his cauet. hos defendit. hos priuatos facit. hos inquā agros quos Sylla uenundedit: Rullus non uobis assignare uult: sed eis condonare qui possident. causam quæro cur ea quæ maiores uobis in Ita lia: Sicilia: duabus Hispanis: Macedonia: Asia quæsiuerūt uenire patiamini: cum ea quæ uestra sunt condonari possessoribus eadem lege uideatis: Iam to tam legem intelligitis: cum ad paucorum donationē scripta sit: tum ad Syl lanæ assignationis rōnes esse accōmodatissimam. Nam sacer huius uir multū bonus est: neq; ego nunc de illius bonitate: sed de genere impudētæ dispuo. Ille enim qd habet retinere uult: neq; se Syllanū esse dissimulat. hic ut ipse ha beat quod non habet: quæ dubia sunt per uos sancire uult: & cum plus appetat q ipse Sylla: qbus rebus resisto Syllanas res defendere criminor. habet agros nonnullos inquit sacer meus desertos atq; longinquos: uendet eos mea lege quanti uolet: habet incertos ac nullo iure possessos. confirmabūtur optimo iu re. habet publicos: reddam priuatos. deniq; eos fundos quos in agro cassinati optimos fructuosissimos cōtinuauit: cum usq; eo uicinos proscripteret: quoad oculos confirmando ex multis prædiis unam eundi regionem formamq pfei cerit: quos nunc cum aliquo metu tenet: sine ulla cura possidebit. Et quoniā qua de cā & quo& cā ille hoc promulgauit ostendī doceat ipse num ego quem possessorem defendam: cum agrariæ legi resisto Siluā scātiā uendis: Resp. possedet: defendo. campanum agrum diuidis: uos estis in possessione. non ce do. deinde Italix: Siciliæ: cæterarūq; prouintiarū possessiones uenales ac pscri ptas hac lege uideo. Vestrā sunt pdia: uestræ possessiones: resistam: atq; repu gnabo: neq; patiar a quoq Po. Ro. de suis possessionibus me consule dimouei ri: præsertim cū uobis nihil queratur. hoc. n. uos errore uersari diutius nō opor tet. Nunquis uestrum ad uim: ad facinus: ad cædem accōmodatus est: nemo. Atqui ei generi hominum mihi credite: campanus ager & præclara illa Capua seruatur. exercitus contra uos: contra libertatem uestram: contra. Cn. Pompei um constituitur: contra hanc urbem Capua: contra uos manus hominum au dacissimorum: contra Cn. Pompeium decem duces comparantur. Veniant coram. & quoniā me in uestram concionem uobis flagitantibus conuoca uerunt: differant.

ORATIO.

M.T.C.PRO.M.MARCELLO AD.P.C.ET.C.CAESAR
REM:ORATIO .VIII.

IVTVRNI SILENTII.P.C.Q VO ERAM VSVS
his temporibus non timore aliquo: sed partim dolore: partim
uerecūdia finem hodiernus dies attulit: Idemq; initium quæ
uellem quæq; sentirem meo pristino more dicendi. Tantā.n.
mansuetudinem: tam inusitatam: inauditamq; clemētiā: tan-
q; in summa potestate rerū oīum modū: tam deniq; incre-
dibilem sapientiam: ac pene diuinam tacitus nullo modo pte-
rire possum. M.n. Marcello uobis. P.C.R eiq; p. reddito non illum solum: sed
etiam uocem meam & auctoritatem & uobis & Reip. conseruatam: ac restitu-
tam: & instauratam puto. Dolebam. n. P.C. & uehementer angebar cū uiderē
ui& talē: q i eadē cā fuisset in qua ego fuisset nō in eadē fortuna eē. Nec mihi
persuadere poteram: nec fas eē ducebā uersari me in uestro ueteri curriculo il-
lo æmulo atq; imitatore studior; atq; labore meor; & q si quodā socio & comi-
te distracto. Ergo & mihi & meæ pristinæ uitæ consuetudinē. C. Cæsar inter-
clusam aperuisti: & his oīibus ad bene de Repu. sperandū quasi signū aliqd' su-
stulisti. Intellectū. n. est mihi quidē in multis & maxie in meipso & pauloante
in oīibus cum. M. Marcellū Senatui Rei q; P. cocessisti: cōmemoratis p̄sertim
et offensionib; te auctoritatē huius ordinis: dignitatēq; Reip. tuis uel dolori-
bus uel suspicioib; anteferre. Ille quidē fructū oīis anteactæ uitæ hodierno die
maximum cœpit: cū summo cōsensu Senatus: tū iudicio tuo grauissimo & ma-
ximo: ex quo pfecto intelligis quāta in dato beneficio sit laus: cū in accepto tā-
ta sit gloria. Est uere fortunatus ille: cuius ex salute non minor pene ad oēs q
ad illum uentura sit lātitia puenerit: qd' qdē ei merito atq; optimo iure conti-
git. Q uis. n. ē illo aut pbitate: aut nobilitate: aut optimar; artiū studio: aut in-
nocentia: aut ullo laudis genere p̄stantior. Nullius tantū flumen ingenii ē: nul-
li dicendi aut scribendi tanta uis tantaq; copia: quæ nō dīcā exornare: sed enar-
rare. C. Cæsar res tuas gestas possit: Tamē hoc affirmo & hoc pace dicam tua:
nullam in his esse laudē ampliore: q eam quā hodierno die consecutus es. So-
leo s̄pē ante oculos ponere: idq; libenter crebris usurpare sermonib; oēs no-
stro& impator& oēs exterrarum gentiū potentissimorūq; populor;: oēs regum
clarissimor; res gestas cū tuis: nec cōtentionum magnitudine: nec numero p̄lio-
rum: nec uarietate regionū: nec celeritate conficiendi: nec dissimilitudine bel-
lorum posse conferri. Nec uero disiunctissimas terras citius passib; cuius q poi-
tuisse pagrari: q tuis nō dicam cursibus sed uictoriis illustratæ sunt: quæ qdem
ego nisi ita magna esse fatear: ut ea uix cuius q mens aut cogitatio capere pos-
sit: amens sim. Sed tñ sunt alia maiora. Nā bellicas laudes solent qdam exte-
nuare uerbis: easq; detrahere ducibus cōmunicare cū multis: ne propriæ fint

PRO.M.MARCELLO.

imperator. & certe in armis militū uirtus: locoꝝ opportunitas: auxilia sociorꝝ: classes: cōmeatus multum iuuant. Maximā uero partē quasi suo iure fortuna sibi uendicat: & qcqd est p̄spere gestum: id pene omne ducit suū. At uero huius gloriæ. C. Cæsar: quā es pauloante adeptus sociū habes neminē. Totū hoc quātūcunq; est: qd̄ certe maximū est: totum inq; ē tuū. Nihil. n. tibi ex illa laude Centurio: nihil p̄fectus: nihil cohors: nihil turma decerpit. Quin é illa humanaꝝ rerum domina fortuna in istius societate gloriæ se nō offert: tibi cedit tuā esse totam & propriā fatē. Nunq; n. temeritas cū sapientia cōmiserit: neq; ad cōsilium casus admittit. Domiuiti gentes imanitate barbaras: multitudine innumerabiles. locis infinitas: oī copiaꝝ genere abundantes. Sed tñ ea uicisti quæ naturā & cōditionē: ut uinci uī possent: hēbant. Nulla ē. n. tanta uis: tanta copia: quæ nō ferro ac uiribus debilitari ac frangi possit. Verū aiū uincere: ira cundia cohibere: uictoria tempore: aduersariū nobilitate: ingenio: uirtute p̄stā tem nō modo extollere iacentem: sed et amplificare eius pristinā dignitatē. hæc q; faciat nō ego eū summis uiris cōparo: sed simillimū deo iudico. Itaq;. C. Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrabunt. Illæ quidē neq; solū nostris: sed pene omnī gentiū litteris atq; linguis. Neq; ulla unq; ætas de tuis laudibus cōticeſcit. Sed tñ eiusmodi res nescio quō etiam cū legunt: obſtreperere clamore militum uident: & tubarum sono. At uero cū aliquid clementer mansuete iuste reſte moderate sapienterq; factū in iracundia p̄ſertim q; est inimica cōſilio: & in uictoria: quæ natura & isolens & supba est: aut audimus: aut legimus: quo studio incendimur: nō mō in gestis rebus: sed et in fictis: ut eos ſaepē quos nunq; uidimus diligamus. Te uero quem p̄ſentem intuemur: cuius mente ſenſuſq; & oſcernimus: ut qcqd bellī fortuna reliquū Reipu. fecerit: id eſſe ſaluū uelis. Quibus laudibus efferemus: quibus ſtudiis pſequemur? Quid uia beniuolētiacōplectemur? Parietes. C. Cæſar mediū fidius: ut mihi uideſt: huius curiæ tibi grās agere geſtiunt: q; breui tpe illa futura ſit auctoritas in his maiorꝝ ſuorꝝ & ſuis ſedibus. Evidē cū. M. Marcelli uiri optimi & cōmemorabili pietate ac uirtute p̄diti lachrymas modo uobis ſum uiderē: oīum Marcellorꝝ meū pectus memoria effodit: qbus tu et mortuis. M. Marcello conſeruato dignitatē ſuam reddidisti: nobilissimāq; familiam iā ad paucos redactā pene ab interitu uendicasti. Hunc tu igitur diē tuis maximis & innumerabilib; gratulationib; iure antepones: hæc. n. res unius ē ppria. C. Cæſaris: cætere duce te geſta: magna ille qdē ſed tñ multo magnoc; comitatu. huius aut̄ rei tu idē dux es: & comes qdē tanta ē: ut nulla trophæis: & monumentis tuis allatura ſit finē ætas. Nihil aut̄ eſt opere aut manu factū: qd̄ aliquā nō cōſiciat: & non consumat uenustas. At uero hæc tua iuſticia & lenitas floreſcet quotidie magis: Ita ut q̄tum opib; tuis diuturnitas detrahet: tantū afferat laudib;. Et cū cæteros qdē oēs uictores bellorꝝ ciuiſū iā anteā æqtate & misericordia uiceras: hodierno uero die teipsū uicisti. Vereor ne hoc qd̄ dicam non pinde poſſit intelligi auditu: atq; ego ipſe

ORATIO.

cogitans sentio: ipsam uictoriā uicisse uideris:cum ea illa quā ipfa adepta erat
uictis remisisti. Nā cum ipsius uictoriæ conditiōe iure oēs uicti occidissimus:
clementiæ tuæ iudicio cōseruati sumus. Recte igit̄ unus inuictus es:a quo etiā
ipsius uictoriæ cōdītio uisq; deuicta est. Atq; hoc. C. Cæsar is iudiciū. P. C. q; la
te pateat attendite. Omnes.n. qui ad arma fato sumus nescio quo Reip. misere
ro funestoq; compulsi:& si aliqua culpa tenemur erroris humani a scelere cer
te liberati sumus. Nā cum. M. Marcellū depcantibus uobis Reipu. conserua
uit:memet mihi & item Reip. nullo depcante:& reliquos amplissimos uiros &
sibi ipsis & patriæ reddidit:quorū & frequentiam & dignitatē hoc ipso in con
fessu uidetis. Non ille hostes induxit in curiam: sed indicauit a plerisq; ignorā
tia potius & falso atq; inani metu:q; cupiditate & crudelitate ciuile bellū eē su
fceptū:quo quidem in bello semp de pace agendū audiēdūq; esse putauit:sem
perq; dolui non modo pacē:sed & orationem ciuiū pacē efflagitantiū repudia
ri. Neq; n. ego illa nec ulla unq; secutus sum arma ciuilia:sempq; mea consilia
pacis & togæ socia non bellī atq; armorū fuerunt: hoīem sum secutus priuato
officio nō publico:tantūq; apud me grati animi fidelis memoria ualuit:ut nul
la non mō cupiditate:sed ne spe quidē prudens & sciens tanq; ad interitū rue
rem uoluntariū:qd̄ quidem meum consilium minime obscurum fuit. Nam &
in hoc ordine integra re multa de pace dixi:& in ipso bello eadem ēt cum capi
tis mei periculo sensi:ex quo nemo erit tam iniustus rerum æstimator qui du
bitet:quā Cæsari de bello uoluntas fuerit:cū pacis auctores conseruandos cē
suerit statim/cæteris fuerit iratior. Atq; id minus mirum uideretur fortasse: tū
cū esset incertus exitus & anceps fortuna belli. Q uia uero uictor pacis auctores
diligit:is profecto declarat maluisse se non dimicare quā uincere. Atq; huius
quidē rei. M. Marcellu sum testis. Nostri.n.sensus ut in pace semp sic tum ēt
in bello congruebant. Q uotiens ego eū & quanto cū dolore uidi: cū insolentia
cæterorū hoīum:tum ipsius uictoriæ ferocitatem extimescētē? Q uo gra
tior tua liberalitas. C. Cæsar nobis:qui illa uidimus:debet esse. Nō.n.iām cau
sæ sunt inter se:sed uictoriæ comparandæ. V idimus tuam uictoriā pliorum
exitu terminatam:gladium uagina uacuum in urbe nō uidimus. Q uos ami
simus ciues:eos uis Martis perculit:non ira uictoriæ:ut dubitare debeat nemo
quin multos si fieri posset. C. Cæsar ab inferis excitaret:quoniam ex eadē acie
cōseruat quos pōt. Alterius uero partis nihil amplius dico q; id qd̄ oēs uereba
mur:nimis iracūdam futurā esse uictoriā. Q uidā.n.non mō armatis:sed in
terdum ēt ociosis minabant̄. Nec qd̄ quisq; sensisset: sed ubi fuisset cogitan
dum esse dicebant:ut mihi quidē uideātur dii imortales ēt si poenas a Po.Ro.
ob aliquid delictum expetiuerint:qui ciuile bellum & tam luctuosum excitaue
runt:uel placati iam uel ēt faciat aliquid oēm spem salutis ad clemētiā uicto
ris & sapientiam contulisse. Q uare gaude tuo isto tam excellēti bono:& frue
re una cum fortuna & gloria:tum etiam natura & moribus tuis: ex quo quidē

PRO.M.MARCELLO.

maximus est fructus iucunditasq; sapienti. Cætera cum tua recordabere: & si
 persæpe uirtuti:tamen plerunq; fœlicitati tuæ gratulabere. De nobis quos in
 Republica tecum simul saluos esse uoluisti:quotiens cogitabis:tociens de tuis
 maximis beneficiis:totiens de incredibili liberalitate: totiens de singulari fa-
 pientia tua cogitabis:quæ non modo summa bona: sed nimirum audebo uel
 sola dicere. Tantus enim splendor in laude uera: tanta in magnitudine animi
 & consilii dignitas:ut hæc a uirtute donata:cætera a fortuna cōmodata esse ui-
 deantur. Noli igitur in conseruandis uiris bonis defatigari non cupiditate ali-
 qua præsertim aut prauitate lapsis sed opinione officii stulta fortasse certe non
 improba & specie quadam Reipublicæ. Non enim aliqua tua culpa est: si te
 aliqui timuerunt. Contraq; summa tibi laus est:q; pleriq; minime timendum
 fuisse senserunt. Nunc uenio ad grauissimam querelam: & atrocissimam su-
 spitionem tuam:quæ non tibi ipsi magis q; cum omnibus ciuibus: tum maxi-
 me nobis qui a te conseruati sumus prouidenda est: quā & si spero esse falsam:
 nunq tamen extenuabo uerbis. Tua enim cautio/nostra cautio est:ut si in al-
 terutro peccandum sit: malim uideri nimis timidus q; parū prudens. Sed quis-
 nam est iste tam demens? qui scilicet tibi insidiaretur? De tuis ne? Tam & si
 qui magis sunt tui q; quibus tu salutem insperantibus reddidisti? An ex eo nu-
 mero qui una tecum fuerunt? Non est credibilis tantus in ullo furor: ut quo-
 duce omnia summa sit adeptus:huius uitam non anteponat suæ. At si tui nihil
 cogitant sceleris:cauendum est ne quid inimici. Q uic? Omnes enim qui fue-
 runt:aut sua pertinacia uitam amiserunt:aut tua misericordia retinuerunt:ut
 aut nulli supersint de inimicis:aut qui superfuerunt:sint amicissimi. Sed tamē
 cum in animis hominum tantæ latebræ sint & tanti recessus: augeamus sane
 suspicionem tuam:simul enim augebimus & diligentiam. Nam quis omni-
 um tam ignarus rerum: tam rudis in Republica tam nihil unq nec de sua nec
 de communī salute cogitans: qui non intelligat tua salute contineri suam? &
 ex unius tui uitam pendere omnium? Evidem de te dies noctesq; ut debeo
 cogitans casus dūtaxat humanos & euentus incertos ualitudinis & naturæ cō-
 munis fragilitatem extimesco. Doleoq; cum Respublica immortalis esse de-
 beat:eam in unius mortalis anima consistere. Si uero ad humanos casus incer-
 tosq; motus ualitudinis sceleris etiam accedat insidiarūq; cōsensio: quem deū
 etiam si cupiat: posse opitulari Reipublicæ credamus? Omnia sunt excogitā-
 da tibi. C. Cæsar excitanda uni: quæ iacere sentis belli ipsius impetu: qd' ne-
 cessè fuit perculsa ac prostrata:plura uidere:constituenda iudicia: reuocanda fi-
 des:comprimendæ libidines:propaganda soboles:omniaq; quæ delapsa jam
 fluxerunt:seueris legib; uincienda sunt. Non fuit recusandum in tanto ciu-
 li bello: tantoq; animorum ardore & armorum:quin quassata Respub. qui-
 cunq; belli euētus fuisset:multa perderet & ornamenta dignitatis:& præsidia
 stabilitatis suæ: Multa quæ uterq; dux faceret armatus:quæ idem togatus fie-

Radit ad suam etiam et
 et ad formam uersitatem et
 malitia jurius? suscipio?

ORATIO.

ri prohibuisset. Quæ quidem nunc tibi oia belli uulnera sananda sunt: quibus per te mederi nemo potest. Itaque illam tuam preclarissimam & sapientissimam uocem inuitus audiui: satis te diu uel naturae uixisse uel gloriae. Satis si ita uis fortasse naturae: addo et si placet gloriae. Ad id quod maximum est patriae certe par. Quare omittit quæso istam doctorg hoium in contemnenda morte prudentiam. Noli nostro periculo sapiens esse. Sæpe n. uenit ad meas aures te idem istud nimis crebro dicere satis te tibi uixisse: Credo: sed tum id audirem: si tibi soli uiueres: aut si tibi soli es natus es. Nunc cum oium ciuium salutem: cunctaqz Remp. res tuæ gestæ complexæ sint: tantum abes a perfectione maiorum operum: ut funda menta quæ cogitas nondum ieceris. Hic tu modum uitæ tuæ non salutem Reipub. sed æquitate animi definies? Quid si istud ne gloriae quidem tuæ satis est: cuius te esse auidissimum: quis sis sapiens: non negabis. Parum ne igitur inques gloria magnâ relinquimus? Immo uero aliis quis multis satis: tibi unum par. Quicquid n. est quis amplum sit: idem certe par est: tum cum est aliquid amplius. Quod si rerum tuaqz immortalium. C. Cæsar hic exitus futurus fuit: ut deuictis aduersariis Remp. in eo statu relinqueres: in quo nunc est: uide quæso ne tua diuina uitæ admirationis plus sit habitura quam gloriae. Sigdem gloria est illustris peruagata multorum & magnorum uel in suos ciues: uel in patria: uel in omne genus hoium fama meritorum. Haec tibi igitur reliqua pars est: hic restat actus: in hoc elaborandum est: ut Rempu. constitutas: eaque tu imprimis composita cum summa tranquillitate & otio pfruare: Tu te & si uoles cum & patriæ quod debes solueris: & natum ipsam expleueris facietate uiuendi: satis diu uixisse dicitur. Quid est n. oio hoc ipsum diu: in quo est aliquid extremum? quod cum uenerit: omnis uoluptas pte rita pro nihilo est: quia postea nulla futura est. Quanquam iste tuus aius nunquam his angustiis quas nobis natura ad uiuendum dedit contentus fuit: semperque immortalitatis amore flagravit. Nec uero haec tua uita dicenda est: quæ corpore & spiritu continetur: Illa inquam illa uita est tua Cæsar quæ uigebit memoria saeculorum omnium: quæ posteritas alet: quæ ipsa æternitas semper intuebitur: Huic tu inferuias: huic te ostentes oportet: quæ quidem: & quæ miretur iam pridem multa habet: Nunc etiam quæ laudet expectat. Obstupescit posteri certe imperia: prouintias: Rhenum: Oceanum: Nilum: pugnas innumerabiles: incredibilisqz uictorias: monumenta innumera triuophos audiætes & legentes tuos. Sed nisi haec urbs stabilita tuis consiliis & institutis fuerit: uagabitur modo tuum nomen longe atque late. Sedem autem stabilem & domicilium certum non habebit. Erit inter eos etiam qui nascentur: sicut inter nos fuit magna dissensio: cum alii laudibus ad cælum res tuas gestas efferent: alii fortasse aliud regrent: idque uel maximum nisi belli ciuilis incendium salute patriæ restrinxeris: ut ille fati fuisse uideatur: hoc consilii. Serui igitur iis et iudicibus: quod multis post scæculis de te iudicabunt. Evidem scio an incorruptius quam nos. Nam & sine amore: & sine cupiditate: & rursus sine odio: & sine inuidia iudicabunt. Id autem etiam

PRO.Q .LIGARIO.

Si tunc ad te ut quidam falso putant: non pertinebit: nunc certe pertinet te eē ta
lem: ut laudes tuas obscuratura nulla unq̄ sit obliuio. Diuersæ uoluntates ciui/
um fuerunt: distractæq; sententiæ. Non.n .consiliis solum & studiis: sed armis
etiam & castris dissidebamus. Erat aut̄ obscuritas quedam: erat certamē inter
clarissimos duces: Multi dubitabant quid optimū esset: Multi quid sibi expe/
diret: multi quid deceret: nonnulli ēt quid liceret. perfuncta ē Resp. hoc mise/
ro fataliq; bello: Vicit is q̄ non furore inflāmaret odium suum: sed bonitate le/
niret: Neq; oēs quibus iratus eēt: eosdem etiam exilio aut morte dignos iudi/
caret. Arma ab aliis posita : ab aliis erepta sunt. Ingratus est iniustusq; ciuis :
qui armor̄ periculo liberatus animū tñ retinet armatū : ut iam ille sit melior q̄
in acie cecidit: q̄ qui in cā aīam profudit. Quæ.n . pertinacia quibusdā eadē
aliis constantia uideri pōt. Sed quia iam oīs fracta dissensio est armis & extin/
cta æquitate uictoris: R̄ estat ut oēs unū uelint: qui habent aliquid non sapien/
tiæ modo sed ēt sanitatis: quia nisi te. C. Cæsar saluo ēt in ista sentētia : qua cū
antea tum hodie maxime usus es/ manente salui esse non possumus . Quare
oēs te/ qui hæc salua esse uolumus:& hortamur:& obsecramus: ut uitæ. ut fa/
luti tuæ consulas: oēs q̄ tibi: ut p̄ aliis ēt loquar: id qd̄ de me ipso sentio : quo/
niā subesse aliquid putas qd̄ cauendū sit : non modo excubias & custodias :
sed etiā laterū nostro& oppositus & corpor̄ pollicemur: Sed ut unde est orsa in
eodem oratio mea terminetur: maximas tibi oēs gratias agimus. C. Cæsar: ma/
iores ēt habemus. Nā oēs idem sentiunt: qd̄ ex oīum p̄cībus & lachrymis sen/
tire potuisti. Et quoniā non est oībus astantibus necesse dicere: A me certe dici
uolunt: cui necesse ē quodāmodo & qd̄ uolūt certe & quicqd fieri decet : & qd̄
M. Marcello a te huic ordinī. P.Q .R .& Reipu. reddito fieri intelligo. Nā lā/
tari oēs nō ut de unius solū sed ut de cōmuni oīum salute sentio. Q d̄ aut̄ sum/
mæ beniuolentiæ ē: quæ mea erga illū oībus nota semp fuit: ut uix. M. Marcel/
lo optimo & amātissimo fratri: p̄ter eū qd̄ cederē ncmini: cū id solicitudine cu/
ra laboř tā diu p̄stiteri q̄ diu ē de illius salute dubitatū: certe hoc tpe magnis cu/
ris molestiis dolorib; liberatus p̄stař debeo. Itaq;. C. Cæsar sic tibi grās ago: ut
me oībo rebo a te nō seruato solū sed ēt ornato: tñ ad tua ī me unū inumerabilia
merita: qd̄ fieri iā posse n arbitrabar: maxius hoc tuo facto cumulus accesserit.

M.T.C.PRO.Q .LIGARIO AD .C.CAESAREM ORA/ TIO .VIII.

OVVM CRIMEN .C .CAESAR : ET ANTE
hunc diē inauditū p̄pinquus meus ad te. Q . Tubero detulit
Q . Ligariū ī Aphrica fuisse. Idq;. C. Pansa p̄stati uir ingenio
fretus fortasse ea familiaritate: q̄ ē ei tecū: ausus est confiteri.
Itaq; quo me uertam nescio: paratus enim ueneram: cum tu

*expr. ab insinuatione p
confessione & recriminatis*

per ironiam

ORATIO.

id neq; per te scires: neq; aliunde audire potuisses: ut ignoratione tua ad homi-
nis miseri salutem abuterer. Sed quoniam diligentia inimici investigatum est
id qd latebat confitendum est ut opinor: p̄sertim cū meus necessarius. C. Pā
sa fecerit: ut id iam integrum non esset: omissaq; controversia omnis oratio ad
misericordiam tuam conferenda est: qua plurimi sunt conseruati: cum a te non
liberationem culpæ: sed errati ueniam impetravissent. HABES igitur T ubero
qd est accusatori maxime optandum / cōfidentem reum: Sed tamen hoc ita cō
fitētem: se in ea parte fuisse: qua te: qua uirum omni laude dignum patrem tu-
um. Itaq; prius de uestro delicto confiteamini necesse est: q Ligarii ullam cul-
pam reprehendatis. Q igitur Ligarius cum eēt adhuc nullā belli suspicio le-
gatus in Aphricam cum consule. C. Considio profectus est: qua in legatione
& ciuib⁹ & sociis ita se probauit: ut decedens Considius prouincia satisface-
re hominibus non posset: si quenq; alium prouintiæ p̄fecisset. Itaq; Q. Li-
garius cum diu recusans nihil profecisset: prouintiam accepit inuitus: cui sic
p̄fuit in pace: ut & ciuib⁹ & sociis gratissima esset eius integritas & fides:
Bellum subito exarsit: quod qui erant in Aphrica ante audirent geri q parari.
Q uo auditio partim cupiditate inconsiderata: partim cæco quodam timore:
primum salutis cauila: postea etiam studii sui quarebant aliquem ducem. Tū
Ligarius domum spectans: & ad suos redire cupiens: nullo se implicari nego-
cio passus est. Interim P. Actius Varus qui prætor Aphricam obtinuerat: Vt-
cam uenit. Ad eum statim concursum est: atq; ille cupiditate non mediocri ar-
ripuit imperium: si illud imperium esse potuit: qd ad priuatum clamorem mul-
titudinis imperitæ: nullo publico consilio deserebatur. Itaq; Ligarius qui om-
ne tale negotium ciperet effugere: paululum aduentu Vari conqueuit. Ad-
huc. C. Cæsar. Q. Ligarius omni culpa uacat: domo est gressus nō modo nuli-
lum ad bellum: sed ne ad minimam quidem suspicionem belli. Legatus in pa-
ce profectus est: in prouintia pacatissima ita se gescit: ut ei pacem esse expedi-
ret. Profectio certe animum tuum non debet offendere. Num igitur reman-
sio: multo minus. nam profectio uoluntatem habuit non turpem: remansio
necessitatem etiam honestam: ut gereret p̄fecturam. Ergo hæc duo tempo-
ra carent crimen. Vnum cum est legatus profectus: Alterum cum efflagitatus
a prouintia p̄positus. Aphricæ est: tertium tempus est quo post aduentum
Vari in Aphrica restitit: qd si est criminorum: necessitatis crimen est non uo-
luntatis. An ille si potuisset illinc ullo modo euadere. Vticæ potius q Romæ
cum P. Actio: q cum cōcordissimis fratribus: cū alienis esse q cū sui maluisset?
Cum ipsa legatio plena desiderii ac solitudinis fuisset pp incredibilē quēdā
fratrum amorem: Hic æquō animo esse potuist bellī dissidio distractus a fra-
tribus. Nullum igitur habes signum Cæsar adhuc in. Q. Ligario aliena a te
uoluntatis: cuius ego causam animaduerte quæso qua fide defendam: cum
pdo meam. O clementiam admirabilem: atq; omnium laude: p̄dicatione:

admirabilis est hac Cædronis offensio
spponit enim se ipsum ut Cæsar odium dimitueret. & i magi mihi eulsum condonat
tamen voluntate mea cuius Pompéro treg multi magis debet Ligerio condonare
PRO Q. LIGARIO.

litteris: monumentisq; decorandā. M. Cicero apud te defendit alium in ea uo^{ta}
litate nō fuisse: in qua seipsum cōfitetur fuisse: nec tuas tacitas cogitationes ex-
timescit: nec quid tibi de alio audiēti de se ipso occurrat reformidat. Vide q; nō
formidē. Vide quanta lux liberalitatis & sapientiae tuæ mihi apud te dicenti:
oboriatur. Quātum potero uoce contendā: ut hoc Po.Ro. exaudiat. Suscepto
bello. C. Cæsar gesto ēt ex magna parte nulla ui coactus iudicio meo ac uolū-
tate ad ea arma pfectus sum: quæ erant sumpta cōtra te. Apud quē igitur hoc
dico? Nempe apud eū: q; cum hoc sc̄ifet: tamē me anteq; uidit Reipu. reddidit
qui ad me ex ægypto litteras misit: ut essem idē qui fuistem. Qui cū ipse Impe-
rator in toto imperio Po.Ro. unus esset: esse me alterū passus ē. A quo hoc ipo
C. Pansa mihi nunciū perferente cōcessos fasces laureatos tenui: quoad tenen-
dos putauit. Qui mihi tū deniq; se salute dare putauit: si eā nullis spoliata or-
namentis dedisset. Vide quæsto Tubero ut q; de meo facto non dubite dicere:
de Ligarii audeam confiteri. At hoc pp̄terea dē me dixi: ut mihi Tubero cum
de se eadē dicerem ignosceret: cuius ego industriae gloriaq; faueo: uel pp pro-
pinquā cognitionē: uel q; eius ingenio studiisq; delector: uel q; laudē adolescē-
tis propinq; ēt existimo ad meū aliquē fructū redūdere. Sed hoc quæro. q; pu-
tet esse crimē fuisse in Aphrica Ligarium. Nempe is q; & ipse in Aphrica eadē
esse uoluit. & phibitū se a Ligario quarēt. & certe cōtra ipsum Cæsarē ē con-
gressus armatus. Quid n. Tubero tuus ille districtus i acie pharalica gladius
agebat: cuius latus ille mucro petebat. Qui lenitus erat armorum tuorū: quæ
tua mens: oculi: manus: ardor animi: qd cupiebas: qd optabas: nimis urgeo.
cōmoueri uidet adolescens. ad me reuertar. uisde in armis sui. Quid aut aliud
egimus Tubero: nisi qd hic pōt: nos possemus: quorū igit impunitas Cæsar
tuæ clementiae laus est: eorū ipsorum ad crudelitatem te acutū oratio. Atq; in hac cā
non nihil equidē Tubero ēt tuam: sed multomagis tui patris prudentia deli-
dero: q; homo ingenio tu ēt doctrina excellens genus hoc caula qd esset non
uiderit. nam si uidisset quis profecto q; isto modo a te agi maluisset. Arguis
fatentem. non est satis. Accusas eū: qui causam habet: aut ut ego dico meliore
q; tu: aut ut tu uis parem. Hæc non modo mirabilia sunt: sed prodigiis similia
quæ dicam. Non habet eam uim ista accusatio: ut Quintus Ligarius condē-
netur: sed ut necetur. Hoc egit Ciuis Romanus ante te nemo. Externi isti
mores usq; ad sanguinem incitare solēt odium aut leuum gratorum: aut im-
manium barbarorum. Nam quid agis aliud: nisi ut occidatur: ut Romæ ne sit:
ut domo careat: ne cum optimis fratribus: ne cum hoc Tito Brocco auuncu-
lo suo: ne cum Considio consobrino suo: ne nobiscum uiuat: ne sit in patria:
Num ita est? Num potest magis carere his omnibus: q; caret: Italia prohibet
ur: exulat. Non tu ergo hunc patria priuare quā caret: sed uita uis. At istud
ne apud eum quidem dictatorem qui omnes quos oderat morte mulctabat:
qui q; egit isto modo. Ipse iubebat occidi nullo postulāte: premiis etiam inui-

Meminit Quintiliā
de institutione oratoria
rum libro 9. de figuris
sentenciarum ca

Subiecte

Necnomia
Signū p. Jipio

Hic est apostrophe
Sine die
Sibyllina
Ampliatio
Descriptio
Interrogatio
Legite Quintiliā nūm
li: 5 co: pectinato de
insuicitio oratoria
Cicero adversarios
Humanitatem omnem
enī sed

Hiuīs

Facit Cesare aduersationem suam pro
mittit sed rebū novis dū illarū in
Laudetē genitū propriū rē dīs.
alia i ordine. q; Flo
Dicitur in p̄tū dīs. i. bīs.
Gīs aīs. i. vīs. at dī
Tepidū supplīcī. stā vīs
Liquit. fī. fā. p̄tū. lī. p̄tū.
Liquit. fī. fā. p̄tū. lī. p̄tū.
Comparatio. In ea fact. Syste
mā. q; dī. q; dī. q; dī. q; dī.
q; dī. q; dī. q; dī. q; dī.
q; dī. q; dī. q; dī. q; dī.

ORATIO.

Dicitur prius dico Tadante q. i. C. mis p. Proph.
Capit. 29 ad fermeat 2. q. C. mis p. Proph.
dicitur
Nam qui oines proscriptos à
Silla m̄ perfecerunt id ē Cæsare
postea Silius fuit iudicat
tabat quæ tamen crudelitas ab hoc eodem aliquot annis: post quem tu nunc
crudelē esse uis retenta vindicata est? Ego uero istud non postulo inquies. Ita
mehercule existimo Tuberō. Noui. n. te: noui patrem: noui domū: nomēq; ue
strum: studia deniq; generis ac familiæ uestræ: uirtutis: humanitatis: doctrinæ:
plurimæ artium atq; optimæ nota sunt mihi. Idq; certo scio uos non pete
re sanguinē: sed paci atteditis. Res. n. eo spectat: ut ea poena in qua adhuc. Q.
Ligarius sit non videamini eē contēti. Q uæ igitur est alia præter mortem? Si
enim in exilio est sicuti est: qd amplius postulatis? an ne ignoscatur? Hoc ue
ro multo acerbius: multo ē durius: multo ē grauius. Nā qd nos domi petimus
pcibus & lachrymis pstrati ad pedes: nō tam nostræ causæ fidentes q̄ huius hu
manitati: id ne impetremus pugnabis? & in nostræ fletum irrumperes? & nos ia
centes ad pedes supplicū uoce phibebis. Sed cū domi hoc faceremus qd & fei
cimus: & ut spero nō frustra fecimus: tu repente irruisses: & clamare coepisses.
C. Cæsar caue credas: caue ignoscas: caue te fratre pro fratribus salute obsecratiū
misereat. Nōne oēm humanitatem exuisses? Q uanto hoc durius qd nos do
mi petimus: id a te in foro oppugnari: & in tali miseria multorū profugū mise
ricordiæ tollere? Dicam plane. C. Cæsar quod sentio. Si in hac tanta tua fortu
na lenitas tanta nō esset: quantam tu pte per te inq obtines: intellige quid lo
quar: acerbissimo luctu redūdaret ista uictoria: q̄a essent multi de uictoribus q
te crudelē esse uellent: qui cū a te ignosci nemini uellent: impedirēt tuā clāmē
tiam: cum ēt hi quibus ipse ignouisti nolint te esse in alios misericordē. Q uod
si probare Cæsari possemus ī Aphrica Ligariū oīo non fuisse: si honesto & mi
sericordi mendacio saluti ciui calamitoso ee uellemus: tñ hominis non eēt ī tā
to discrimine & periculo ciuis refellere: & coarguere nostrum mēdaciū. & si
esset alciuus: eius certe non eēt qui in eadē cā & fortuna fuisset. Sed tñ aliud ē
errare Cæsarem nolle: & aliud nolle misereri. tum dices: Caue Cæsar credas.
fuit in Aphrica Ligarius. tulit arma contra te. Nunc quid dicas: caue ignoscas.
Hæc nec hominiū: nec ad hoīem uox est. qua qui apud te. C. Cæsar utet: citius
abiiciet suam humanitatē: q̄ extorquebit tuam. Ac primus aditus & postulatio
Tuberonis hæc ut opinor fuit: uelle se de. Q. Ligarii scelere dicere. Non dubi
to quin admiratus sis: uel qd de nullo alio quisquā: uel q̄ is qui in eadē causa
fuisset: uel qd nā noui facinoris afferret. Scelus tu illud uocasti Tuberō: cur?
isto. n. nomine illa adhuc causa caruit: alii errorem appellabant: alii timorem.
Qui durius: spēm: cupiditatem: odium: pertinaciam: qui grauissime temerita
tem: scelus præter te adhuc nemo. Ac mihi quidem si proprium & uerum no
men nostri mali queratur: fatalis quædam calamitas incidisse uidetur: & im
proudias hominum mentes occupasse: ut nemo mirari debeat humana consi
lia diuina necessitate esse superata. Liceat esse miseros: q̄q hoc uictore esse non
possumus: sed non loquor de nobis. de illis loquor qui occiderunt. Fuerint cui
pidi: fuerint irati: fuerint p̄tinaces: sceleris uero criminē furoris parricidii. Li

Amplificatio & grauij Exponit
Pernitsis
Corrado

modo sceleris nomen, furoris amittit
afficit atque libidinem

Nam fons amara atra patria possum
Quinto & quinto regno
Dicit ad se Patria oppida de

PRO.Q.LIGARIO.

ceat. Cn. Pompeio mortuo: liceat multis alijs carere. Q uando hoc ex te quis q
 C. Cæsar audiuit: aut tua qd aliud arma uoluerūt: nisi a te contumeliam ppul-
 fare? Q uid egit ille tuus inuictus exercitus: nisi ut suum ius tueret & dignita-
 tem tua? Q uid tu cū pacem esse cupiebas? id ne agebas? ut tibi cū sceleratis:
 an ut cū bonis ciuibus conueniret? Mihi uero Cæsar tua in me maxima meri-
 ta tāta certe no uiderent: si me ut sceleratū a te cōseruatum putarem. Q uomo-
 do tu aut de R epu. benemeritus essem: si tot sceleratos incolumi dignitate eē uo-
 luisses? Secessionem tu illam existimasti Cæsar initio non bellū: non hostile
 odium: sed ciuile dissidiū utriusq; cupientib; Rempū. saluam esse. sed partim
 consiliis: partim studiis a cōmuni utilitate aberrantibus: principū dignitas erat
 pene par: nō par fortasse eorū qui sequebant. Causa tum quidem dubia: q; erat
 aliquid in utraq; pte qd pbari posset: nunc melior certe iudicāda ē: quā etiā dīi
 imortales adiuuerunt. Cognita uero clementia tua quis non eā uictoriā pro-
 bet? in qua occiderit nemo nisi armatus. Sed ut omittam comunem cām: Ve-
 niamus ad nostram. Vtq; tandem existimas tu facilius fuisse T ubero/Ligariū
 ex Aphrica exire: an uos in Aphricā nō uenire. Poteramus ne inquies cum Sei-
 natus censuisset? si me consulis: nullo modo. sed tñ Ligarium Senatus idē le-
 gauerat. Atq; ille eo tpe paruit: cum parere Senatui necesse erat. Vos tum pa-
 ruistis: cū paruit nemo qui noluit. Reprehendo igit̄. minime uero. Neq; n. li-
 cuit aliter uestro generi: nomini: familiā: disciplinā. Sed hoc non concedo: ut
 quibus rebus gloriemini in uobis: easdem in aliis reprehendatis. Tuberonis sors
 coniecta est ex Senatus cōsulto: cū ip̄e non adesset: morbo ēt impediret. statue-
 rat excusare se. Hæc ego noui propter oēs necessitudines quæ mihi sunt cū L.
 Tuberone. domi una eruditū sumus: militiā contubernalēs: post affines: in om-
 ni deniq; uita familiares: magnum ēt uinculū q; iisdem studiis semp usi fui-
 mus. Scio igitur Tuberonem domi manere uoluisse. Sed ita quidam agebat.
 Ita R epu. sanctissimum nomen opponebat: ut etiam si aliter sentiret: uerbo-
 rum tñ ipsorum pondus sustinere non posset. Cessit auctoritati amplissimi ui-
 ri uel potius paruit. Vna est profectus cū his quorum erat una cā: tardius iter fe-
 cit. Itaq; in Aphricā uenit iam occupatam. Hinc in Ligarium crimen oritur:
 uel ira potius. Nam si crimē est prohibere illum uoluisse: tñ nō minus magnū
 est uos Aphricā arcem oīum prouinciarum natam ad bellum contra hanc ur-
 bem gerēdum obtinere uoluisse: q; aliquem se maluisse: Atq; tñ is Ligarius nō
 fuit. Varus imperium se dicebat habere. fasces non certe habebat: sed quoquo
 modo illud se habet: hæc querela uestra Tubero quid ualeat: recepti in prouin-
 tiā non sumus. quid si essetis? Cæsari ne eam tradituri fuissetis? an contra
 Cæsarem retenturi? Vide quid licentiā Cæsar noua tua nobis. liberalitas det:
 uel potius audaciā. Sed si respōderit T ubero Aphricā quo Senatus cū sorsq;
 miserat: tibi patrē traditurū fuisse: nō dubitabo apud te ipsum cuius id ipsum
 facere interfuit: grauissimis uerbis eius consilium reprehendere. Non enim si

Conscientia est in ratione bene considerata.

Stabilitas & perpetua prouincia

Patria d' honestatis et utilitatis
gratia reu' fiducia & diffidit
voluntas propria

ORATIO.

tibi hæc res grata fuisset: esset et probata. sed tñ hoc totum ommito: no tam pp
id ne offendā tuas patientissimas aures qd ne Tuberō: qd nunq̄ cogitauit: factu
rus fuisse uideatur. Veniebat igit̄ in Aphricam p̄uinctā unā ex oībus huic ui
ctoriæ maxime infestā: in qua rex erat potentissimus inimicus huic causæ: alie
na uoluntas: cōuentus firmi atq̄ magni. Quæro qd facturi fuissetis: q̄q̄ quid
facturi fueritis non dubitem: cū uideam qd feceritis: phibiti estis in prouintiā
uestram pedē ponere: ut phibetis summa cū iniuria. Quō id tulistis: acceptæ
iniuriæ querelam ad quē detulistis: nempe ad eū cuius auctoritatē secuti in
societate belli ueneratis. Quod si Cæsar is cā ueniebat in prouintiam: ad eū
pfecto exclusi prouintia uenissetis. Venistis ad Pompeiū. Quæ ergo hæc est
apud Cæsarem querela: cū eum accusetis: a quo uos queramini phibitos con
tra Cæsarem bellū gerere. Atq̄ in hoc qdem cū mēdacio si uelitis: gloriari p̄ me
licet uos prouintiā Cæsari tradituros fuisse: etiam si a Vario: & quibusdā aliis
phibiti essetis: Ego tñ confitebor culpam esse Ligarii: q̄ uos tantæ laudis occa
sione priuauerit. Sed uide quælo Cæsar constantiam ornatiſſimi uiri. L. Tu
beronis: quā ego q̄uis ipse probare ut probo: tñ nō cōmemorarē nisi a te cognosc
uissim imprimis eam uirtutem solere laudari. Quæ fuit igitur unq̄ in ullo ho
mine tanta constantia: constantiam dico. nescio an melius patientiam possim
dicere: Quotus. n. istud quisq; fecisset: ut a quibus partibus in dissensiōe ciui
li non eēt receptus: esset etiā cum crudelitate electus: ad eas ipsas rediret: Ma
gni et cuiusdā animi: atq; eius uiri est quē de suscepta cā propositaq; sententia
multa contumelia: nulla uis: nullū periculū posset depellere. Ut. n. cætera paria
Tuberōi cū Vario fuissent: honor: nobilitas: splendor: imperiū: ingeniu: quæ ne
quaq̄ fuerūt: hoc certe p̄cipuum Tuberonis fuit: qd iusto cū impio ex senatus
consulto in prouintiā suam uenerat. Hinc phibitus non ad Cæsarem: ne ira
tus: non domū: ne iners: non aliquā ire in regionem: ne cōdemnare cā illam:
quam secutus ē uideref. In Macedonia in Gn. Pom. castra uenit: i eam ipsam
cā a qua erat electus cū iniuria. qd: cū ista res nihil cōmouisset eius alium ad
quem ueneratis: Languidore credo studio in causa fuistis: tantūmodo in præ
sidiis eratis. animi uero a cā abhorrebat. An ut fit in ciuilibus bellis: nec in uo
bis magis quā in reliquis. oēs. n. uincendi studio tenebamur. Pacis equidē sem
per auctor fui: sed tū sero. Erat. n. amentis cū aciem uideres pacē cogitare. oēs
inquā uincere uolebamus. Tu certe p̄cipue qui in eū locū uenisses: ubi tibi eēt
pereundū nisi uicisses. q̄q̄ ut nūc res se habet: nō dubito qn etiam hanc salutē
anteponas illi uictoriæ: Hæc ego non dicerem si aut uos cōstantiæ uestræ: aut
Cæsarē beneficū sui p̄ceniteret. Nunc quæro utq; uestras iniurias an Reip. per
sequamini. Si Reip. qd de uestra in ea cā p̄seuerantia respondebitis: si uestras
uicete ne erretis: q̄ Cæsarē inimicis uestris iratū fore putetis: cū ignouerit suis.
Itaq; nū tibi uideor īcā Ligarii eē occupatus: nū de eius facto dicere: Quic
quid dixi ad una summā referri uolo: uel humanitatis: uel clementiæ: uel mi

Melius bona

PRO.Q .LIGARIO.

sericordiae tuæ: Causas Cæsar egi multas & qdem tecū: dū te tenuit in foro ratio honorū tuorū: certe unq̄ hoc modo. Ignoscite iudices. errauit. lapsus est. non putauit. si unq̄ post hac: ad parentē sic agi solet. ad iudices nō fecit. nō cogitauit falsi testes: fictum crīmē. Dic te Cæsar de facto Ligarii iudicē eē: qbus in p̄si diis fuerit quære. taceo. ne hæc quidem colligo fortasse: quæ ualerent ēt apud iudicē. Legatus ante bellū pfectus: relictus in pace: bello opp̄sus: in eo ipso nō acerbū fuit. tæt̄lī totus aīo & studio tuus. Ad iudicē sic agi solet. sed ego apd parentē loquor. errauit. temere fecit. pœnit. ad clementiā tuam cōfugio. delicti ueniam peto. ut ignoscas oro. si nemo ipetrauit: arroganter peto. si plurimi. tu idem fer opē q spē dedisti. An sperandi de Ligario cā non sit: cū mihi apd te locus sit ēt p altero dep̄candi: qq̄ neq̄ in hac oratiōe spes ē posita causæ: nec in eorū studiis q a te p Ligario petunt tui necessarii. Vidi. n. & cognoui qd maxie spectares: cū p alicuius salute multi laborarent: cās apud te rogantiū gratiores eē q̄ p̄ces. neq̄ te spectare q̄ tuus esset necessarius is qui te oraret: sed quā illius cā pro quo laboraret. Itaq̄ tribuis quidē tuis multa: ut mihi eē beatiores illi uideant interdū q tua liberalitate fruunt: q̄ tu ipse q ipsis tam multa concedas. Sed uideo tñ apud ut dixi cās rogantium ualere plus q̄ p̄ces: ab hisq̄ te moueri maxie: quorū iustissimum uideas dolore in petendo. In. Q .Ligario conseruando multis tu quidē gratum facies necessariis tuis. sed hoc quæso considera qd soles. possum fortissimos uiros sabinos tibi pbatissimos: totūq̄ agḡ sabinum florē Italiae robur. Reip. proponere. nosti hoīes istos optime. A iaduerte hoīum mœstia & dolorē huius. T. Brochi: de quo non dubito qd existimes. lachrymas: squallorē ipsius & filii uides. qd de fratribus dicā? Noli Cæsar putare de unius capite nos agere. aut tres Ligarii tibi in ciuitate retinēdi sunt: aut tres ex ciuitate exterminādi. Nam quodus exilium his ē optatius q̄ patria: q̄ domus: q̄ dii penates uno illo exulante. si fraterne: si pie: si cum dolore faciunt: moueāt te horū lachrymæ: moueat pietas: moueat germanitas? Valeat illa uox tua quæ uicit. Te. n. dicere audiebamus nos oēs aduersarios putare nisi qui nobiscum essent: ite omnes q̄ cōtra te nō eēnt tuos. Vides ne igitur hunc splendorē: oēm hanc Brochoḡ domum. hunc. L. Marcum. C. ceferium. L. Cornificium: hosce oēs equites. Ro. qui adsunt ueste mutata: non solum notos tibi: ueḡ ēt probatos uiros tecum fuisse. Atq; his maxie irascebamus: & hos requirebamus. & his nōnulli ēt minabant. Conserua igitur tuis suos: ut quēadmodum cætera quæ a te dicta sunt: sic hoc uerissimum reperiatur. Q uod si penitus pspicere posses concordiam Ligario: oēs fratres tecum iudicares fuisse. An pot quis q̄ dubitare: quin si. Q Ligarius in Italia esse potuisse: in eadem sentētia futurus fuerit in qua fratres fuerunt? Q uis est qui horum cōsensum conspirantem & peine cōflatum in hac pprja æqualitate fraterna non nouerit? qui hoc nō sentiat? quid uis prius future fuisse: q̄ ut hi fratres diuersas sententias fortunasq; sequentur. Voluntate igitur omnes tecum fuerunt. tempestate abreptus est unus

ORATIO.

Concessio
Domini patrissimis Celsorum dñm
P. S. ad hunc Vobis Romam

qui si consilio id fecisset esset eorum similis: quos tu tamen saluos esse uoluisti. Sed ierit ad bellum, dissenserit non a te solus: uerum etiam a fratribus: hi te orant tui equum cum tuis oib[us] necessariis. Ac et memoria teneo qualis tu es. T. Ligarius quaestor urbanus fuerit erga te & dignitatem tuam. Sed pars est me hoc meminisse. Spero et te quod obliuisci nol soles nisi iniurias: hoc quoniā est aī: quoniā & ingenii tui te aliquid de huius quaestoris officio cogitantē: et de aliis quaestoribus rei miniscentē recordari. Hic igit[ur] T. Ligarius qui tum nihil egit aliud: neque n. hoc diuinabat: nisi ut eum studiosum & bonum uix iudicares: Nunc a te supplex fratris salutē petit: quā huius admonitus officio cum utriusque his dederis: tres fratres optimos & integerrimos non solū sibi ipsos: neque his tot ac talibus uiris neque nobis necessariis tuis: sed et Reip. cōdonaueris. Fac igitur quod de hoīe nobilissimo ac clarissimo. M. Marcello restituto fecisti nup in curia nūc idē in foro de optimis & huic omni frequētiꝝ pbatissimis fratribus: ut cōcessisti illum Senatui: sic da hunc populo: cuius uoluntatē carissimā semp habuisti. Et si ille dies tibi glorioſissimus & Reip. gratissimus fuit: noli obsecro dubitare Cæsar simile illi gloriæ laudē quod saepissime querere. Et n. nihil est tamē populare: quod bonitas. nulla de uirtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratiō misericordia ē. Homines. n. ad deos nulla re ppius accedūt: quod salutē hoībus dādo. Nihil. n. habet nec fortuna tua maius: quod ut possis: nec natura tua melius: quod ut uelis conseruare quod plurimos. Longiore orationē cā forsitan postulat: tua certe natura breuiorē. Quare quom utilius esse arbitrer te ipsum: quod aut me: aut quemque alium loquere cum: finem iam faciam. Tantū te ipsum admonebo: si illi absenti salutē dederis: his omnibus te daturum.

M.T.C.P. REGE DEIOTARO: AD .C. CAESAREM ORATIO.X.

*Exordiū ab expectatione
mīgi*

VM IN OMNIBVS CAVSIS GRAVIORIBUS. C. Cæsar initio dicendi cōmoueri soleā uehemētius quod detur uel usus uel ætas mea postulare: tamen in hac cā ita me multa perturbant: ut quātū mea fides studii mihi afferat ad salutem regis Deiotari defendendā: tantū mihi facultatis timor detrahatur. Primum dico p capite fortunisque regis Deiotari. Quod ipsum si non iniquū est in tuo dūtaxat piculo: tamen est ita inusitatum / regē capitinis reum esse. ut atē hoc tēpus non sit auditum. Deinde eum regem: quem ornare antea cuncto cum Senatu solebamus p ppetuis eius in nostram Remp. meritis: nunc cōtra atrocissimū crimē cogor defendere. Accidit ut accusator alterius crudelitate: alterius indignitate perturber. Crudelē Castore ne dicam: an sceleratum & impium: quod nepos auum in discrimē capitinis adduxerit: adolescentiāque suā laudē quod terrorē intulerit ei cuius senectutem tueri & reger-

PRO REGE DEIOTARO.

cæterorum. aut hoc iudicium reprehendas tu: cuius accusatio rebus iudicatis in-
nit̄ uidebatur: necesse est: aut si hoc uerum esse concedis: Oppianicum gratis

PRO AVLO CLVENTIO.

condemnatūm esse fateare. q̄q satis magno argumēto esse debet: qd' ex tā mul
tis iudicibus absoluto Falcula nemo reus factus est . quid enim mihi damna/
tos ambitus colligitis alia lege: certis criminibus plurimis testibus : cum primū
illi ipsi debuerint potius accusari de pecuniis repetundis: q̄ ambitus. Nam si in
ambitus iudiciis hoc his obfuit: cum & alia lege causam dicerent: certe si ppriā
lege huius peccati adducti essent: multo plus obfuisset. deinde si tāta uis istius
criminis: ut qua quisq; lege ex illis iudicibus reus factus eēt: tamē hac plaga pe
tiret: cur in tanta multitudine accusatorum tantis p̄mīis cæteri rei facti non
sunt: hic profertur: id quod iudicium appellare non oportet . P. Septimio Scæ
uolæ litem eo nomine esse æstimatam . Cuius rei quæ cōsuetudo sit: quoniam
apud homines peritissimos dico: pluribus uerbis docere non debo. Nunquā
enim ea diligentia quæ solet adhiberi in cæteris iudiciis : eadem reo damnato
adhibenda est. in litibus æstimādis fere iudices aut q̄ sibi eum quem semel cō
demnauerunt: inimicum putant esse: si quæ in eum lis capitī illata est: nō ad/
mittunt: aut qd' se perfunctos iam esse arbitrantur: cum de reo iudicarunt: ne/
gligentius attendunt cætera. Itaq; & maiestatis absoluti sunt permulti: qbus
damnatis de pecuniis repetundis lites essent æstimatæ . Et hoc quotidie fieri
uidemus: ut reo damnato de pecuniis repetundis ad quos peruenisse pecu/
nias in litibus æstimandis statutum sit: eos illi iudices absoluant. Q uod cum
fiat: non iudicia rescinduntur: sed hoc statuitur æstimationem litium non esse
iudicium . Scæuola condemnatus est aliis criminibus frequentissimis apuliæ
testibus omni contentionē pugnatū est: ut lis hæc capitī æstimateetur: quæ res
si rei iudicatæ pondus habuisset: ille postea uel hisdē uel aliis inimicis reus hac
lege ipsa factus esset. Sequitur id quod illi iudicium appellant. maiores autem
nostrī nunquā neq; iudicium nominauerunt: neq; perinde ut rem iudicatam
obseruarunt: animaduersiōnem atq; auctoritatem Censoriam: qua de re anteq;
dicere incipio: per pauca mihi de meo officio uerba facienda sunt: ut a me cum
huiuscē periculi: tum cæterorum quoq; officiorum & amiciciarum ratio con/
firmata esse uideatur. Nam mihi cum uiris fortibus: qui Censores pxime fue
runt: ambobus est amicicia. Cum altero uero sicuti & pleriq; uestrum sciūt ma
gnus usus & summa utriusq; officii constituta necessitudo est. Q uare quicqd
de subscriptionib; eorum mihi dicendum erit: eo dicam animo: ut omnem
rationem meam non de illorum facto: sed de ratione Censoria habitam existi
mari uelim. A Lentulo autem familiari meo: qui a me pro eximia sua uirtute:
summisq; honoribus: quos a Populo Romano adeptus est: honoris causa no
minatur: facile hoc iudices impetrabo: ut quam ipse adhibere cōsueuit in ami
corum periculis fidem & diligentiam: tum uim animi libertatemq; dicendi in
hoc mihi concedat: ut tantum mihi sumam quantum sine huius periculo p̄
terire non possum. a me tamen: ut æquum est: omnia caute pedetentimq; di
centur: ut neq; fides huius defensionis relicta: neq; cuiusquā aut dignitas læsa:

ORATIO.

aut amicicia esse uiolata uideatur. Video igitur iudices animaduertisse Censores in iudices quosdam illius consilii Iuniani cum istam ipsam causam subscriberent . hic primum illud commune proponam: nunquam animaduersiōibus Censoris hanc ciuitatem ita contentam: ut rebus iudicatis fuisse. Neq; in re nota consumam tempus exemplis. Ponam illud unum.C. Getam cum a.L. Metello.&.Cn. Domitio censoribus ex Senatu electus esset : Censorē ipsum postea esse factum:& cuius mores a Censoribus erant reprehensi : hunc postea & Populi Romani & eorum qui in ipsum animaduerterant: moribus pre fuisse. q; si illud iudicium putaretur : ut cæteri turpi iudicio damnati in perpetuum omni honore ac dignitate priuantur : sic hominibus ignominia notatis : neq; ad honorem aditus:neq; in curiam redditus esset. Nunc si quem.Cn. Lentili:aut.L. Gellii libertus furti condemnarit . Is omnibus ornamentiis amissis nunquam ullam honestatis suæ partem recuperabit. quos autem ipse .L. Gellius:aut. Cn. Lentulus duo Censores clarissimi uiri sapientissimiq; homines furti & captarum ipsarum pecuniarum nomine notauerunt:non modo in Seinatum redierunt. sed etiam illarum ipsarum rerum iudiciis absoluti sunt. neminē uoluerunt maiores nostri non mō de existimatione cuiusquā: sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem: nisi qui inter aduersarios conuenisset. Q uapropter in omnibus legibus quibus exceptum est: de quibus causis aut magistratum capere non liceat: aut iudicem legi : aut alterum accusare: hæc ignominiae causa prætermissa est. timoris enim causam non uitæ pœnam in illa potestate esse uoluerunt. Itaq; non solum iudices ostendam quod iam uidetis. Po. Ro. suffragiis sæpenumero Censorias subscriptiones esse deletas: uerum etiam iudiciis eorum qui iurati statuere maiore cum religione & diligentia debuerunt. Primum iudices Senatores equitesq; Ro. in compluribus iam reis: quos contra leges pecunias cœpisse subscriptum est: suæ potius religioni: quam Censoriæ opinioni paruerunt. Deinde prætores tantum urbani qui iurati debent optimum quenq; in se lectos iudices referre : nūquā sibi ad eam rem Censoriam ignominiam impedimento inesse oportere duxerunt. Censores de niq; ipsi sæpenumero superiorum Censorum iudiciis: si ista iudicia appellari uultis non steterunt. Atq; etiam ipsi inter se Censores sua iudicia tanti esse arbitrantur: ut alter alterius iudicium non modo reprehendat : sed etiam rescindat: ut alter de Senatu mouere uelit: alter retineat: & ordine amplissimo dignū existimet: ut alter in ærarios referri: aut tribu moueri iubeat: alter uetet. Q uare qui uobis in mentē uenit hæc appellare iudicia: quæ a Populo Romano rescindi ab iuratis iudicibus repudiari: a magistratibus negligi: ab his qui eandē potestatem adepti sunt commutari: inter collegas discrepare uideatis? Q uæ cum ita sint: uideamus quid tandem Censores de illo iudicio corrupto iudicasse dicantur. ac primum illud statuamus. Vtrum quia Censores de illo iudicio corrupto subscriperint ita sit: an quia ita fuerit: illi subscriperint. Si ideo quia

PRO AVLO CLVENTIO.

Subscripterint: uidete quid agatis: ne in unumquemq; nostrum Censoribus in posterum potestatem Regiam permittatis: Ne subscriptio Censoria non minoris calamitatis ciuibus: quam illa acerbissima proscriptio possit afferre: Ne Censorium stilum: cuius mucronem multis remediis maiores nostri retuderunt: æque posthac atq; illum dictatorum gladium pertimescamus. Sin autem quod scriptum est: quia uerum est: siccirco graue debet esse: hoc queramus uerum sit an falsum. Remoueantur auctoritates Censoriae tollatur id ex causa quod in causa non est. Doce quam pecuniam Cluentius dederit: unde dederit: quemadmodum dederit: unde deniq; aliquod a Cluentio perfectæ pecuniæ uestigium ostede. Vincit deinde uirum bonum fuisse Oppianum: hominem integrum. nihil de illo unquam secus esse existimatum: nihil deniq; præiudicatum. tum auctoritatem Censorum amplexator: tum illorum iudicium cum re coniunctum esse defendito. Cum uero eum fuisse Oppianicum constabit: qui tabulas publicas municipii sui corrupisse iudicatus sit: qui testamentum interleuerit: qui supposita persona falsum testatum obsignandum curarit: qui eum cuius nomine id obsignatum est: interfecerit: qui auunculum filii sui in seruitute ac uinculis necarit: qui municipes suos proscribendos occidendoq; curarit: qui eius uxorem quem occiderat: in matrimonium duxerit: qui pecuniam pro potionē dederit: qui socrum: qui uxorem: qui hoc tempore fratriis uxorem: speratosq; liberos fratremq; ipsum: qui deniq; suos liberos interfecerit: qui cum uenenum priuigno suo quereret: manifesto sit deprehensus: cuius ministris consciisque damnatis ipse adductus in iudicium pecuniam iudici dederit ad sententias iudicium corrumpendas. Dum hæc inquam de Oppianico constabunt: nec ullo argumento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur: quid est qd' te ista Censoria siue uoluntas: siue opinio fuit: adiuuare aut innocentem opprimere posse uideatur? Quid igitur Censores secuti sunt: ne ipsi quidem ut grauissime dicam quicquam aliud dicent præter sermonem atq; famam.

Nihil se testibus: nihil tabulis: nihil graui aliquo argumento competrisse: nihil deniq; causa cognita statuisse dicent. Quod si ita fecissent: tamen ita non id fixum esse deberet: ut conuelli non licaret: non utar exemplorum copia: quæ summa est: non rem ueterem: non hominem potenter aliquem aut gratiosum proferam. Nuper hominem tenuem scribam ædilitium Detium Matrinium cum defendisset apud M. Iunium & Q. Publicium prætores. & M. Pletorium. Caium Flaminium ædiles curules per suasi ut scribam iurati legerent: eum quem iidem isti Censores ærarium reliquisse subscripterunt. Cum enim in homine nulla culpa reperiatur: qd ille meruisset non quid de eo statutum esset querendum esse duxerunt. Nam hæc quidem quæ de iudicio corrupto subscripterint: quis est qui ab illo satis cognita & diligenter iudicata arbitretur? In M. Aquilium & in T.

ORATIO.

Guttam uideo esse subscriptum. Quid est hoc duos esse corruptos solos pecunia: dicant: cæteri uidelicet gratis condemnarunt. non est igitur circunventus. non est oppressus pecunia. non ut illæ Quintianæ conciones habebantur: omnes qui Oppianicum condemnarunt: in culpa sunt ac suspitione ponendi. duos solos uideo auctoritate Censorum affines ei turpitudini iudicari. aut illud afferant: aliquid esse quod de iis duobus habuerint compertum: de cæteris comperisse. Nam illud quidem minime probandum est adnotations auctoritatemq; Censoriam in exemplum illa consuetudine militari transtulisse. Statuerunt enim ita maiores nostri ut si a multis esset flagitium rei militaris admissum: sortione in quosdam animaduerteretur. ut metus uidelicet ad omnium: poena ad paucos perueniret. quod idem facere Censores in delectu dignitatis & in iudicio ciuium: & in animaduersione uitiorum qui conuenit. Nam miles qui locum non tenuit: qui hostium impetum uimq; pertimuit. potest idem postea & miles esse melior: & vir bonus. & ciuis utilis. Quare ne in bello propter hostium metum delinqueret: amplior ei mortis & supplicii metus est a maioribus constitutus. ne autem nimium multi pœnam capitius subirent: siccirco illa sortitio comparata est. Hoc tu idem facies Censor in Senatu legendō: si erunt plures qui ob innocentem condemnandum pecuniā acceperint: ut non animaduertas in omnes: sed carpes. ut uelis: & paucos ex multis ad ignominiam sortiere: habebit igitur te sciente & uidente Curia Senatorem. Populus Romanus Iudicem: Respublica ciuem si ne ignominia quenq; qui ad perniciem innocentis fidem suam & religionē pecunia commutarit. & qui præcio adductus eripuerit patriam / fortunas / liberos / ciuii innocentis: is Censorie seueritatis nota non inuretur. Tu es præfectus moribus: tu magister ueteris disciplinæ & seueritatis: si aut retines quenquam sciens in Senatu scelere tanto contaminatum: aut statuis quis in eandem culpam sit non eadem pena affici oportere conuenire. ut quam conditionem supplicii maiores bello timiditati militis propositam esse uoluerūt: eandem tu in pace constituies improbitati Senatoris? Quid si hoc exemplū ex re militari ad animaduersionem Censoriam transferendum fuit. sortitio ne id ipsum factum esse oportuit. sin autem sortiri ad pœnam ad hominum delictum fortunæ iudicio committere minime Censorium est: certe in multorum omnes intelligimus in istis subscriptionibus uentum quendam popularem esse quæsitum. Jactata res erat in concione a Tribuno seditioso. incognita causa probatum illud erat: multitudini illicitum est contradicere. nemo deniq; ut defendere contrariam partem: laborabat. In inuidia porro magna inulta illa iudicia uenerant. & enim paucis postea mensibus alia uehemens erat in iudiciis ex notatione tabularum inuidia uersata. prætermitti a Censoribus & negligi macula iudiciorum posse nō uidebatur: homines quos cæteris uitii s

PRO AVLO CLVENTIO.

atq; omni dedecore infames uidebant: eos hac quoq; subscriptione notare uo/
luerunt: & eo magis qd illo ipso tempore illis Censoribus erat iudicia cū eque/
stri ordine communicata. ut uiderentur per hominum idoneorum ignominia
sua auctoritate illa iudicia cum equestri ordine reprehendisse. Q uod si hanc
apud eos ipsos Censores mihi aut alii causam agere licuisset: hominibus tali
prudentia certe probauisset: res enim indicat nihil ipsos habuisse cogniti: ni/
hil comperti: ex tota ipsa subscriptione rumorem quendam & plausum popu/
larem esse quesitum. Nam in L. Popilium qui Oppianicum condemnarat
subscriptis. L. Gellius: quod is pecuniam accepisset: quo innocentem condem/
naret. Iam id ipsum quantæ diuinationis est scire innocetem fuisse reum: quē
fortasse nunquam uiderat: cum homines sapientissimi Iudices: ut nihil dicam
de iis qui condemnarunt: causa cognita sibi dixerint non liquere. Verum esto:
condemnat Popilium Gellius. iudicat accepisse a Clientio pecuniam. negat
hoc Lentulus. nam Popilium quod erat Libertini filius in Senatum non legit
locum quidem Senatorium ludis & cætera ornamenta reliquit. & eum omni
ignominia liberat: quod cum facit: iudicat eius sententia gratis esse Oppiani/
cum condemnatum: & eundem Popilium postea Lentulus in ambitus iudi/
cio pro testimonio diligentissime laudat. Q uare si neq; L. Gelli iudicio stetit
Lentulus. neq; Lentuli estimatione contentus fuit Gellius. & si uterq; Cen/
sor Censoris opinione standum ne putauit: qd est quāobrem quis q nostrū Cē
sorias subscriptiones oēs fixas & in perpetuum ratas putet esse oportere? at in
ipsum Habitum aīaduerterunt nullam quidem ob turpitudinem. nullum ob
totius uitæ non dicam uitium sed erratum. Neq; n. hoc hoīe sanctior: neq; pro
bior: neq; in oībus officiis retinendis diligentior esse qī q pōt: neq; illi aliter di/
cunt: sed eandē illam famam iudicii corrupti securi sunt: neq; ipsi secus existi/
mant q nos existimare uolumus de huius pudore: integritate: uirtute. sed puta/
runt prætermitti accusatorem nō potuisse: cū aīaduersum esset in iudices. Q ua/
de re tota si unum factum ex oī antiquitate protulero: plura non dicam. non. n.
mihi exemplū summi & clarissimi uiri. P. Africani ptereundū uideſ: q cū eēt
Censor: & in equt censu. C. Licinius sacerdos pdisset: clara uoce ut oīs cōcio
audire posset: dixit se scire illū uerbis conceptis peierasse. si qui cōtradicere uel/
let usurum esse tum suo testimonio. deinde cū contra nemo diceret iussit equū
traducere. Itaq; is cuius arbitrio & Po. R. o. & exteræ gentes contentæ esse con/
sueuerūt: ipse sua scientia ad ignominia alterius contentus non fuit. Q uod si
hoc Habito facere licuisset: facile illis ipisis iudicibus & falsæ suspicioni: & in/
uidia populariter excitatae restitisset. V nū est ēt qd maxime me conturbat: cui
loco respondere posse uix uideor: qd elogiu recitasti de testamento. Cn. Egna/
tii patris hoīs honestissimi uidelicet & sapientissimi: iccirco se exhæredasse fi/
lium: q; is ad Oppianici dānationem pecuniā accepisset: de cuius hoīs leuitate
& inconstantia plura nō dicam. hoc testamētum ipsum qd recitas eiusmodi ē:

ORATIO.

ut ille cum eum filium exhæredaret: quem oderat: ei filio cohæredes hoīes alie-
nissimos coniungeret: quem diligebat. Sed tu Acci consideres censeo diligen-
ter: utq; Censorum iudiciū graue uelis esse: an Egnatii? si Egnatii. leue ē quod
Censores de cæteris subscripterūt. ipsum. n. Cn. Egnatiū: quem tu grauem eē
uis: ex Senatu eicerunt. sin autē Censor: hunc Egnatium quē pater Césaria
subscriptione exhæredauit Censores in Senatum cū patrem eicerent: retinue-
runt. At. n. Senatus uniuersus iudicauit illud corruptū eē iudicium. qūo susce-
pit causam: an potuit rem delatam eiusmodi repudiare: cū Tri. Pl. cum popu-
lo concitato rem pene ad manus reuocauisset: cum uir optimus: & hō innocē-
tissimus pecunia circunuentus eē diceret: cū inuidia flagraret ordo Senato-
rius: potuit nihil decerni: potuit illa concitatio multitudinis sine summo perii-
culo R. eip. repudiari: aut qd est decretū: q̄ iuste: q̄ sapienter: q̄ diligenter: si
qui sunt quoq; opera factum sit: ut iudicium publicū corrūperetur: utq; uide
Senatus id factū iudicare: an si factū sit moleste grauiterq; ferre? Si ipse. A.
Cluentius sñiam de iudiciis rogaret aliam nō diceret atq; ii dixerūt quoq; sen-
tentias Cluentiū cōdemnatū esse dicitis. Sed quero a uobis. num istā legem ex
isto Senatus cōsulto. L. Lucullus consul hō sapientissimus tulerit. Num anno
post. M. Lucullus: &. C. Cassius: in quos tum cōsules designatos idem ill& Se-
natus decreuerit: nō tulerunt: & qd tu Habiti pecunia factū esse arguis: neq;
id ulla tenuissima suspicioē cōfirmas. factū est primū illoq; æqtate & sapientia
consulum: ut id qd Senatus decreuerat: ad illud inuidiæ p̄sens incendiū restin-
guendū: id postea pferendum ad populū non arbitrarent eē: deinde Po. R. o.
q. L. Q uinti Tri. Ple. fictis querimoniis antea cōcitatus: rē illam & rogatio-
nem flagitarat: idem. C. Junii filii pueri parui lachrymis cōmotus: maximo cla-
more & concursu totam illam legē & q̄stionem repudiavit. Ex quo intelligi po-
tuit: id qd s̄aepē dictū est: ut mare qd sua natura tranquillum sit: uentoq; ui agita-
ri atq; turbari: sic & Po. R. o. sua sponte eē pacatū: hoīum seditionis & uocibus: &
uiolentissimis tempestatibus cōcitari. Est et̄ reliqua p̄ magna auctoritas: quam
ego turpiter pene p̄teri: mea. n. eē dicitur. recitauit ex oratione nescio qua Ac-
cius: quā meam eē dicebat: cohortationē quandā iudicū ad honeste iudicādū.
& cōmemorationē tū illoq; iudicioq;: quæ pbata nō essent: tum illius ipsius iu-
dicii Iuniani. p̄inde quasi ego nō ab initio huius defensionis dixerim inuidio-
sum illud fuisse iudiciū. aut cū de infamia iudicioq; quæ pbata nō essent dispu-
tarē: potuerim illud qd tā popularē eēt: in illo tpe p̄terire. Ego uero si qd eius-
modi dixi: neq; cognitū cōmemoraui. neq; p̄ testimonio dixi: & illa oratio po-
tius tpis mei: q̄ iudicii & auctoritatis fuit. Cū. n. accusarem: & mihi initio ppo-
suisse: ut aīos & Po. R. o. & iudicū cōmouerē: cunq; oēs offendiones iudicioq;
nō ex mea opinione: sed ex hoīum rumore p̄ferrē: istam rē quæ tā populariter
esset agitata: p̄terire non potui. Sed errat uehementer si qs in orationibus no-
stris quas habuimus in iudiciis. auctoritates nostras consignatas se habere ar-

PRO AVLO CLVENTIO.

75

bitratur. Omnes. n. illæ orationes causæ ac temporæ sunt: non hoīum ipsorum aut patronoræ. nā si causæ ipsæ pro se loqui possent: nemo adhiberet oratorem. Nunc adhibemur: ut ea dicamus: non quæ nostra auctoritate constituant: sed quæ ex re ipsa cāq; ducant. Hoīem ingeniosum Marcū Antoniū aiunt solitū esse dicere: iccirco se nullā unq; orationem scripsisse: ut si qd aliqn non opus eēt ab se esse dictum: posset se negare dixisse: perinde qd a nobis dictum sit: id ni si litteris mandauerimus: hoīum memoria nō comp̄hēdat. Ego uero in isto genere libentius cū multorū tum hoīs eloquētissimi: & sapientissimi. L. Crassī auctoritatē sequor: qui cū. L. Plantiū defenderet accusante. M. Bruto hoīe in dīcendo uehementi & callido: cū Brutus duobus recitatoribus cōstitutis ex duabus eius orationib; capita alterna inter se cōtraria recitanda curasset: qd in disfusione rogationis eius quæ contra Coloniā Narbonēsem ferebat: quātum pōt de auctoritate Senatus detrahit. In suasiōe legis seruīlæ summis ornat Se natum laudibus: & multa in Eqtes R.o. cū ex ea oīone aspius dicta recitasset: quo animi illorū iudicū in Crassum incenderent: aliquantū eē cōmotus dicit. Itaq; in respōdēdo primū exposuit utriusq; rationē tpis: ut oratio ex re & cā habita uideret: deinde ut intelligere posset Brutus: quē hoīem & nō solū qua eloquentia: uerūtiā quo lepore: & qbus facetiis p̄ditum lacefisset: tres & ipse excitauit recitatores cū singulis libellis: quos. M. Brutus pater illius accusatoris dī iure ciuili reliqt. Eoq; initia cū recitarent: ea quæ uobis nota esse arbitror: forte euénit ut ruri in Priuernate essemus ego & Brutus filius: fundū Priuernatē flagitabat. In Albano eramus ego & Brutus filius: Albanū poscebat. In Tyburti forte cū assedissemus: Tyburte fundū requirebat. Brutū aut̄ hoīem sapientē: q; filii neqtiam uideret: quæ p̄dia ei relinqueret: testificari uoluisse dicebat: q; si potuisset honeste scribere se ī balneis cū id ætatis filio fuisse nō p̄teriisset: eas se tñ ab eo balneas nō ex librīs patris: sed ex tabulis & ex censu querere. Crassus tū ita Brutū ultus est: ut illū recitatiōis suæ p̄ceniteret. moleste. n. fortasse tulerait se in his oīonib; rep̄hensum: quas de Repu. habuisset: in qbus forsitan magis reqratur constantia. Ego aut̄ illa recitata nō moleste fero: neq; n. ab illo tpe qd tum erat: neq; ab ea cā quæ tū agebatur aliena fuerūt. neq; mihi quicq; onebris quoq; ipsis hoc impetrari sit æq;ssimum: qd ego ab initio petui: & nunc peto: ut si quam huc grauiorem de illo iudicio opinionē attulisti: hac cā perspecta atq; omni ueritate cognita deponatis. Nunc quoniam ad omnia quæ abs te dicta sunt. T. Acci de Oppianici dānatione respondi: confiteare necesse est: te opinionē multū fefellisse: q; existimaris me cām. A. Cluentii non facto eius: sed lege defensurum. Nam hoc persæpe dixisti: tibi sic renunciari: me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere. Ita ne est: ab amicis uideli-

ORATIO.

cet imprudentes prodimur: & est nescio quis de his quos amicos nobis arbitramur: qui nostra consilia ad aduersarios deferat. Quisnam tibi hoc renunciauit: quis tam iprobus fuit: cui aut ego narraui? Nemo: ut opinor: in culpa est. Sed nimis tibi istuc lex ipsa renunciauit. Sed num tibi ita defendisse videor: ut tota in causa mentionem nullam fecerim legis? Num secus hanc causam defendissem: ac si lege Habitus teneretur? certe ut hominem confirmare oportet: nullus est a me purgandi locus istius inuidiosi criminis praetermissus. Quid ergo est: queret fortasse quispiam: displiceat ne mihi legum praesidio a capite periculum propulsare. mihi uero iudices non displicet: sed utor instituto meo in hominis honesti prudentisque iudicio, non solum meo iudicio uti consueui: sed multum etiam eius quem defendo & consilio & uoluntati obtempero. Nam ut haec ad me causa delata est: qui leges eas ad quas adhibemur: & in quibus uersamur: nosse deberemus dixi. Habito statim de eo qui coisset: quo quis condemnaretur: illum esse liberum. teneri autem nostrum ordinem. atque ille me orare atque obsecrare coepit: ut ne se se lege defenderemus. Cum ego quae mihi uidentur dicerem: traduxit me ad suam sententiam. affirmabat enim lachrymas non se cupidiore esse ciuitatis retinendae: quod existimatios morem homini gessi: & tunc in circulo feci (neque enim id semper facere debemus) quod uideam per se ipsam causam sine lege copiosissime posse defendi. Videbam in hac defensione quam sum usus plus dignitatis in illa qua me hic uti noluit: minus laboris futurum. quod si nihil aliud esset actum: nisi ut hanc causam obtinerem: lege recitata perorasse. Neque me illa oratio comoueret: quod ait Accius indignum esse facinus: si Senator iudicio quenque circumueniret legibus eum teneri: si Eques Ro. hoc idem fecerit non teneri. Ut tibi concedam hoc indignum esse quod eiusmodi sit: iam uidero. tu mihi concedas necesse est multo esse indignius in ea ciuitate: quae legibus teneatur: discedi a legibus. hoc enim uinculum est huius ciuitatis qua fruimur in Repu. hoc fundamentum libertatis: hic fons aequitatis. mens: & animus: & consilium: & sententia ciuitatis posita est in legibus: ut corpora nostra sine mente: sicut ciuitas sine lege suis partibus ut neruis ac sanguine & membris uti non potest. legum ministri magistratus: legum interpres iudices: legum de dicentesque in circulo oes serui sumus: ut liberi esse possimus. Quid est. Q. Naso cur tu in hoc loco sedeas? quae uis est: qua abs te hi iudices tali dignitate prediti coercent? Vos autem iudices quoniam obrem ex tanta multitudine ciuium tam paucide hominum fortunis solum fertis? quo iure Accius quae uoluit dixit? cur mihi tam diu dicendi pretium datur? quod sibi aut illi scribant? quid lectores? quid certi quos apparere huic questioni video uolunt? opinor haec omnia lege fieri: totumque hoc iudicium: ut antea dixi: quasi mente quadam regi legis & administrari. Quid ergo est? haec quæstio sola ita gubernatur? quid. M. Pletorii: & C. Flaminii inter siccarios? quid. C. Orchinii peculatus? quid mea de pecuniis repetundis? quid. C. Aquilii: apud quem nunc de ambitu causa dicitur?

PRO AVLO CLVENTIO.

quid reliquæ quæstiones. Circunspicite omnes. R. P. partes. omnia legum im-
perio & præsidio fieri uidebitis. Si quis apud me te. T. Acci reum uelit facere:
clames te lege pecuniarum repetundarum non teneri : neq; tua hæc recusatio
cōfessio sit captæ pecuniæ: sed laboris: sed periculi nō legitimi declinatio. Nūc
qd agat: & qd abs te iuris cōstituat: uide. Iubet ea lex qua lege hæc quæstio cō
stituta est iudicem q̄stionis: hoc est. Q. Voconiu cū istis iudicibus: q ei obue-
nerint: uos compellat iudices quærere de ueneno. in quē quærere? infinitū est
qcunq; fecerit: uendiderit: emerit: habuerit: dederit. qd eadem lex statim adiun-
git: recita: deq; eius capite. Q. quærito: eius qui coierit: conuenerit: non ita est.
Quid ergo est? dic. Qui tribunos militū legiōibus quattuor primis: que quæ
stores. Tr. Pl. deinceps omnis magistratus nominarat. que in Senatu senten-
tiā dixit: dixerit. qd tum: q eo& coit: coierit: conuenerit: quo quis iudi-
cio publico. cōdemnaret: q eo&: quo&: uidelicet q suprascripti sunt. qd inter-
est utro modo scriptū sit? & si est cōpertum: tñ ipsa lex docet. Vbi. n. oēs mor-
tales alligat: ita loqtur. que uenenum malū fecit: fecerit: oēs uiri: mulieres: liberī:
serui: in iudicium uocantur. si item de coitione uoluisset: adiunxisset: que coie-
rit. nunc ita est: deq; eius capite quærito. q magistratū habuerit: qui ue in Sena-
tu sñiam dixerit. qui eo& coit: coierit. Num is est Cluentius? certe nō est. qs er-
go est Cluentius: qui tñ defendi cām suam lege nolit. Itaq; abiūcio legē. morē
Cluentio gero. tibi tamen Acci pauca quæ ab huius cā seiuncta sunt: responde
bo. Est. n. quiddam in hac cā q Cluentius a se aliqd q l' ego ad me putem pti-
nere. hic putat sua interesse: se re ipsa & gesto negocio: non lege defendi. Ego
aut mea existimo interesse me in nulla disputatione ab Accio uideri superatū
esse. Non enim mihi hæc causa sola dicenda est: omnibus hic labor meus pro/
positus est. qcunq; hac facultate defensionis contenti esse possunt. nolo quēq;
eorum qui assunt: existimare me quæ de lege ab Accio dicta sunt: si reticue-
rim: comprobare. quamobrem Cluenti de te tibi obsequor. neq; ego le-
gem recito. neq; hoc loco pro te dico. sed ea quæ a me desiderari arbi-
tror: non relinquam. Iniquum tibi uidetur Acci esse: non iisdem legibus
omnes teneri: primum ut id iniquissimum esse confitear: huiusmodi est:
ut commutatis eis opus sit legibus: non ut iis quæ sunt: non pareamus.
Deinde quis unquam hoc Senator accusauit? ut cum altiorem gradum
dignitatis beneficio. Po. Ro. esset consecutus: eo se putaret durioribus le-
gum conditionibus uti oportere? Quam multa sunt commoda: quibus
caremus. q multa molesta ac difficultia quæ subimus. atq; hæc omnia tan-
tum honoris & amplitudinis commodo compensantur. Conuerte nunc
ad equestrem ordinem: atq; in cæteros ordines: easdem uitæ conditio-
nes non perferent. putant enim minus multos sibi laqueos legum & con-
ditionum ac iudiciorum propositos esse oportere: qui summum locum ciuita-
tis aut nō potuerunt ascendere: aut nō petiuerūt. Atq; ut omittā leges alias oēs

ORATIO.

quibus nos tenemur : cæteri autem sunt ordines liberati : hanc ipsam legem ne quis iudicio circunueniretur.C.Gracchus tulit. eam legem pro plebe non in plebem tulit . postea.L.Sylla homo a populi causa remotissimus tamen cum eius rei quæstionem hac ipsa lege constitueret:qua uos hoc tempore iudicatis.Po.Ro.quem ad hoc genere liberum acceperat : alligare nō uo quæstionis genere ausus non est. Q uod si fieri posse existimasset: pro illo odio quod habuit in equestrem ordinem:nihil fecisset libentius:q̄ omnem illam acerbitatē proscriptiōis suā : quæstus in ueteres Iudices in hāc unam quæstionem obtulisset. Nec nunc quicquam agitur mihi credite Iudices & prospicite id quod prouidendum est : nisi ut Equester ordo in hūisce legis periculum includatur . neq; hoc agitur ab omnibus : sed a paucis.

Nam ii Senatores qui se facile tuentur integritate & innocentia : quales ut uere dicam uos estis & cæteri qui sine cupiditate uixerunt: Equites ordinis Senatorio dignitate proximos : concordia coniunctissimos esse cupiunt. Sed ii qui se uolunt posse omnia: neq; præterea quicquam esse aut in homine ullo aut in ordine:hoc uno metu se putant Equites Romanos in potestate sua redacturos:si constitutum est:ut de iis qui rem iudicarent : huiuscmodi iudicia fieri possint. Vident enim auctoritatem huius ordinis confirmari.uident iudicia comprobari.hoc metu proposito:euellere se aculeum se ueritatis uestræ posse confidunt . Q uis enim de homine audeat paulo majoribus opibus prædicto:uere & fortiter iudicare: cum uideat sibi de eo quod coierit:aut consenserit:causam esse dicendam ? O uiros fortes Equites Ro. qui homini clarissimo ac potentissimo.M.Druso Tri.Ple.restituerunt:cum ille nihil aliud ageret:q̄ cum illa cuncta quæ tum erāt nobilitatis:nisi utiq; rem iudicassent:huiuscmodi quæstionibus in iudicium uocarentur . Tunc C. Flavius Pusio.Cn.Titinius.C.Mecenas illa robora.Po.Ro.cæteriq; huiuscmodi ordinis non fecerunt idem:quod nunc Cluentius:ut aliquid culpæ suscipere se putarent recusando : sed apertissime repugnarunt . Cum hæc recusarent : & palam fortissime atq; honestissime dicerent se potuisse iudicio. Po.Ro.in amplissimum locum peruenire: si sua studia ad honores petendos conferre uoluissent. Sese uidisse in ea uita qualis splendor inesset : quanta ornamenta : quæ dignitas : quæ se non contempssisse : sed ordine suo patrumq; suorum contentos fuisse:& uitam illam tranquillam & quietam remotam a procellis inuidiarum & huiuscmodi iudiciorum sequi maluisse . aut sibi ad honores petendos xatatem integrum restitui oportere : aut quoniam id non posset:eam conditionem uitæ:se quā cum petitionem reliquisserit:manere.Iniquum esse eos qui honorū ornamenta ppter periculorū multitudinem prætermisissent:populi beneficiis esse priuatōs . iudiciorum nouorum periculis non carere Senatorem hoc queri nō posse.propterea qd' ea conditione proposita petere cæpisset:quodq; permulta essent ornamenta: quibus

PRO AVLO CLVENTIO.

eam mitigare molestiam posset. locus . auctoritas . domi splendor : apud exteras nationes nomen & gratia. toga & prætexta : sella curulis. insignia . fasces. exercitus Imperia. prouinciae: quibus in rebus cum summum recte factis maiores nostri permixtum plura peccatis pericula proposita esse uoluerunt. Illi non hoc recusabant: ea ne lege accusarentur : qua nunc Habitus accusatur : quæ tunc erat Sempronia : nunc est Cornelia. intelligebant enim ea lege equestrem ordinem non teneri . sed ne noua lege colligarentur : laborabant. Habitus ne hoc quidem unquam recusauit: quo minus uel ea lege rationem uitæ suæ redderet:qua non teneretur. quæ si uobis conditio placet: omnes id agamus: ut hæc q̄primum in omnes ordines quæstio perferatur . Interea quidem per deos immortales quoniam omnia commoda nostra: iura libertatem: salutem deniq; legibus obtainemus : a legibus non recedamus. simul & illud q̄ sit iniquum cogitemus. Po.R o. aliud nunc agere uobis R epublicam & fortunas suas commisiss: sine cura esse: non metuere : ne lege ea quam nunquam ipse iusscerit:& quæstione qua se solutum liberumq; esse arbitraretur: per paucos iudices astringatur. Agit enim sic causam. T. Accius adolescens bonus & disertus: omnes ciues legibus teneri omnibus. uos attenditis & auditis filatio: sicut facere debetis . Aulus Cluentius eques Romanus causam dicit ea lege qua lege Senatores & hi qui magistratum habuerunt : soli tenentur. mihi per eum recusare:& in arce legis præsidia constituere defensionis meæ non licet. si obtainuerit causam Cluentius: sicuti uestra æquitate nixi confidimus : omnes existimabunt id quod erit: obtinuisse propter innocentiam: quoniam ita defensus sit. In lege autem quam attingere noluerit præsidii nihil fuisse hic nunc est quiddam: quod ad me pertineat: de quo ante dixi : quod ego. Po.R o. præ stare debeam: quoniam is meæ uitæ status est : ut omnis mihi cura atq; opera posita sit in omnium periculis defendendis. Video quanta & q̄ periculosa & q̄ infinita quæstio tentetur ab accusatoribus: cum eam legem quæ in nostrum ordinem scripta sit: in Populū Romanum transferre conentur. Quia in lege est qui coierit: quod q̄ late pateat: uidetis. conuenerit: & que infinitum & incertum est. consenserit: hoc uero cum infinitum : tum obscurum est : & occultum est . falsum ne testimonium dixerit : quis de Plebe Romana testimonium dixit unquam ? cui non hoc periculum . T. Accio auctore paratum esse uideatis ? Nam dicturum quidem certe: si hoc iudicium Plebi Romanæ propositum sit : neminem unquam esse confirmo. sed hoc polliceor omnibus : si cui forte hac lege negocium facessetur: qui lege non teneatur: si is uti me defensore uoluerit : me eius causam legis præsidio defensurum. & uel his iudicibus uel eorum simillimi facillime probaturum: & omni me defensione usum esse legis : qua nunc ut utar ab eo cuius uoluntati mihi obtemperandum est: non conceditur. Non enim debeo dubitare iudices : quin si qua ad uos causa eiusmodi delata sit eius qui lege non teneatur: et si is inuidiosus

ORATIO.

aūt multis offensis esse uideatur:etiam si eum oderitis:etiam si inuiti absolu-
turi sitis:tamen absoluatis:& religioni potius uestræ q̄ odio pareatis.Est enim
sapientis iudicis meminisse se hominem cogitare tantum sibi a Po.Ro.eē p-
missum:quantum commissum sit & creditum:& nō solum sibi ptatem datam
uerū etiam fidem habitam eē meminisse.possit quem oderit:absoluere:quē nō
oderit condemnare.& semp non quid uelit ipse:sed quid lex & religio cogat co-
gitare:animaduertere qua lege reus citet de quo reo cognoscatur:qua res i qua-
stione ueretur.Cum hæc sunt uidenda: Tum uero illud est hoīs magni iudi-
cis atq; sapientis:cum illā iudicandi cā tabellam sumpserit:non se putare eē so-
lum neq; sibi quodcūq; concupierit:licere.Sed habere in consilio legem:reli-
gionem:fidem:aequitatem.libidinē aūt odiū:inuidiā:metū:cupiditatesq; om-
nes ammouere:maxieq; existimare conscientiam mentis suæ: quā a diis īmor-
talibus accepimus:qua a nobis diuelli nō pōt:qua si optimorū consiliorū atq;
factoꝝ testis in omni uita nobis erit:sine ullo metu & summa cū honestate ui-
uemus.Hæc si.T.Accius aut cognouisset:aut cogitasset:prefecto ne conatus q-
dem eēt dicere id quod multis uerbis egit:Iudicem qd ei uideat statuere:& nō
deuinctum legib⁹ eē oportere:qbus de rebus mihi p Cluentii uolūtate nimi-
um:p Reipu.dignitate parū:pro uestra prudētia fatis dixisse uideor.Reliqua
ppauca sunt:qua q̄a uestræ quæstionis erant: Iccirco illi statuerunt sibi fugiē-
da esse & proferenda:ne oīum turpissimi reperirent:si in iudicium nihil præ-
ter inuidiam attulissent.Atq; ut existimetis necessario me de his rebus: de qbs
iam dixerim:plurib⁹ egisse uerbis:attendite reliqua:prefecto intelligetis ea qua
paucis demonstrari potuerūt:breuissime esse defensa.Cn.Decidio Sāniti ei q
p̄scriptus est iniuriam in calamitatē eius ab huius familia factam eē dixisti.a
nullo ille liberalius q̄ a Cluentio tractatus est.huius illū opes in rebus eius in-
cōmodissimus subleuarunt.atq; hoc cum ipse:tum oēs eius amici necessariiq;
cognorunt.Ancarii & paceni pastorib⁹ huius uillicum uim & manus attulisse:
cū quædam in collibus:ut solet:controuersia pastorum eēt orta: Habiti uillici
rem domini & priuatam possessionem defenderunt.cum esset expostulatio fa-
cta:cā illis demōstrata sine iudicio cōtrouersiaq; discessum est.P.Elii testamē-
to propinquus exhaeredatus cū hæres esset.hic alienior institutus est.P.Elius
Habiti merito fecit.neq; hic in testamento faciendo interfuit. idq; testamentū
ab huius inimico Oppianico est ob signatum.Florio legatum ex testamento in-
ficiatum esse.non est ita.sed cum se fteria.xxx.scripta essent:pro fteriis.ccc.
neq; ei satis cautum uideretur:uoluit eum aliquid acceptum referre liberalita-
ti suæ,primo deberi negauit.post sine cōtrouersia soluit. Cn.cuiusdam Sami-
nitis uxorem post bellum ab hoc eē repetitam:mulierem cum emisset de secto-
rib⁹:quo tempore eam primum liberam eē audiuuit sine iudicio reddidit Cæ-
lio. Ennium esse quēdam cuius bona teneat Habitus.est hic Ennius egens:
quidam calumniator:mercenarius Oppianici:qui per multos annos quieuit.

PRO AVLO CLVENTIO.

deinde aliquando cum seruo Habití furti egit. nup ab ipso Habito petere cœpit. hic illo priuato iudicio mihi credite nobis hisdem fortasse patronis calumnia non effugiet. Atq; ēt ut nobis renunciat̄: hoīem multoꝝ hospitum. A. Brivium quēdā cauponē de uia latina questū esse dixisti subornatis: q̄ sibi a Cluētio seruisq; eius i taberna sua manus allatas esse dicāt. quo de hoīe nihil ēt nūc dicere nobis ē necesse: si inuitauerit id qđ solet: sic hoīem accipiēmus: ut moleste ferat se de uia deceſſisse. Habetis iudices quæ in totā uitā de moribꝫ. A. Cluentii: quē illi inuidiosum reū uolunt eē: annos octo meditati accusatores collegerūt. q̄ leuia genere ipso: q̄ falsa re: q̄ breuia responso. Cognoscite nunc id qđ ad uestrꝫ iusurandum ptinet: qđ uestri iudicii ē: qđ uobis oneris iposuit ea lex qua coacti huc cōuenistis: de criminibus ueneni: ut oēs intelligāt q̄ paucis uerbis hæc cā perorari potuerit: & q̄ multa a me dicta sint quæ ad huius uoluntatē maxime ad uestrꝫ iudiciū minime ptinerent. Obiectum ē. C. Vibiū cauponē ab hoc Cluentio ueneno esse sublatū. opportune adest hō summa fide: & omni uirtute p̄ditus. L. Pletorius senator: q̄ illius cauponis hospes fuit & familiaris. apud hunc ille Romæ habitauit: apud hunc ægrotauit. huius domi ē mortuus: haud hæres est Cluētius. intestatum dico esse mortuū: possessionēq; eius bonorꝫ p̄toris edictō huic illius sororis filio adolescenti prudētissimo & imprimit honesto Eqti R.o. datū Numerio Cluentio quem uidetis. Alterꝫ ueneficii crimen: Oppianico huic adolescenti cum eius in nuptiis more larinatium multitudo hoīum pranderet: Venenū Habití cōsilio paratū. Id cum daref̄ in mulfso Balbutiū quendā eius familiarē: interceptisse. bibisse: statimq; eē mortuum. hæc ego si sic agerem tanq; mihi crimen eēt diluendum: hæc pluribus uerbis dicerem: quæ nunc paucis p̄currit oratio mea. qd nunq; Habitū in se admisit: ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere uideat? Quid autē magnope Oppianicū metuebat: cū ille uerbum oīo in hac ipsa cā facere nullū potuerit: huic autem accusatores matre uiua deesse nō possent: qđ iam intelligetis: an ut de causa eius periculi nihil decederet. an ad cām nouum crimē accederet? Quod autem tempus ueneni dandi illo die? in illa frequentia: p̄ quē porro datum? Unde sumptum? quæ deinde interceptio poculi? cur nō de integro autē datum? multa sunt quæ dici possunt. sed nō cōmittā ut uidear: non dicēdo uoluissle dicere. res. n. iam se ipsa defendit. Nego illum adolescentē quē statim epoto p̄culo mortuum eē dixisti: oīo illo die eē mortuum. magnum & impudens mēdaciū: p̄spicite & cætera. dico illum cum ad illud prandium crudior uenisset: & ut ætas illa fert sibi tum non pepcisset: aliquot dies ægrotasse: & ita esse mortuum. qs huic rei testis ē? idem q̄ sui luctus pater. Pater inq; illius adolescentis: quē p̄ animi dolorem ptenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in. A. Cluentium constituere. is hunc suo testimonio subleuat. quod recita. Tu autē nisi molestum est paulisp̄ exurge: & perfet hunc dolorem cōmemorationis necessariæ: in qua ego diutius nō morabor: quoniam qđ fuit uiri optimi: fecisti: ut ne

ORATIO.

cui innocentī mōrōr tuus calamitatem & falsum crīmē afferret. Vnum etiam mihi reliquum eiusmodi crīmē est iudices: ex quo illud perspicere possitis: qđ a me initio orationis mēx dictū est quicquid mali per hos annos. A. Cluentius uiderit: qcquid hoc tpe habeat sollicitudinis id omne a matre esse conflatū. Op pianicum ueneno necatum eē qđ ei datum sit in pane per. M. Aselliū quendā familiarē ipsius: idq; Habiti consilio factum esse dicitis: In quo primum illud quāro quā causa Habito fuerit. cur interficere Oppianicū uellet. Inimicicias enim inter eos fuisse confiteor. sed homines inimicos suos morte affici uolunt: aut q; metuunt: aut q; oderunt. Q uo tandem igitur Habitus metu adductus tam in se facinus suscipere conatus est: qd erat q; iam Oppianicum p̄cna affectum pro maleficiis electum e ciuitate quis q; timeret: qd metuebat ne oppugnaretur a pdito: an ne accusaretur a cōdemnato: an ne exulis testimonio laederetur? Sin autem q; oderat Habitus: & iccirco illū uita frui noluit. adeo ne erat stultus: ut illa qua tum ille uiuebat uitam esse arbitraretur: damnati exulis deserti ab oībus: quem pp animi īportunitatē nemo recipere tecto/nemo audire nemo alloqui nemo respicere uellet: huius igitur uitæ habitus inuidebat: hunc si acerbe & penitus oderat: nō eū q; diutissime uiuere uelle debebat: huic mortem maturabat inimicus: quod illi unum in malis erat pfugium calamitas? Q ui si qd animi ac uirtutis habuisset: ut multi s̄aþe fortes uiri in eiusmodi dolore mortem sibi ipse consciasset: huic quāobrem id uellet inimicus offerre qđ ipse sibi optare deberet? Nam nunc qdem qd tandem illi mali mors attulit? nisi forte ineptiis ac fabulis ducimur: ut existimemus illū apud inferos impiorum supplicia perferre: ac plures illic offendisse inimicos: quā hic reliquisse. A socrus: ab uxor: a fratrib: a libero: p̄cni actum esse p̄cipitem in scelerorum sedem: atq; regionē: quā si falsa sunt: id qđ oēs intelligunt: quid ei tandem aliud mors eripuit p̄ter sensum doloris? Age uero uenenum p̄ quē datū: p. M. Aselliū. qd huic cum Habito: nihil. potius ēt simultas atq; adeo q; ille Oppianico familiarissime est usus. Ei ne igitur quem sibi offensiore/Oppianico familiariſſimū sciebat esse: potissimū & suū scelus & illius periculū cōmittebat: cur deinde tu qui pietate ad accusandū excitatus es: hunc Aselliū eē inultū iādiu finis? cur nō Habiti exemplo usus es: ut p̄ illum q; attulisset uenenū de hoc p̄ iudicaretur. Iam uero illud q; nō probabile: q; inuisitatum iudices: q; nouū/in pane datum uenenum. facilius ne potuit q; in poculo. latius potuit abditū aliqua ī parte panis: q; si totum colliquefactū in potionē eēt. Celerius potuit comesum q; e potum in uenas: atq; in omnes partes corporis p̄manere: facilius fallere in pane si esset animaduersum q; in poculo cum ita cōfusum eēt: ut secerni nullo mō posset? At repentina morte periit. qđ si esset ita factū: tñ ea res pp multo: eiusmodi mortē/satis firmā ueneni suspicionem nō haberet. si esset suspicionis: tame n ad alios potius q; ad Habitum pertineret. Verum in eo ipso homines impudentissime mentiunt̄. id ut intelligatis & mortem eius: & quēadmo-

PRO AVLO CLVENTIO.

dum post mortem in Habitum sit crimen a matre quæ situm: cognoscite. Cū uagus & exul erraret: atq; undiq; exclusus Oppianicus in falernum se ad .C. Quintilium contulisset: ibi primū in morbū incidit. ac satis uehementer diuq; ægrotauit. Cum eēt una Saffia:& Statio Albio quodā colono hoīe ualente: q simul esse solebat: familiarius uteretur: q uir dissolutissimus incolumi fortuna pati posset: & ius illud matrimonii castum atq; legitimū damnatione uiri sublatū arbitraref: Nicostratus quidā fidelis Oppianici seruulus pcuriosus & minime mendax multa dicitur renunciare domino solitus esse. interea Oppianicus cum iam cōualeceret: neq; in Falerno improbitatē coloni diutius ferre posset & huc ad urbem profectus esset (solebat enim extra portam aliquid habere conducti) cecidisse ex equo dicitur: & homo infirma ualitudine latus offendisse uehementer: & posteaq; ad urbē cū febri uenerit: paucis diebus eē mor tuus. Mortis ratio iudices eiusmodi ē: ut aut nihil habeat suspicionis: aut si qd habet id intra parietes in doméstico scelere uersetur. Post mortem eius Saffia statim moliri nefaria mulier cāpit insidias filio. quæstiōem habere de uiri morte statuit: emit de. A. Rupilio quo erat usus Oppianicus medico Stratone quē dam: quasi ut idē faceret: qd Habitū in emēdo Diogene fecerat. de hoc Stratone & de afflela quodā seruo suo quæsitūrā eē dixit. præterea seruū illū Nicostratū quē nimiū loquacē fuisse ac nimiū domino fidelē arbitrabat̄: ab hoc adolescentे Oppianico in qstionē postulauit: hic cū esset illo tpe puer: & illa qstio de patris sui morte constitui diceret: et si illū seruum & sibi beniuolū & patri fuisse arbitrabat̄: nihil tamē est ausus recusare. Aduocantur amici & hospites Oppianici & ipsius mulieris multi hoīes honesti: atq; omnibus rebus ornati: tormentis oībus uehementissimis queritur cū essent aī seruorū & spe & me tu tentati: ut aliquid in questione diceret: tñ ut arbitror auctoritate aduocatorū & ui tormentorū adducti in ueritate manserūt necq; se quicq; scire dixerūt. quæstio illo die amicorū sententia dimissa est. Satis longo interuallo post iterū aduocantur. habet̄ de integro quæstio: nulla uis tormentorū acerrimorū ptermitti tur. aduersarii aduocati ēt uix ferre posse. furef crudelis atq; importuna mulier sibi nequaq; ut sperasset: ea quæ cogitasset procedere: cū iam tortor atq; essent tormenta ipsa defessa: neq; tñ illa finem facere uellet: quidam ex aduocatis ho mo de honorib; populi ornatus & summa uirtute p̄ditus intelligere se dixit: non id agi ut ueg; inueniref: sed ut aliquid falsi dicere cogerent̄. hoc postq; cæteri comprobarūt: ex oīum sñia constitutum est: satis uideri eē quesitum. Rediditur Oppianico Nicostratus. Larinum ipsa pficiscitur cū suis mœrens qd iā certe incolumē filium fore putabat: ad quem nō modo ueg; crimē: sed ne ficta quidē suspicio pueniret. & cui non mō aperte inimicorū oppugnatio: sed ne occultæ quidem matris insidiae nocere potuissent. Larinum postq; uenit: quæ a Stratone illo uenenum antea uiro suo datum sibi p̄suasum esse simulasset: ini structam ei continuo & ornatā Larini medicinæ exercendæ causa tabernā de;

ORATIO.

dit. Vnum alterum tertiu annum Sassia quiescebat: ut uelle atq; optare aliqd calamitatis filio potius q̄ id struere & moliri uideret. Tum interim Hortensio Q. Metello Coss. ut hunc Oppianicum aliqd agentem ac nihil eiusmodi cogitantem ad hanc accusationem detraheret: inuito despondit ei filiam suam il lam quā ex genero susceperebat: ut eū nuptiis alligatum simul & testamenti spe deuinctum possit habere i ptate: hoc ipso fere tpe Strato ille medicus domi furtum fecit: & cedem eiusmodi. Cum esset in edibus armarium: in quo sciret esse nūmōꝝ aliquantum & aurī noctu duos conseruos dormientes occidit in piscinamq; deiecit. ipse armarii fundū execuit & seſtertioꝝ & aurī qnq; pondo abstulit uno ex seruis puer non grandi conſcio. furto poſtridie cognito omnis ſpicio in eos seruos q̄ non comparebant cōmouebat. Cum execuſio illa fundi in armario aīaduerteret. quodāmodo fieri potuiffet: quidam ex amicis Sassiæ recordatus est: ſe nuper in auctiōe quadam uidiſſe in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium & tortuosam uenire ſerrulam: qua illud potuisse ita cir cūſecari uideret. Ne multa: perqritur a coactoribus inueniē ea ſerrula ad Stratōnem pueniſſe. hoc initio ſuſpitionis orto & aperte iſimulato Stratone: puer ille conſcius pertimuit: rem omnē dominæ indicauit: hoīes in piscina inuenti ſunt: Stratō in uincula coniectus ē: atq; etiā in taberna eius nūmi nequaq; omnes reperiunt. Cōſtituitur quæſtio de furto: nam qd qſquā ſuſpicari aliud po reſt? An hoc dicitis armario expilato pecunia ablata nō oī recuperata: occiſis hoī minibus iſtitutā eſſe quæſtionem de morte Oppianici: cui pbat̄: qd ē qd minus uerisimile proferre potuifſis? Deinde ut omittam cætera: triennio post mortem Oppianici de eius morte querebatur. atq; ēt incenſa odio pristino Ni coſtratum eundem illum tum ſine cauſa in quæſtionē poſtulauit. Oppianicus primo recuſauit: poſteaq; illa abducturam ſe filiam: mutaturam eē teſtamentū minaretur: mulieri crudelissimā ſeruum fideliffimū: non in quæſtionem tulit: ſed plane ad ſupplicium dedit. poſt triennium igitur agitata deniq; quæſtio de uiři morte habebat: & de quib; ſeruis hébat. Noua credo res obiecta. noui quidam hoīes in ſuſpitione uocati ſunt. de Stratone & de Nicoſtrato: qd Ro mæ quæſitum de iſtis hoībus non erat? Ita ne tandem mulier iā nō morbo ſed ſcelere furiosa: cum quæſtionē habuiſſet Romæ: cum de. T. Annii. L. Rutilii P. Saturii & cæterorꝝ honestiſſimorꝝ uiroꝝ ſuia cōſtitutum eſſet: ſatis quæſitū uideri: eadem de re triennio poſt iſdem de hominibus nullo adhibito non di cam uiro: ne colonum forte affuiſſe dicatis: ſed bono uiro: in filii caput quæſti onem habere conata eſt. An hoc dicitis? mihi enim uenit in mentem: quid di ci poſſit. tāetsi adhuc non eſſet dictum: mementote cum habereſt de furto quæſtio Stratonem aliiquid de ueneno eſſe confeſſum. hoc uno modo Iudices ſæ pe multorum improbitate depreſſa: ueritas emerget. & innocentiae defenſio in terclusa reſpirat. q̄ aut hi qui ad fraudem callidi ſunt: non tantum audent quā tum excogitant: aut illi quorum eminet audacia atq; proiecta eſt: a consiliis

PRO AVLO CLVENTIO.

hoc prætore circūuentos. Cur hi neq; in iudicio adsunt? neq; in decreto nominantur? nō.n.credo significari isto loco illum:q; se erigit Heraclydē. Vtrū.n.in clarissimis est ciuib; is quem iudicatum hic duxit Hermippus? q; hāc ipsam legationem:quam habet:non accepit a suis ciuib; :sed usq; Tmolo petiuit: cui nullus honos in sua ciuitate habitus ē unq;. Res autem ea quæ tenuissimis cōmittebatur:huic uni in uita cōmissa sola est. Custos.T.Aufidio p̄tore in frumento publice est positus:p quo cum a.P.Varino prætore pecuniam accepis, set cælauit suos ciues:ultroq; his sumptum intulit.quod postea q; Tenni litteris a.P.Varino missis cognitum atq; patefactum ē:cumq; eadem de re.Cn.Lētulus:qui Censor fuit:tēnitarum patronus litteras misisset: Heraclydē istum Tēni nemo postea uidit. Atq; ut eius impudentiam perspicere possitis causam ipsam quæ leuissimi hominis aīum in Flaccum icitauit:quæ so cognoscite. Fūdum Cymeum Romæ mercatus est de pupillo meculonio cum uerbis se locupletem faceret:haberet nihil p̄ter illam impudentiam:quam uidetis.pecuniam sumpfit mutuum a Sex.Scola iudice hoc nostro primario uiro: qui & rem cognoscit:neq; hominem ignorat:qui tamen credidit.P.Fuluii Veratii lectissimi hominis fidei.is cum solueret:sumpsit a.C.&.M.Fusiis equitibus R.o.primariis uiris.hic Hercule Cornici oculum:ut dicitur. Nam hunc Hermippum hominem eruditum ciuem suum:cui debebat ēē notissimus:percussit.eius.n. fide sumpfit a Fusiis. Securus Hermippus Tennum pficiscitur:cum iste se pecuniam:quam huius fide sumpserat a discipulis suis diceret Fusiis p̄solutorum.Habebat.n.rhetor iste adolescentes quosdam locupletes:quos ipse dimidio redderet stultiores q; acceperat:ubi nihil possint discere nisi ignorantiā literarum.neminem quidem adeo infatuare potuit.ut ei nummū ullū crederet. Itaq; cum Roma clam esset profectus:multosq; minutis mutuatiōibus fraude uisset:in Asia uenit:Hermippoq; p̄contanti de noīe fusiano:respondet se omnem pecuniam Fusiis persoluisse.Interim neq; ita longo interuallo libertus a Fusiis cum litteris ad Hermippum uenit.pecunia petitur ab Hermippo . Hermippus ab Heraclyda petiuit.Ipse tamen Fusiis satissfacit absentibus:& fidem suam liberat.hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur.a recuperatoribus causa cognoscitur.Nolite existimare iudices non unam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam . Fecit eadem omnia:quæ nostri debitores solent.negauit se omnino uersuram ullam fecisse Romæ Fusiorum.sed affirmauit nunquā omnino nomen audisse. Hermippum uero ipsum prudentissimum atq; optimum uirum ueterem amicum atq; hospitem meum splēdīdissimum atq; ornatissimum ciuitatis suæ pbris omnibus maledictisq; uexat.Sed cum se homo uolubilis quadam celeritate dicendi in illa ratione iactaret:repente testimoniis Fusiorū nominibusq; recitatis homo audacissimus pertimuit:loquacissimus obmutuit.Itaq; recuperatores contra istum rem minime dubiam prima actione iudicauerunt . Cum

ORATIO.

iudicatum non faceret: addictus Hermippo: & ad hoc ductus est. Habetis & honestatem hominis & auctoritatem testimonii, & causam omnem simultatis. Atque is ab Hermippo missus cum ei pauca mancipia uendidisset: Romam se contulit. Deinde in Asiam rediit. Cum iam frater meus Flacco successisset: ad quem adiit. cāmque ita detulit. Recuperatores ui Flacci coactos & metu/falsum inuitos iudicauisse: frater meus pro sua æquitate prudentiaq; decreuit: ut si iudicatum negaret: in duplum iret. Si metu coactos diceret: haberet eosdem recuperatores. Recusauit: & quasi nihil esset actum: nihil iudicatum ab Hermippo: ibidem mancipia: quæ ipse ei uendiderat: petere cœpit: Marcus Grati-dius legatus: ad quem est aditum: actionem se daturum negauit. Re iudicata stare ostendit placere. Itaque iste cui nullus esset usq; consistendi locus: Romā se rettulit. Persequitur Hermippus: qui nunq; istius ipudentiæ cessit: petit Heraclydes a.C. Plotio Senatore uiro primario: qui legatus in Asia fuerat mancipia quædam: quæ secum iudicatum esset: per uim uendidisse dicebat. Q. Naso uir ornatissimus: qui prætor fuerat: iudex sumitur: qui cum sententiam secundum Plotium se dicturum ostenderet: & ab eo iudice abiret: qd iudicium lege non erat: causam totam reliquit. Satis ne uobis iudices uideor ad singulos testes accedere? neque ut primo constitueram: tantummodo cum uniuerso genere configere? Venio ad Lysaniam eiusdem ciuitatis peculiarem cum Diciano teste: quem tu cum ephebum Tenni cognosses quia tum te nudus obliterat: semper nudum esse uoluisti Adduxisti Tenno Apollonidem. pecuniā adolescentulo grandi fœnere fiducia tñ accepta occupasti. hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie: ac possides. eum tum testem spe recuperandi fundi parteni uenire ad testimonium dicendum coegisti: qui quoniam testimonium dixit: quidnam sit dicturus expecto. Noui genus hominum: noui cōsuetudinē: noui libidinē. Itaque & si teneo quid sit dicere paratus: Nihil tñ contra disputabo priusq; dixerit. Totum. n. couertet: & alia finget: quāobrem & ille seruet qd parauit: & ego me ad id quod attulerit: integrum conseruabo. Venio nunc ad eam ciuitatem: in quā ego multa magna studia & officia contulī: & quā meus frater in primis colit atque diligit. Quæ si ciuitas per uiros bonos grauesq; homines quærelas ad uos detulisset: paulo cōmouerer magis. Nunc uero quid putem Trallianos Meandrio causam cōmisisse homini egenti: sordido sine honore: sine existimatione: sine censu: ubi erant illi Pythodoria & Iepison: cæteri homines apud nos noti: inter suos nobiles: ubi illa magnifica. & gloriosa ostentatio ciuitatis? Nonne esset pudicum si hanc causam ageret seuere: non modo legatum: sed Trallianum omnino dici Meādrium: huic illi legato suo huic publico testi patronum suum iam inde a patre atque maioribus Luciū Flac cum mactandum ciuitatis testimonio tradidissent? Non est ita iudices: non ē profecto. Vidi ego in quodam iudicio nuper Philodorum testem Trallianū: uidi Parrhasium: uidi Archidemum. Cum quidem idem hic mihi Meandrius

PRO LVCIO FLACCO.

quasi ministrator aderat: subiiciens qd in suos ciues ciuitatemq; si uellem dice/ rem. Nihil enim illo homine leuius:nihil egentius:nihil inquinatus. Quare si hunc habent auctorem Tralliani doloris sui:si hunc custodem litterarum:si hunc testem iniuriæ:si hunc auctorem querelarum:remittant sp̄iritus:compriment animos suos:sedent arrogantiam:fateantur in Meandri persona esse expressam faciem ciuitatis. Si istum semper illi ipsi domi proterendū & cōculcā dum putauerunt:Desināt putare auctoritatem esse in eo testimonio:cuius auctor inuentus est nemo.Sed exponam quid in re sit ut quamobrem ista ciuitas neq; seuere Flaccum oppugnarit:neq; benignæ defenderit: scire possitis. Erat ei Castritiano nomine irata:de quo toto respōdit Hortensius. inuita soluerat Castritio pecuniam iam diu debitam.hinc totum odium:hinc omnis offensio: quo cum uenisset Lælius ad iratos & illud castritianum uulnus dicendo refri/ cuisset: siluerunt principes:neq; in illa concione affuerunt:neq; ipsius decreti ac testimonii auctores esse uoluerūt. Vsq; ea orba fuit ab optimatibus illa cōcio:ut princeps principum esset Meandrius:cuius lingua quasi flabello seditionis illa tum est egētiū cōcio uentilata. Itaq; ciuitatis pudētis:ut ego semper extimauī: grauis ut ipsi existimari uolūt:iustum dolorem querelaq; cognoscite. Quæ pecunia fuerit apud se Flacci patris nomine:a ciuitatibus hanc a se esse ablatam querūtur. Alio loco quæram quid licuerit Flacco nūc tātum a Tralli/ anis requiro: quam pecuniam a se ablatam querātur: suam ne dicāt:sibi a ciui/ tatibus collatam i usum suum:cupio audire. Nō inqt dicimus.quid igitur: de latam ad nos creditam nobis. L. Flacci patris nomine ad eius dies festos atque Iudos. Quid tū: Hāc te inquit capere nō licuit. Iam id uidero . Sed primum il/ lud tenebo queritur grauis locuples ornata ciuitas:q; nō retinet alienū.spolia/ tam se dicit: q; id nō habet:quod eius nō fuit. Quid hoc impudētius dici: aut fingi potest. Delectum ē oppidum:quo i oppido uino pecunia tota Asia ad ho/ nores .L. Flacci ponereſ . hāc pecunia tota ab honoribus trāslata est i quæſtū & fœnerationem: recuperata est multis post anis . Quæ ciuitati facta est iniu/ ria? At moleste fert ciuitas.credo:amissum ē enim præter spem:quod erat spe deuoratum lucrum. At queritur:impudēter facit:nō enim oīa quæ dolemus ea dem queri iure possumus. At accusat uerbis grauissimis nō ciuitas:sed imperi/ ti homines a Meandro cōcitati.Quo loco etiā atq; etiā facite: ut recordemini quæ sit temeritas multitudinis:quæ leuitas propria græcorū:quid i cōcionē se/ ditiosa ualeat oratio.hic in hac grauissima & moderatissima ciuitate cum ē for/ plenum iudiciorum:plenum magistratum:plenum optimorum uirorū & ci/ uiū: cum speculatur atq; obſidet rostra uīdex temeritatis & moderatrix offi/ cii Curia tamen quātos fluctus excitari cōcionum uidetis? Quid uos fieri cē/ setis Trallibus? An id quod Pergami nisi forte hæ ciuitates existimari uolūt: facilius una se epistola Mithridatis moueri impelliq; potuisse:ut amiciciā po/ puli Roma.sedem suam iura omnia officiū:humanitatib; uiolarent:q; ut filiū

ORATIO

testimonio laderent: cuius patrem armis pellendum a suis mœnibus cœsuissent.
 Quare nolite mihi ista nomina ciuitatum nobilium opponere. Quos enim
 hostes hæc familia contempsit: nunq̄ eosdem testes pertimescat: Vobis autem
 est confitendum. si consiliis principum uestræ ciuitates reguntur non multitu-
 dinis temeritate: sed optimatum consilio bellum ab istis ciuitatibus cū popu-
 lo Româ, esse susceptum. Sin ille tum motus est temeritate imperitorum ex-
 citatus: patimini me delicta vulgi a publica causa seperare. At enim istam pe-
 cuniam huic capere non licuit. Vtrum uultis patri Flacco licuisse nec ne? Si li-
 cuit: sicuti certe licuit: ad eius honores collata ex quibus nihil ipse capiebat: pa-
 tris pecuniam recte abstulit filius. Si non licuit: tamen illo mortuo non modo
 filius: sed qui uis hæres rectissime potuit auferre. Ac tum quidem Tralliani cū
 ipsi graui scenore istam pecuniam multos annos occupauissent: a Flacco tamen
 omnia quæ uoluerunt impetraverūt. Neq; tam fuerunt impudentes ut id qđ
 Lælius dixit: dicere auderent: hanc ab se pecuniam abstulisse Mithridatem.
 Quis enim erat: qui non sciret in ornatis studiis Mithridatem: q̄ i spoli-
 liandis Trallianis fuisse? Quæ quidem a me si ut dicenda sunt diceretur: gra-
 uius agerem iudices: q̄ adhuc egi: quantam Asiaticis testibus fidem habef uos
 conueniret. Reuocarem animos uestros ad Mithridatici belli memoriam: ad il-
 lam universorum ciuium Romanorum per tot urbes uno puncto temporis mise-
 ram crudelēm̄q; cædem: prætores nostros deditos: legatos in uincula cōiectos:
 nominis prope Romanī memoriam cum uestigio imperii non modo ex ædi-
 dibus græcorum: uerum etiam ex litteris esse deletam. Mithridatem deinde il-
 lum patrem: illum conseruatorem Asiae: illum: Euchium: Nysium: Bacchū: Li-
 berū nominabant. Vnū atq; idem erat tempus: cum L. Flacco Consuli portas
 tota Asia claudebat. Cappadocem at illum non modo recipiebat suis urbibus:
 uerum etiam ultro uocabat. liceat hæc nobis si obliuisci non possumus: at tace-
 cere. Liceat mihi potius de leuitate græcorum queri q̄ de crudelitate. Auctori-
 tam isti habeant: apud eos quos esse omnino noluerunt. Nam quoscunque
 potuerunt togatos interemerunt. nomen ciuium Romanorum quantum in ip-
 sis fuit subtulerunt. In hac igitur urbe se iactant: quam oderunt: apud eos
 quos inuiti uident. In ea repub. ad quam opprimendam non animus his: sed
 uires deficiunt & defuerunt. Aspiciant hunc florem legatorum laudatorumq;
 Flacci ex uera atq; integra græcia. Tum se ipsi expendant: tum cum his com-
 parent. Tum si audebunt: dignitati horum anteponant suam. Adsunt Atheniens: unde humanitas: doctrina: religio: fruges: iura: leges ortæ atque in
 omnes terras distributæ putantur: de quorum urbis positione propter pul-
 chritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est. quæ uetus state
 ea est: ut ipsa ex se suos ciues genuisse dicatur: & eorum eadem terra parés
 altrix patria dicatur. Auctoritate autem tanta est: ut iam fractum prope ac de-
 bilitatum græciæ nomen huius urbis laude nitatur. Adsunt Lacedæmonii:

PRO LVCIO FLACCO.

cuius ciuitatis spectata ac nobilitata uirtus non solum natura corroborata: ue-
rum etiam disciplina putatur. qui soli toto orbe terrarum septingentos iam an-
nos amplius unis moribus & nunq̄ mutatis legibus uiuunt. Ad sunt ex Achaia
cuncta multi legati: Boetiae: Thessalia quibus locis nuper legatus Flaccus im-
peratore Metello praeftuit. Neq; uero te Massilia prætero: quæ. L. Flaccum mi-
litem: quæstoriique cognouisti: cuius ego ciuitatis disciplinam atq; grauitatem
non solum græciæ: sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam iufi di-
cam. Quæ tam procul a græcorum omniū regionibus disciplinis linguaq; di-
uisa: cum in ultimis terris cincta gallorū gentibus barbarie fluctibus alluatur:
sic optimatū consilio gubernatur: ut omnes eius instituta laudare facilius po-
sint: q̄ æmulari: hisce utitur laudatoribus Flaccus: his innocentiae testibus: ut
græcorum auxilio resistam: quāq; quis ignorat: qui non modo unquā medio
criter res istas scire curauit: quin tria græcorum genera sint uere: quorum uni-
sunt Athenienses: quæ gens Iōnum habetur. Aeoles alteri: Dores tertii nomi-
nabantur. Atq; hæc cuncta græcia: quæ fama: quæ gloria: quæ doctrina: quæ
plurimis artibus: quæ etiam imperio & bellica laude floruit: quendam paruum
locum ut scitis Europæ tenet: semperq; tenuit. Asia maritimam oram bello su-
peratam cinxit urbibus: non ut munitam coloniis illam gentem sed ut obſer-
sam teneret. Quāobrem quæfo a uobis Asiatici testes: ut cum uere recordari
uoletis quantum auctoritatis in iudicium afferatis: uos metipsi describatis As-
iam: nec quid alienigenæ de uobis loqui soleant: Sed quid uosmet ipsi de' ge-
nere uestro statuatis: memineritis. Nanque ut opinor: Asia uestra constat ex
Phrygia: Myśia: Caria: Lydia. Vtrum igitur nostrum est an uestrū hoc prouer-
biū: Phrygem plagi fieri solere meliorem? Quid de tota Caria? Nonne
hoc uestra uoce uulgatū est: si quid cum periculo experiri uelis: in Caria id po-
tissimum esse faciendū. Quid porro in græco sermone tam tritum atque celebra-
tum est: q̄ si quis despiciatū ducitur: ut Myſorū ultimus esse dicatur? Nam qd
ego dicam de Lydia: Quis unquam græcus comediam scripsit: in qua ser-
uus primarum partium non Lydus esset? Quāobrem quæ uobis fit iniuria:
si statuimus uestro nobis iudicio standū esse de uobis. Evidem mihi iam sa-
tis super dixisse uideor de Asiatico genere testiū. Sed tamen uestrum est iudi-
ces omnia quæ dici possunt in hominum leuitatem: in constantiam: cupidita-
tem: et si a me minus dicūtur: uestris animis & cogitatione comprehendere.
Sequitur auri illa inuidia iudaici. Hoc nimirū est illud: quod nō longe a gra-
dibus Aureliis hæc causa dicitur. Ob hoc crimen hic locus abs te Læli: atque
illa turba quæsita est. Scis quanta sit manus: quanta concordia: quantum ua-
let in concionibus si sumissa uoce agam: tātū ut iudices audiant. Neq; enim
desunt: qui istos in me atque in optimum quenq; incitent: quos ego: quo id fa-
cilius faciant: non adiuuabo. Cum aurum iudeorū nomine quot annis ex Ita-
lia & ex omnibus uestris prouinciis Hierosolymā exportari soleret: Flaccus

ORATIO

sanxit edicto ne ex Asia portari liceret. Quis est iudex qui hoc non uere lauda re possit? exportari aurum non oportere: cu saepe antea Senatus tum me consule grauissime iudicauit. Huic aut barbarae superstitioni resistere seueritatis: multitudine iudeorum flagrantem non nunquam in coccionibus pro rep. contenerem grauitatis summa fuit. At Cn. Pom. captis Hierosolymis uictor ex illo fano nihil attigit. In primis hoc ut multa alia sapienter in tam suspiciofa ac maledica ciuitate locum sermoni obtrectatorum non reliquit. Non enim credo religionem & iudeorum & hostium impedimento praestatissimo imperatori sed pudorem fuisse. Vbi ergo crimen est? quoniam quidem furtum nusquam reprehendis: editum probas: iudicatum fateris. quae situm & prolatum palam non negas. actum esse per uiros primarios res ipsa declarat. Apamea manifeste comprehensum. Ante pedes praetoris in foro expesum eē auri podo certum paulo minus per Sextum Cesium. Equitem Roma. castissimum hominem atque integerrimum. Laodicea uiginti pondo pauio amplius per hunc. C. Luciu Pedeceum iudicem nostrum Adramytei per Cn. Domitium legatum Pergami non multum: auri ratio constat. aurum in aeroario est. furtum non reprehenditur. Inuidia queritur. A iudicibus oratio auertitur. vox in coronata turbaque effunditur. Sua cuique ciuitati religio Læli est. nostra nobis. Statibus Hierosolymis pacatisque iudeis tamen istorum religio sacrorum a splendorre huius imperii: grauitate nois nostri maiorum institutis abhorrebat. Nunc uero hoc magis quod illa gens quid de nostro imperio sentiret: ostendit armis: quod cara diis immortalibus esset docuit: quod est uicta: quod elocata: quod seruata. Quoniam quidem crime esse uoluisti: id totum uides in laudem esse conuersum. Veniamus iam ad ciuum Romanorum querelas: ex quibus sit sene prima Deciani. Quid tibi tandem Deciane iniuria factum est? Negociaris in libera ciuitate. Primum patere me esse curiosum: quo usque negotiabere? cum praesertim sis illo loco natus. Iam an nos. xxx. in foro uersaris: sed tam Pergameno. Longo interuallo si quando tibi peregrinari comedum est: Romam uenis. affers faciem nouam: nomine uetus: purpuram tyrianam: in qua tibi inuideo: quod unus uestimentis tam diu lautus es. uectus esto. negotiatori libet. cur non Pergami? Smyrna? Trallibus? ubi & multi ciues Roma. sunt: & ius a nostro magistratu dicitur. Ociu te delectat: lites: turbas. po. Ro. odio est: grecorum libertate gaudes. Cur ergo unus tu Apollonienses amatissimos po. Ro. fidelissimos socios miseriiores habes: quod aut Mithridates: aut etiam quod pater tuus habuit unquam. Cur his per te frui libertate sua? Cur denique esse liberos non licet. Homines sunt tota Asia frugalissimi: sanctissimi: a grecorum luxuria & leuitate remotissimi patres familias suo contenti: aratores rusticani agros habent: & natura perbonos: & diligenter culturaque meliores. In hisce agris tu prædia habere noluisti. oino mallum: & magis erat tuum: si te magis Crassus agri delectabat. Hic alicubi in Crustumino: aut in capenati parauiisset. Verum esto Catonis editum: pedibus compensari pecuniam longe omnino a Tyberi ad Caicum: quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu errasset: nisi ducem Telephum inue-

PRO LVCIO FLACCO.

nisset. Sed concedo id quoq; placuit id oppidum. regio delectauit. Emisses. Amyntas est genere: honore: existimatione: pecunia princeps illius ciuitatis. Huius socrū mulierem imbecilli consilii satis locupletē pellexit Decianus ad se: & cum illa quid ageret: nesciret: in possessione prædiorū eius familiam suam collocauit. Vxorem abduxit ab Amynta prægnantem: quæ peperit apud Decianum filiam: hodieq; apud Decianū ē & uxor Amyntæ & filia. Nūqd ha- rū rerū a me singit Deciane? Sciūt hæc omnes nobiles: sciunt boni uiri: sciunt deniq; nostri homines: sciūt mediocres negotiatores. Exurge Amynta. repete a Deciano non pecuniam: nō prædia. socrum deniq; sibi habeat. restituat uxori rem. reddat misero patri filiā. mēbra quæ debilitauit lapidib; fustibus: ferro: manus quas cōtudit: digitos quos confregit: neruos quos cōcidit: restituere nō potest: filiā filiā inq; erumnoso patri Deciane redde. hæc Flacco non probasse te miraris. Cui quas tandem probasti emptiōes falsas prædiorum: pscriptiōes cum mulierculis apta circūscriptōe fecisti. Tutor his rebus græcorū legib; ascribendus fuit. Polemocratē scripsisti mercēarium: & administrum consiliorū tuorū. Adductus ē in iudiciū Polemocrates de dolo malo & de fraude a Dione huius ipsius tutelæ nomine. qui concursus ex oppidis finitimiis undiq;? Qui dolor animorum. Quæ querela? Condēnatus ē Polemocrates sententiis omnibus. irritæ uenditiones: irritæ pscriptiōes. nū restituis: defers ad Pergamenos: ut illi recipere in suas litteras publicas: præclaras perscriptiones & emptiōes tuas. Repudiāt: reiiciūt. Atq; hoīes pgameni laudatores tui. Ita. n. mihi gloriari uisus es laudatōe Pergamenorū: q̄ si honorē maiorū tuorū secutus esses. & hoc te supiorē eē putabas q̄ Læliū: q̄ te ciuitas Pergamena laudaret. Nū honestior ē ciuitas Pergamena q̄ Smyrnæ. an ne ip̄i qdē dicūt. Si qdē dicūt. Velle tātū habere me ocii: ut possem recitare psephīsma Smyrnæorū: qd̄ fecerūt ī castricium mortuū: uel qd̄ ait Luceius. L. Flaccū sibi dāf cupisse: ut fid̄ se abduceret: sesteriū uicies: & eū tu accusas auaritiae: quē dicas uicies uoluisse pdere. Nā qd̄ emebat: cū te emebat: ut ad se trāsires? Quā ptē cāx tibi darem?. an ut enūciates cōsilia Lælii: q̄ testes ab eo pdirēt: qd̄ nos nō uidebam⁹ habitaū una. Quis hoc ne scit. tabulas ī Lælii potestate fuisse n̄ dubiū ē. An ne uehementer ne copiosæ aci- cusares. nūc facis suspicionē. Ita. n. dixisti: ut nescio qd̄ a te ipetratū eē uideaet. At. n. Androni Sestullio grauis iniuria facta ē. & nō ferēda: q̄ cū eēt eius uxor Valeria ītestata mortua: sic egit ea rē Flaccus: q̄ si ad ipsū hæreditas ptineret. In quo qd̄ reprehēdas scire cupio. q̄ falsum ītēderit: q̄ doces. Ingenua īqt fuit. O peritū iuris hoīem: qd̄ ab īgeniis mulierib; hæreditates lege nō ueniūt? In manu īqt cōuenerat. Nunc audio. sed quārō usu an coemptiōe usu nō potuit. Nihil enī potest de tutela legitima sine oīum tutorū auctoritate diminui. Coemptiōne: omnibus auctoribus: in quibus certe Flaccum fuisse non dices. Reliq̄ il lūd quod uociferari non destitit: non debuisse cū prætor esset suum negociū agere: aut mentionem facere hæreditatis. Maximas audio. tibi. L. Lucul-

ORATIO:

Ie:qui de.L.Flacco sententiam laturus es pro tua eximia liberalitate maximis que beneficiis in tuos.uenisse haereditates :cum Asiam prouinciam consulari imperio obtineres. Si quis eas suas esse dixisset :concessisses. Tu Tite Vecti si q̄ tibi i Africa uenerit haereditas:usu amittas : an tuū nulla auaritia salua dignitate retinebis . At istius haereditatis iam Globulo prætore Flacci nomine petita possessio est. Non' igitur impressio , non occasio:non uis:non tempus:non imperium:non secures ad iniuriā faciendam Flacci animum impulerunt . Itaq; eodem etiā.M.Lurco uir optimus meus familiaris conuertit Aculeū testimoniū sui , negauit a priuato pecuniam in prouincia prætorē petere oportere.Cur tandem .M.Lurco non oportet , extorquere :accipere contra leges non oportet . petere non oportere nunquam ostendes : nisi docueris non licere. An legationes sumere liberas exigendi causa sicut & tu ipse nuper: & multi uiri boni saepe fecerūt : rectū est.Ego quoq; non reprehendo . socios uideo queri.prætorem si haereditatē in prouincia non reliquerit : non solū nō reprehendendū: uerū etiā condēnandū putas . Doti inquit Valeria pecuniam omne suā dixerat.nihil doti i storū explicari potest : nisi ostenderis illā in tutelā Flacci non fuisse.Si sit:quæcūq; sine hoc auctore ē dicta dos:nulla ē : Sed tñ Lurconē q̄q p sua dignitate moderatus est in testimonio dicendo religioni suæ:tamen iratū Flacco esse uidistis.Neq; enī occultauit cām iracūdīæ suæ : neq; reticendā putauit .q̄stus est libertū suū Flacco prætore esse dānatū. O conditiones miseris administrandarū prouinciarū & ciuitatū : in quib; diligentia plena simultanū est:negligentia uituperationū : ubi seueritas periculosa est / liberalitas ingrata: sermo insidiosus;assentatio pernitsiosa;frons omniū familiaris:muli orū animi? irat?;iracūdīæ occultæ:blāditiæ apertæ:uenientes prætores expectat :præsentib; inseruiūt:abeūtes deserūt.Sed omittamus querelas:ne nostrū cōsiliū i omittendis prouinciis laudare uideamur . litteras misit de uillico.P.Septimiū hoīs ornatī:q uillicus cädē fecerat.Septimiū ardētē iracūdīa uidere potuistis i Lurconis libertū . iudiciū ex edicto dedit.Hostis est Lurco.Q uid igit̄:hoīnū gratosorū splendorūq; libertis fuit Asia tradenda ? An simultates nescio q̄s cū libertis uestris Flaccus exercet: an uobis i uestris uestrorūq; cāis seueritas odio ē:eādē laudatis cū de nobis iudicatis.At iste Andro spoliat⁹ bonis ut dicitis:ad dicēdū testimoniuū nō uenit.Q uid si ueniat.Decisionis arbiter.C. Cecilius fuit:quo splēdore uir:q fide:q religione:obsignator.C.Sestilli⁹ Lurconis sororis fili⁹ homo & prudēs & cōstās & grauis:si uis erat:si fraus:si met⁹:si circūscriptio:qs pactionē fieri qs adesse istos coegit ?Q uid si ista oīs pecūnia huic adolescentulo.L.Flacco redditā est:si petita est:si redacta : si per hūc Antiochū paternū huius adolescentis libertū seni illi Flacco pbatissimū:uidemur ne solū auaritiae crimen effugere:sed liberalitatis laudem aseq singularem:com munem enim haereditatem : quæ æqualiter ad utrūque lege uenisset : concessit adolescenti propinquo suo., Nihil ipse attigit de Valerianis bonis:

PRO LVCIO FLACCO.

quod statuerat facere adductus huius pudore:& non amplissimis patrimonii copiis id non solum fecit:sed etiam prolixe cumulateque fecit. Ex quo intelligi debet eum contra leges pecunias non cepisse qui tam fuerit in hereditate concedenda liberalis: At falcidianum crimen est ingens.talenta quinquaginta se Flacco dicit dedisse:audiamus hominem non adest quomodo igitur dicitur:epistolam mater eius profert.& alteram soror. Scriptum ad se dicunt esse ab illo tantā pecuniā Flacco data. ergo is qui si aram tenēs iuraret:crederet nemo: per epistolam quod uolet iniuratus probabit. At qui uir:q̄ non amicus suis ciuib⁹: qui patrimonium satis lautum quod hic nobiscum confidere potuit.græcorum conuiuiis maluit dissipare.Q uid attinuit relinquere hanc urbem libertate tam præclara carere: adire periculum nauigandi:quasi bona commesse Romæ non liceret. Nunc deniq̄ materculæ suæ festiuus filius aniculæ minime suspitosæ purgat se per epistolam:ut eam pecuniam quam collegerat non consumpsisse: sed Flacco dedisse videatur. At fructus isti Trallianorum Globulo prætore uenierant. Falcidius emerat noningentis milibus. si dat pecuniam tantam Flacco. nempe iccirco dat:ut rata sit emptio. Emit igit̄ aliquid: quod certe multo pluris esset.dat de lucro. nihil dethrahit de uiuo. minus igit̄ lucri facit.cur Albanum uenire iubet: cur matrī præterea blanditur: cum epistolis & sororis & matris imbecillitatē aucupatur:postremo cur non audimus ipsum: retinetur credo in prouincia.mater negat: uenisset inquit si esset denunciatum. Tu certe coegiſſes si ullum firmamentum in illo teste posuisses. sed hominem ab negocio abducere noluisti.magnum erat ei certamen propositum.cum græcis contentio magna:qui tamen ut opinor iacent uici. Nam iste unus totam Asiam magnitudine poculorum bibendoq; superauit. Sed tamē quis tibi Læli de epistolis istis indicauit: negant mulieres se sci re.Q uis is est igit̄: ille tibi se ad matrē & sororem scripsiſſe narrauit: an etiam scripsit oratu tuo. At uero .M. Ebucium constantissimum & prudentissimum hominem Falcidiū affinem.nihil interrogas:nihil eius generum pari fit de præditum.C. Maniliū: qui profecto de tanta pecunia si esset data: nihil audisse nō posset.his tu igit̄ epistolis Deciane recitatis:his mulierculis pducitis.illo absente auctore laudato tantū te crimen probaturū putasti: præsertim cum ipse non deducendo Falcidium indiciū feceris plus falsam epistolam habiturā pōderis:q ipsius præsentis fictā uocē & simulatum dolorē. Sed qd ego de epistolis Falcidiū:aut de androne Sestullio:aut de Deciani sensu tā diu dispuo: postulo: de salute oīum nostrū:de fortunis ciuitatis:de summa rep. taceo: Q uā uos uniuersam ī hoc iudicio uestris inquā humeris iudices sustinetis. Videlis in quo motu tēpō: quāta ī cōuersiōe reg ac perturbatione uersemur:cum alia multa certi homines:tum hoc uel maxime moliuntur ut uestræ quoq; mentes:uestra iudicia:uestræ sententiæ optimo cuiq; infestissimæ atque inimicissimæ reperiantur.grauia iudicia pro reipu. dignitate: multa de coniuratorum

ORATIO.

scelere fecistis. Non putant satis cōuersam esse rempū. nisi in eādem impiorū
 pēnam optime meritos ciues detruerint. Oppressus est. C. Antonius: esto ha-
 buit quādam ille infamiam suam: neq; tñ ille ipse pro meo iure dico: uobis iu-
 dicibus dānatus esset: cuius damnatiōe sepulchrū. L. Catilinæ floribus ornatū
 hominū audacissimorū ac domesticorum hostium conuentu epulisque cele-
 bratum est. Iusta Catilinæ facta sunt. Nūc a Flacco lentuli penæ per uos expe-
 tunf. Q uam potestis Publio Létulo: qui uos ī complexu liberorum cōiugū/
 que uelrarum trucidatos incēdio patriæ sepelire conatus est: maectare uictimā
 gratiorem: q̄ si Lucii Flacci sanguine illius nepharium in uos omnes odium sa-
 turaueritis. Litemus igitur Létulo. parentemus Cethego. reuocemus electos.
 nūmī pietatis & summi amoris ī patriam uicissim nos poenas si ita placet: sui-
 feramus. Nos aut ab indicib⁹ nominamur. in nos crima finguntur. nobis
 pericula comparātur: quæ si per alios agerent: si deniq; per populi nomen ci-
 uiū imperitorum multitudinē concitasſent: æquiore animo ferre possemus.
 Illud uero ferri nō potest: quod per Senatores & p equites R o. qui hæc omnia
 p salute omnium: communi cōſilio: una mēte ac uirtute gesserūt: harum reg
 auctores: duces: principes spoliari omnibus fortunis atq; ciuitate expelli pos-
 se arbitrantur. Et enim populi Romani pspiciunt eam mentē & uolūtatiē: om-
 nibus rebus quibus potest popu. Roma. significat: quid sentiat. Nulla uarie-
 tas est inter hominum opiniones: nulla uolūtatis: nulla sermois. Q uare si qs
 iluc me uocat: uenio. Popu. Roma. disceptatorem nō modo nō recuso: sed ēt
 deposito. uis absit. ferrum ac lapides remoueantur. operæ faceſſant: seruitia ſu-
 leāt. Nemo erit tam iniustus: qui me audierit: ſit modo liber & ciuiſ: qui n̄ po-
 tiuſ de premiis meis: q̄ de poena cogitandum putet. O dii immortales qd hoc
 miseriſ: Nos qui. P. Létulo ferrum & flāmam de manibus extorsimus: im-
 perita multitudinis iudicio confidimus: lectissimorum ciuium & amplissimo
 rum ſententias pertimescimus. Marcum Aquilum patres nostri multis auari-
 tia criminibus testimoniiſque conuictum: quia cum fugitiuſ fortiter bellum
 gesserat: iudicio liberauerunt. Consul ego nuper defendi. C. Pisonem: qui
 quia consul fortis constansque fuerat incolmis est reipublicæ conſeruatus.
 Defendi item consul. L. Murenam consulem designatum. Nemo illorum
 iudicū cum clarissimis uiris accusantibus audiendum ſibi de ambitu putauit:
 cum bellum iam gerente Catilina omnes me auctore duos consules Ka-
 len. Ianuariiſ ſcirent eſſe oportere. Innocens & bonus uir & omnibus re-
 bus ornatus bis hoc anno me defendantē absolutus est. A. Thermus: quā
 ta reipubli. cauſa lāticia: Popu. Roma. quanta gratulatio consecuta eſt:
 ſemp graues & sapientes iudices in rebus iudicandis qd utilitas ciuitatis: quid
 communis ſalutis: quid reipu. tempora poſcerent: cogitauerunt. Cum ta-
 bella uobis dabitur iudices: non de Flacco dabitur ſolum. dabitur de du-
 cibus: auctoribusque conſeruandæ Ciuitatis. Dabitur de bonis Ciuib⁹

101

PRO LVCIO FLACCO.

Omniis. dabitur de uobis metipsis. dabitur de liberis uestris. dabitur de uita: de patria: de salute cōmuni. Non iudicatis in hac causa de exteris nationibus: non de sociis: de uobis ac de uestra Rep. iudicatis. Quod si prouintiarum uos ratio magis mouet q̄ uestra: ego uero non modo non recuso: sed etiam postulo: ut prouintia auctoritate moueamini. & n. opponemus Asiae p̄uinctiae primū magnā partem eiusdem p̄uinctiae: quæ p̄ huius piculis legatos laudatoresq; mi sit: deinde p̄uinciam Galliā: p̄uinctiam Ciliciam Hispaniam prouintiā: Cre tam. græcis aut lydis & phrygibus & mysis obſistent Massilenses: Rhodii: La cedæmonii: Atheniēses: cūcta Achaia: Thessalia: Bœotia: Septimio & C. Cælio testibus. P. Seruilius & M. Metellus huius pudoris integratissq; testes re pugnabunt. Asiaticæ iurisdictioni urbana iurisdictione respondebit. annui tem poris criminatione omnis ætas. L. Flacci: & uita perpetua defendet. Et si pdesi se. L. Flacco iudices debet: q; se Tribunū militum: q; quæstorē: q; legatum im peratoribus clarissimis: exercitibus ornatissimis: p̄uinctis grauissimis dignum suis maioribus præstitit: proſit qd hic uobis uidentibus in periculis cōmunib; omnium uestrum sua pericula cum meis coniunxit. Proſint honestissimorum municipiorum. coloniarumq; laudationes. proſit etiā. S.P.Q.R. præclara & uera laudatio. O nox illa quæ pene æternas huic urbi tenebras attulisti: cū Gal li ad bellum Catilina ad urbem: coniurati ad ferrum & ad flammarum uocabantur: Cum ego te Flacce cælum noctemq; contestans flens flentem obtestabar: cum tuæ fidei optime expectatissime salutem urbis & ciuium commēdabam. Tu tu Flacce prætor communis exitii nuncios cepisti. Tu inclusam in litteris Reipu. pestem deprehendisti. Tu periculorum indicia: tu salutis auxilia ad me & ad Senatum attulisti: quæ tibi tum gratiæ sunt a me actæ: quæ a Senatu: quæ a bonis omnibus: quis tibi: quis. C. Pontinio fortissimo uiro quenq; bo num putaret unquam non salutem: uerum honorem ullum denegaturum? O nonæ illæ decembres: quæ me consule fuistis: quem ego diem uere natalem huius urbis: aut certe salutarem appellare possum. O nox illa quā ista dies est consecuta: fausta huic urbi: miserum me: metuo ne funesta nobis. Qui tum animus. L. Flacci. nihil dicam enim de me: qui amor in patriam: quæ uirtus: quæ grauitas extitit? Sed quid ea commemoro: quæ tum cum agebantur: uno consensu omnium: una uoce Popu. Ro. uno orbis terræ testimonio in cælum laudibus efferebantur. Nunc uereor ne nō modo nō prosint: uerum etiam aliquid obſint. & enim multo acriorem improborum interdum memoriā esse sentio: q̄ bonorum. Ego te si quid grauius acciderit. Ego te inquā Flacce perdidero. Mea dextra: illa mea fides: mea promissa cum te si Rempub. con ſeruaremus. omnium bonorum præſidio quoad uiueres nō modo munitum: sed etiam ornatum fore pollicebar: putauī: sperauī: etiam si honos noster uobis uilior fuisset: salutem certe caram futuram. At L. Flaccum quidem iudices: si id quod dii immortales omen auertant: grauis iniuria afflixerit:

ORATIO.

nunq tamē prospexisse uestræ saluti: consuluisse uobis: liberis: cōiugib⁹: fortū
nis uestris pœnitib⁹. Sēp ita sentiet: talē se aīum & generis dignitati & pietati
suæ & patriæ debuisse. V os ne pœniteat tali ciui nō pepcisse: p deos īmortales
iudices puidete. Q uotus.n.qſq̄ ē: q hāc R eip. lectā ſeq̄: q uobis: q ueſtri ſi
milib⁹ placere cupiat: q optimi atq̄ apliſſimi cuiusq⁹ hoīs atq̄ ordinis aucto
ritatē magni putet: Illā uiā ſibi uident expeditiorem ad honores & ad oīa quæ
cōcupiueīt: Sed cætera ſint eorū: ſibi hēant potētiā: ſibi honores: ſibi cæterorū cō
modoꝝ ſūmas facultates. liceat iis q hāc ſalua eē uoluerunt iſpis eē ſaluis. No
lite iudices existimare eos qbus integrū ē: q nōdū ad honores acceſſerūt: nō expe
ctare huius exitū iudicii. Si. L. Flacci tātus amor in bonos oēs: tātū in R ep. stu
diū calamitati fuerit: quē poſthac tā amētē fore putatis: q non illā uiā uitæ: quā
ante p̄cipitē & lubricā eē ducebat: huic planæ & ſtabili pponendā eē arbitret̄:
q ſi taliū ciuiū uos iudices teſet ostendite. mutabunt ſentētiā: q potuerint. cō
ſtituēt qd agant: qbus integrū ē. Nos q iam pgressi ſumus: hunc exitū noſtræ te
meritatis feremus. Sin hoc aīo qplurimos eſſe uultis: declarabitis hoc iudicio
qd ſentiatis. huic huic miſero puero ueſtro ac liberoꝝ ueſtrorꝝ ſupplici iudices
hoc iudicio uiuendi p̄cepta dabitis. Cui ſi patrē cōſeruatis: qlis ipſe debeat eſſe
ciuis: pſcribetis. ſi eripitis: ostenditis bonæ rationi & cōſtantī & graui nullum a
uobis fructū eſſe ppoſitū. Q ui uos quoniā eſt id aetatis: ut ſenſum iam p̄cipere
poſſit ex mœrore patrio: auxiliū nondū patri ferre poſſit: orat ne ſuum luctum
patris lachrymis: patris mœrorē ſuo fletu augeatis: q ēt me intuet̄: me uultu
appellat: meā quodāmodo flens fidē imploratā repetit: eam quā ego patri ſuo
quondam pro ſalute ſpoſonderim dignitatem. Miseremini familiæ iudices:
miferemini fortissimi patri: miferemini filii. Nomen clarissimū & fortissimū
uel generis uel uetustatis uel hominis cauſa Reipublicæ reſeruate.

M.T.C.Q VA POPVLO GRATIAS AGIT DE REDITV SVO ORATIO.XIII.

VOD PRECATVS A IOVE OPTIMO MA
ximo: cæterisq⁹ diis īmortalibus ſum quirites eo tempore
cū me fortunaſq⁹ meas pro ueſtra incolumitate ocio con
cordiaq⁹ deuoui. ut ſi meas rōnes unquam ueſtræ ſaluti an
tepoſuſſem: ſempiternam pœnam uſtinerem mea uolun
tate. uſceptam. Sin & ea quæ ante gafferam conſeruandæ
ciuitatis cauſa geſſiſſem & illam miſeram pfectionem ueſtræ ſalutis gratia ſu
ſcepifſem: ut quod odium ſclerati homines & audaces in R empu. & in om
nes bonos conceptum iam diu continerent: id in me uno potiusq⁹ in optimo
quoꝝ & uniuersa ciuitate deficeret: hoc ſi animo in uos liberosq⁹ ueſtrō feciſſ
sem: ut aliquando uos patresq⁹ cōſcriptos Italiāmq⁹ uniuersam memoria mei:

DE REDITV SVO.

misericordia desideriūq; teneret: eius deuotionis me esse coniunctū iudicio
deorum īmortalium: testimonio Senatus consensu Italīæ: confessione inimi-
corum: beneficio diuino īmortalīq; uestro maxime lator quirites: & si homini
nihil est magis optandum: q̄ prospera æquabilis ppetuaq; fortuna secundo ui-
ta sine ulla offensione cursu: tamen si mihi tranquilla: & placata oīa fuissent in
credibili quadam & pene diuina: qua nunc beneficio uestro fruor: letitiæ uo-
luptate caruisse. Quid dulcissimū hominū generi a natura datum est: quā sui
cuiq; liberi. Mihi uero & propter indulgētiam meam: & propter ingens eoū
ingenium uita sunt mea cariores: tamen non tanta uoluptate erant suscepti: q̄
ta nunc sunt restituti. Nihil cuiq; fuit unq; iucūdius q̄ mihi meus frater. nō tam
id sentiebam cum fruebar q̄ tunc cum carebam: Sed postea quam uos me illi
& mihi eum reddidistis incredibile est quātam animo uoluptatem pceperim.
Res familiaris sua quēq; delectat. reliquæ meæ fortunæ recuperatæ plus mihi
nunc uoluptatis afferunt: q̄ tum incolumentis afferebant. Amicitiæ: consuetu-
dines: uicinitates: clientelæ: ludi deniq; & dies festi qd haberent uoluptatis: ca-
rendo magis intellexi q̄ fruendo. Iam uero honos: dignitas: locus: ordo benefi-
cia uestra: q̄q mihi semper clarissima uisa sunt: tamen ea renouata nūc illustrio-
ra uidentur: quam si obscurata nō essent. Ipsa autē patria dīi īmortales dīi uix
potest quid caritatis: quid uoluptatis habet: quæ species Italīæ: quæ celebritas
oppidorum: quæ forma regionum: qui agri: quæ fruges: quæ pulchritudo ur-
bis: quæ humanitas ciuiū: quæ reipu. dignitas: quæ uestra maiestas. Quibus
ego omnibus antea rebus sic fruebar: ut nemo magis. Sed tanq; bona ualitudo
iucundior est eis qui e graui morbo recreati sunt: q̄ qui nunq; ægro corpore fue-
rūt: sic ea omnia desiderata magisq; assidue pcepta delectant. Quorsum igitur
hæc disputatio: quorsum: ut intelligere possitis: neminem unquam tata eloquē-
tia fuisse: nec tam diuino atq; incredibili genere dicendi: q̄ uestram magnitudi-
nem: multitudinemq; benefiorū: quæ in me fratremq; meum & liberos n̄os
contulisti: non modo augere aut ornare oratione: sed enumerare aut cōsequi
possit. A parentibus id quod necesse erat paruuus sum procreatus: a uobis natus
sum cōsularis. Illi mihi fratre incognitum qualis futurus esset dederunt. Vos
spectatum & incredibili pietate cognitum reddidistis. remp. illis accepi tempo-
ribus: eam quæ pene amissa est: a uobis eam recuperauis: quam aliquando om-
nes unius opera seruatam iudicauerūt. dīi īmortales mihi liberos dederūt: uos
reddidistis. Multa præterea a dīis īmortalib; optata consecuti sumus: nisi ue-
stra uoluntas fuisset: omnibus diuinis muneribus caruissemus: nostros deniq;
honores quos eramus gradatim singulos assecutī: nunc a uobis uniuersos ha-
bemus: ut quantum antea parentibus quantum dīis īmortalib; us: quātum no-
bis metiplis: tantum hoc tempore uniuerso cuncto po. Ro. debeamus. Nā cū i
ipso beneficio uestro tanta magnitudo est ut eam complecti oratione non pos-
simus: tum in studiis uestris tanta animorum declarata uoluntas ē ut non solū

ORATIO

calamitatem mihi detraxisse: sed etiam dignitatem auxisse uideamini. Non enim pro meo reditu ut. P. Popilii nobilissimi hominis adolescentes filii: & multi præterea cognati atq; affines deprecati sunt. non ut pro. Q. Metello clarissimo uiro iam spectata ætate filius: non. L. Dalmaticus consularis summa auctoritate uir: non. Q. Metellus. Censorius: non eorum liberi: non. Q. Metellus nepos: qui tum consulatum petebat: non sororū filii: Luculli: Seruillii: Scipiones. per multi enim tum Metelli aut Metellorum liberi pro. Q. Metelli reditu uobis ac patribus uestris supplicauerunt. Quod si ipsius summa dignitas: maximeque res gestæ non satis ualent: tamen illa pietas: propinquorū processus adolescentium squallor: maiorum natu lachrymæ populum Roma. mouere potuerunt. Nam. C. Marii: qui post illos ueteres clarissimos consulares uestra patrūque memoria: tertius ante me consularis subiit indignissimam fortunam præstantissima sua gloria dissimilis fuit ratio. Non enim ille deprecatione rediit: sed in discessu ciuium exercitu se armisque reuocauit. Me autem nudum a propinquis: nulla cognitione munitum: nullo armorum actumulus metu. Cn. Pisonis generi mei diuina quædam & inaudita auctoritas: atq; uirtus: fratriq; mei miserrimi atque optimi quotidiana lachrimæ: sordesque lugubres a uobis deprecatæ sunt. Frater erat unus qui suo squallore uestros oculos inflecteret: qui suo fletu desiderium memoriæq; renouaret. Quirites si me sibi non reddidissetis eandem subire fortunā. & tanto in me amore extitit: ut negaret fas esse non modo domicilio: sed ne sepulchro quidem se a me esse se iunctum. Pro me præsente Senatus/hominumque præterea uiginti milia uestem mutauerunt. pro eodem me absente unius squallorē: sordesque uidistis. Vnus hic qui domi: qui in foro posset esse mihi pietate filius: inuentus est beneficio parens: amore idem qui seper fuit frater. Nā coniugis miseræ squallor: & luctus: atq; optimæ filiæ mœror assiduus: filiique parui desideriū mei: lachrymæque pueriles pietatē uestrā mouerūt. Aut itineribus necessariis aut magnā partē lectis ac tenebris continebantur. Quare hoc maius est in nos uestrū promeritū: q; non multitudini propinquorū: sed nobis meti ipsis nos redidistis. Sed quæadmodū propinqui quos ego parare non potui: mihi ad deprecandā calamitatē meā non fuerunt: Sic illud q; mea uirtus præstare debuit: adiutores ad me restituendū ita multi fuerunt: ut longe superiores omnes hac dignitate copiaque superarem. Nunquā de. P. Popilio clarissimo atque fortissimo uiro. Nunquā de. Q. Metello nobilissimo & constantissimo ciue: nunquā de. C. Mario custode ciuitatis atque Imperii uestri in Senatu meatio facta est. Tribunitiis superiores illi rogationibus nulla auctoritate Senatus sunt restituti. Marius uero non modo a Senatu: sed etiā oppresso Senatu est restitutus. Nec rerū gestarū in reditu memoria. C. Marii: sed exercitus atque arma ualuerunt. At de me ne ualerent: semper Senatus flagitauit: ut aliquid perficeretur: cū primum licuit: frequentia atque auctoritate perfecit.

DE REDITV SVO.

Nullus in eorum redditu motus municipiorum & coloniarum factus est. At me in patriam ter suis decretis Italia cuncta reuocauit. Illi inimicis interfectis magna tum cæde facta reducti sunt. Ego iis a quibus electus sum prouincias obtinentibus inimico hoc optimo viro & mitissimo altero consule referente reductus sum: cum is inimicus qui ad meam perniciem uocem suam communib[us] hostibus præbuisset: si ritu duntaxat uiueret: re quidem infra omnes mortuos amandatus esset. Nunquam de Popilio Lucius Opimus fortissimus consul. Nunquam de Q. Metello non modo. C. Marius qui erat inimicus: sed ne is quidem qui fecutus est Marcus Antonius homo eloquentissimus: cum Aulo Albino collega Senatum: aut populum est cohortatus. At pro me superiores consules semper ut referrent efflagitati sunt: sed ueriti sunt ne causa gratia facere uiderentur: q[uod] alter mihi affinis erat / alterius causam capit[us] receperam: qui prouinciarum fœdere irritati totum illum annum quærelas Senatus luctum bonorum: Italæ uero gemitum pertulerunt. Kalen. uero Ianuariis postea quam orba res. P. consulis fidem tanquam legitimi tutoris implo rauit. P. Lentulus consul parens deus salutis nostræ uitæ: fortunæ: memoriæ: nominis. simulac de sole de religione rettulit: nihil humanarum rerum sibi priusquam de me agendum iudicauit. Atque eo die confecta res esset: nisi istribus plebis: quem ego maximis beneficiis quæstorem ornaueram consul: cum & cunctus ordo. & multi eum summi viri orarent: &. Cn. Oppius so cer optimus vir ad pedes eius flens iaceret: noctem sibi ad deliberandum postulasset: deliberatio non in redenda: quem admodum nonnulli arbitrantur. sed ut patefactū est in augenda mercede consumpta est. Postea res acta est in Senatu alia nulla: cum uariis rationib[us] impediretur: & uoluntate tamē perfecta Senatus causa apud uos mense Ianuario deferebatur. Hic tantū interfuit inter me & inimicos meos. ego cum homines in tribunalí Aurelio palam conscribi centuriariq[ue] uidissem: cū intelligeret ueteres ad spem cædis Catilinæ copias esse reuocatas: cū uideret ex ea parte homines: cuius partis principes nos numerabamus: parti q[uod] mihi inuidarent: partim quo sibi timerent: aut peditores esse aut desertores salutis meæ cū duo consules empti pactio[n]e prouinciarū auctores se inimicis reipubli tradidissent: cū egestate: auaritia: libidies suas uiderent expleri non posse: nisi conflictum domesticis hostib[us] dedissent: Cū Senatus Equites Roma flere pro me: ac mutata ueste uobis supplicare edictis atq[ue] imperiis uetarentur: cū omnium prouinciarū pactio[n]es: cū omnia cū omnibus fœdera: reconciliationes gratiarū sanguine meo sancirent: cū omnes boni non recusarent: quin pro me uel mecum perirent: armis decertare p[ro] mea salute nolui quod potui: quoniam & uincere & uinci luctuosum reipubl. fore putau[er]i. At inimici mei mense Ianuarii cū de me ageretur corporibus ciuium trucidatis flumine sanguinis meum redditum intercludendum putaue runt. Itaque cum ego absui eam rempubli habuistis: ut æque me atq[ue] illam

Municipia
an re de leuula *

1072 ORATIO

restituendam putaretis. Ego autem in qua ciuitate nihil ualeret Senatus: omnis esset impunitas: nulla iudicia: uis & ferrum in foro uersaretur: cum priuati se parietum praesidio non legum tuerentur: trib. Pleb. uobis inspectantibus uulnerarentur: ad magistratum dōmos cum ferro & facibus iretur: consulis fasces frangerentur: & deorum immortalium templa incederentur rem publi. nullam esse putaui. Itaque neque republi. exterminata mihi locū in hac urbe esse duxi: nec si illa restitueretur: dubitaui quin me secum ipsa reduceret. An ego cum mihi esset exploratissimum. P. Lentulum proximo anno consulem futurum qui illis ipsis reipubli. periculosis temporibus ædilis curulis me consule omnium meorum consiliorum particeps: periculorumque socius fuisset: dubitarem quin is me confectum consularib⁹ uulnerib⁹ consulari medicina ad salutem reduceret? Hoc duce collega autem eius clementissimo atque optimo uiro primo non aduersante: post etiam adiuuante reliqui magistratus pene omnes fuerunt defensores salutis meæ. Ex quibus excellenti animo: uirtute: auctoritate: praesidio: copiis Titus Annus. & publius Sextius præstanti in me beniuolentia & diuino studio extiterunt. Eodemque Publio Lentulo auctore & pariter referente collega frequentissimus Senatus uno dis sentiente. nullo intercedente dignitatem meam: quibus potuit uerbis amplissimis ornauit. Salutem uobis municipiis: coloniisque omnibus commendauit. Ita me nudum a propinquis nulla cognatione munitum Consules: praetores tribuni plebis: Senatus: Italia cuncta semper a uobis deprecata est. denique omnes qui uestris maximis beneficiis honoribus sunt ornati: producti ad uos ab eodem non solum ad me conseruandum uos cohortati sunt: sed etiam rerum mearum gestarum auctores testes laudatoresque fuerunt: quorum princeps ad cohortandos uos & rogandos. fuit. Cn. Pom. uir omnium que sunt: fuerunt: erunt uiriuite: sapientia: ac gloria princeps qui mihi unus unus priuato amico omnia eadem dedit: que uniuersæ reipublicæ salutem: ocii dignitatem afferebant: cuius oratio fuit: quemadmodum accepi tripartita. uos primū docuit meis consiliis rempubli. esse seruatam: causaque meā cū cōmuni salute coniūxit: hortatusq; est ut auctoritatem Senatus: statum ciuitatis: fortunas ciuis benemeriti defenderetis. tū me in perorādo posuit. uos rogari a Senatu: rogari ab equitibus: rogari ab Italia cūcta: deinde ipse ad extremū p mea uos salute non rogauit solum ueruetiam obsecrauit. Huic ego homini Q uires tantum debeo: quantum hominem homini debere uix fas est. huius cōsilia. P. Lent. sentētiā: Senatus auctoritatē uos secuti: in eo loco in quo uestris beneficiis fueram: hisdem centuris quibus collocaratis reposuistis. Eodem tempore audiuitis. eodem ex loco sumos uiros ornatisimos atq; amplissimos homines principes ciuitatis: omnes consulares: omnes praetores eadē dicere: ut omniū testimonio per me rempubli. conseruatam esse constaret. Itaque cū. P. Seruilius grauissimus uir & ornatisimus ciuis dixisset opera mea rē

DE REDITV SVO.

publi.in columē:magistratibus deinceps traditam:dixerunt in eandem sentē
tiam cæteri.Sed audistis eo tempore clarissimi uiri non solum auctoritatē: sed
etiam testimonium Lucii Gellii:qui quia suam classem attentatam magno cū
suo periculo pene sensit: dixit in concione uerū si ego consul sicut fui non fuis
sem:tempubli.funditus interiturā fuisse.En ego tot testimoniis Q uirites:hac
auctoritate Senatus:tanta consensione Italiae tanto studio bonorum omniū:
agente.P.Lentulo: consentientibus cæteris magistratibus: deprecante.Cn.
Pom.hominibus omnibus fauentibus/diis denique immortalibus frugū uber
tate:copia:utilitate redditum meum comprobantibus/mīhi meis:reipublicæ re/
stitutus tantum uobis quantū facere possum Q uirites pollicebor: primum q
sanctissimi homines pietate erga deos immortales esse soleant: me eadem er/
ga populum Roma.semper fore Numenque uestrum & que mīhi graue & san
ctum ac deorum immortalū in omni uita futurum.Deinde quoniā me in ci/
uitate res publi.ipsa reduxit:nullo me loco reipubli.desfuturum.Q uod si quis
existimat me aut uoluntate esse mutata:aut debilitata uirtute: aut animo fra/
cto:uehementer errat.Mīhi quod potuit uis & iniuria & sceleratorum homi/
num furor detrahere:cripuit:abstulit:diffipauit:quod uiro forti adimi non po
test:id mīhi manet:& permanebit.V idi ego fortissimum uirū municipem me/
um.C.Marium:quoniā nobis alqua fatali necessitate non solum cum his qui
hoc imperium delere uoluissent:sed etiam cum fortuna belligerandum fuit:eū
tamen uidi cum esset summa senectute:non modo non infracto animo pro/
pter magnitudinem calamitatis .sed confirmato atque renouato: quem ego/
met dicere audiui tum se fuisse miserum cum careret patria:quam obsidione li/
berasset:& cū sua bona possideri ab inimicis ac diripi audiret:cum adolescen/
tem filium uideret eiusdem sociū calamitatis.cum in paludibus demersus con/
cursu ac misericordia Minturnensium corpus ac uitam suam conseruarit:cum
parua nauicula traiectus in Aphricā :quibus regna ipse dederat ad eos supplex
inopsq; uenisset: recuperata uero sua dignitate se non cōmissurum:ut cum ea
qua amiserat: sibi restituta essent:uirtutem animi non haberet:quā nunquam
perdidisset . Sed hoc inter me atque illum interest: q ille q re plurimum po/
tuit ea ipsa re inimicos suos ultus est armis . Ego qua consueui: utar pietate:
quoniam illi arti in bello: ac seditione locus est.Huic in pace atq; ocio: quāq
ille animo irato nihil nisi de inimicis ulciscendis agebat . Ego de ipsis inimicis
tantum quantum mīhi respu.permittit:cogitabo.Deniq; Q uirites quoniam
me quattuor oīno genera hominum uiolarunt . Vnum eorū qui odio reipub.
quod ea ipsis conuictis conseruaram:mīhi inimicissimi fuerunt . Alterū qui p
simulationem amicitiae nefariæ me prodiderunt.Tertiū qui cū propter inertiam
suam eadem assequi non possent: Inuiderent laudi & dignitati meæ.Q uartū
qui cū custodes reipubli.esse debuerunt: salutē meā: statum ciuitatis: digni/
tatem eius imperii quod erat penes ipsos: uendiderūt:siculciscar facinora sin-

ORATIO

gula : quemadmodum a quibusque sum prouocatus : malos ciues / rempu. be-
ne gerendo : p'sidos amicos / nihil credendo : atq; omnia cauendo. Inuidos / uirtu-
ti & gloriæ seruiendo. Mercatores prouinciarū / reuocando domum atq; ab his
prouintiarū rationē repetendo : quāq; mihi maiori curæ est : quemadmodum q
dem uobis : qui de me estis optime meriti gratiam referam q quemadmodum
inimicorum iniuriás crudelitate inque persequar. & enim ulciscendæ iniuriæ
facilior ratio est : q beneficii remunerandi : propterea q superiorem esse con-
tra improbos minus est negocii : q bonis exæquari. Tum etiam nec tam neces-
sarium quidē ē : male meritis referre quod debeas : q ut benemeritos colas : odiū
uel precibus mitigari potest : uel temporibus : & reipubli. cōmuniq; uilitate de-
poni : uel difficultate ulciscendi teneri : uel uetus state sedari. benemeritos qn co-
las : nec exorari fas est : neq; id reipu. repeteret utrūq; necesse est : neq; est excusa
tio difficultatis : neq; æquum est tempore & die memoriam beneficii diffinire. po-
stremo q in ulciscendo remissior fuit : mox aperte laudatur : at grauissime uitu-
perat q in tantis beneficiis quanta uos in me contulisti : remunerandis est tar-
dior. neq; solum ingratus : quod ipsum graue est : uerū etiā impius appellef ne
cessere est. Atqui in officio p'soluēdo dissimilis ratio pecuniaæ debitæ est : propter
ea q pecuniā q retinet : non dissoluit : qui reddidit : non habet. Gratiam & q ret-
tulit habet : & qui habet dissoluit. Quapropter memoriam uestri beneficii colā
beniuolentia sempiterna : nō modo cū anima exuperabo mea : sed etiā cū mori-
tuo monumenta in me uestri beneficii p'manebūt. In referenda aut̄ gratia hoc
uobis repromitto : sempq; præstabo / mihi neq; in consiliis de repu. capiendis di-
ligentiam : neq; in periculis a repu. propulsandis animum : neque in sententia
simpliciter referenda fidem : neq; in hominū uolūtatibus pro repub. lādendis
libertatem : nec in perferendo laboř industriā : nec in uestris cōmodis augēdis
gratā animi beniuolētiā d̄futurā : atq; hāc cura Q uirites erit iſixa animo meo
sempiterna : ut cū uobis q apud me deorū immortalium uim & numen tenetis:
Tum posteris uestris cunctisq; gētibus dignissimus ea ciuitate uidear : quæ suā
dignitatē non posse tenere se : nīl me recuperasset : cunctis suffragiis indicauit.

M. T. C. Q VA SENATVI GRATIAS AGIT POST REDI-
TVM SVVM. ORATIO .XV.

I PATRES CONSCRIPTI PRO VESTRIS
immortalibus in me fratréq; meum liberosq; nostros me-
fritis parū uobis cumulate gratias egero : quæ so obtestor/
que ne mex naturæ potius q magnitudini uestrorū bene/
ficiorū id tribuendū putetis. Quæ enim tanta potest exi/
stere ubertas ingenii ? quæ tāta dicēdi copia ? quod tā di/
uinū atque incredibile genus orationis ? quo quisquam possit ueltra in nos

DE REDITV SVO.

uniuersa promerita non dicam complecti orando : sed percensere numerando : qui mihi fratrem optatissimum : me fratri amantissimo : liberis nostri parentes : nobis liberos : qui dignitatem : qui ordinem qui fortunas : qui amplissimam rempubli. qui patriam : q̄ nihil potest esse iucundius : qui denique nos met ipsos nobis reddidistis . q̄ si parentes carissimos habere debemus : q̄ ab his nobis uita: patrimonium : libertas : ciuitas tradita est: si deos immortales quorum beneficio & hæc tenuimus : & cæteris rebus aucti sumus si Popu. Roma . cuius honoribus in amplissimo consilio : & in altissimo gradu dignitatis: atq; in hac omnium terrarum arce collocati sumus : si hunc ipsum ordine a quo s̄epe magnificetissimis decretis sumus honestati: immensum quidam & infinitum est quod uobis debeamus: qui uestro singulari studio atque consensu parentum beneficia : deorum immortalium munera : populi romani honores uestra de me multa iudicia nobis uno tempore omnia reddidistis: ut cū uobis multa: magna populo Romano : innumerabilia parentibus : omnia diis immortalibus debeamus: Hæc antea singula per illos habuerimus: Nūc uniuersa per uos recuperauerimus. Itaq; Patres. Con . quod ne optādū qdem est homini immortalitatem quandam per uos adepti eē uidemur. quod enim tempus erit unquam quo uestrorum in nos beneficio: memoria ac fama moriatur ? Q ui illo ipso tempore: cum ui: ferro: metu: minis: obfessi teneremini: non multo post discessum meum me uniuersi reuocauistis. Referente. L. Mūtio fortissimo atque optimo uiro quem habuit ille pestifer annus & maxime fidelem & minime timidum: & si dimicari placuisse: defensorem salutis meæ. Posteaq; uobis potestas decernendi non est permissa : per eū Trib. pl. qui cum per se rempu. lacerare non posset: sub alieno scelere deleuit: nunquā de me siliuistis: non nunq; meam salutem ab his consulibus qui uendiderant flagitauistis. Itaq; uestro studio atq; auctoritate perfectum est: ut ille ipse annus quem ego mihi q̄ patriæ maluerā esse fatalē: hos tribunos haberet : qui promulgarēt de salute mea: & ad uos s̄apenumero referrent. Nam consules modesti legū que metuentes impediebantur lege : non ea quæ de me : sed ea quæ de ipsis latata erat cum meus inimicus promulgauit : ut si reuixissent hi qui hæc pene delebunt : tum ego redirem . Q uo facto utrumque confessus est & se illorum uitā desiderare : & magno in periculo rempubli. futuram esse: si aut hostes aut interfectores reipubli. reuixissent: aut ego non reuertissem. Itaq; illo tum ipso anno cum ego cecidi semper: princeps autē ciuitatis non legum præsidio : sed parietum uitam suam tueretur: res publi. sine consulibus esset : neq; solum parentibus perpetuis: ueruetiā tutoribus annuis eēt orbata: sentētias diceū phiberemini: Cūq; caput meæ proscriptionis recitaret: mūq; dubitastis salutem meam cū cōmuni salute cōiūgere . Postea uero cum singulari & præstantissima uirtute P. Létuli cōsulis ex superioris āni caligine & tenebris lucē i rep. kal. Ianuariis de spicere coepistis: cum uirtute: gloria: rebus gestis. Cn. Pompeius omnium geni

ORATIO.

tium: omnium sacerdorum: omnis memoriae facile princeps: tuto se uenire in se natum arbitraretur. Cū. Q. Metelli. nobilissimi hominis atq; optimi viri summa dignitas: cū prætorū / trib. pl. pene omnium uirtus & fides reipu. subuenisset: Tātus uester consensus de salute mea fuit: ut licet corpus abesset meū. dignitas iā in patriam reuertisset. Quo quidem mense quid inter me & meos inimicos i teresset: existimare potuistis. Ego meā salutē deserui: ne propter me ciuiū uulneribus respubli. cruentaretur. Illi meū redditū non Po. Ro. suffragiis: sed flumine sanguinis intercludendū putauerunt. Itaque postea nihil uos ciuib: nūihil sociis: nihil regibus respondistis: nihil iudices sententiis: nihil populus suffragiis: nihil hic ordo auctoritate declarauit. Mutū forū: elinguem curiā: acitā & fractā ciuitatem uidebatis. Quo quidē tempore cū is excessisset: qui cædi & flāmæ uobis auctoribus restiterat: cū ferro & facib: homines tota urbe uolitantes: magistratum tecta oppugnata: deorū templa inflāmata. summi viri & clarissimi consulis fasces fractos: fortissimi atq; optimi viri tribuni plebis sanctissimum corpus non solū tectum atq; violatū manū sed uulneratum ferro conseclūq; uidistis. Quia strage nōnulli permoti magistratus partim metu mortis: partim desperatione reipubli. paululum a mea causa recesserunt. Reli qui fuerunt: quos neq; terror: nec uis: nec spes: nec metus: nec promissa: nec minæ: nec tela: nec faces a uestra auctoritate a Po. Ro. dignitate: a mea salute defellerent. princeps. P. Lentulus parens ac deus nostræ uitæ fortunæ: memoriae nominis hoc specimen uirtutis hoc indiciū animi: hoc lumen consulatus sui reputauit: si me mihi: si meis: si uobis: si reipubli. reddidisset. Qui ut est designatus: nunquam dubitauit sententiā de salute mea & de repub. dignā dicere: cum a tribunis plebis uetaretur: cū præclarū caput recitaretur: ne quis ad uos referret: ne quis decerneret: ne disputaret: ne loqueretur: ne pedibus iret: ne scribendo adesset totā illā ut ante dixi procriptionē non legē putauit. qua ciuis optime de repu. meritus nominatim sine iudicio una cū Senatu reipubli cæ esset electus. Ut uero iniit magistratū: non dicā quid egerit prius: sed quid oīno egit aliud nisi ut me conseruato uestrā in p̄osterū dignitatem auctoritatē que sanciret. dii imortales quantū beneficiū mihi dedisse uidemini: q; hoc anno. P. Létulus præfuit: quo quāto maius dedisset: si supiore anno fuisse? Nec enī euissē medicina cōsulari: nisi cōsulari uulnere cōcidisset. Audierā ex sapientissimo hoīne atq; optimo ciue & uiro. Q. Catulo nō sāpe unū cōsulē ipribū: duos uero nūq; exceptio illo Cesonino tpe fuisse. Quare meā cām semp fore firmissimā dicere solebat: dum uel unus in rep. esset cōsul. Quod uere dixerat si illud de duobus consulib: q; ante in rep. nō fuerat p̄ene ac ppriū manere potuisset. Q d si. Q. Metellus illo tpe cōsul fuisset unicus dubitatis quo aio fuerit in me conseruando futurus: cū in restituendo auctorem fuisse ascripto: reque uideatis. Sed fuerunt duo consules: quorum mentes angustæ humiles: prauæ: oppletæ tenebris ac sordibus nomen ipsum consulatus splen-

DE REDITV SVO.

dorem illius honoris : magnitudinem tanti imperii nec intueri nec sustine-
re:nec capere potuerunt: non consules:sed mercatores prouinciarum:ac uen-
ditores uestræ dignitatis : quorum alter a me Catilinam amatorem suum mul-
tis audientibus : alter Cethegū cōsobrinū suū reposcebat:q me duo sceleratis/
simi post hominum memoriam non consules: sed latrones non modo deseru-
erunt in causa præsertim publica & consulari : sed prodiderunt : oppugnaue-
runt: omni auxilio non solum suo sed etiam uestro cæterorūque ordinum spo-
liatum esse uoluerunt . Q uorū alter tamen nec me nec quēquam fefellit.
Q uis enim ullā ullius boni spē haberet in eo cuius primū tēpus ætatis palā
fuisset ad omnes libidines diuulgatum ? qui ne a sanctissima quidē parte cor-
poris potuisset hominū impurā intēperantiam propulsare . Q ui cū suam rē
non minus strenue q̄ postea publicam confecisset / egestatem & luxuriam do-
mestico lenocinio sustentauit. Q ui nisi in aram tribunatus confugisset : neq;
uim prætoris : nec multitudinem creditorum: nec bonorum proscriptionē ef-
fugere potuisset.Q ui in magistratu nisi rogationem de piratico bello tullisset:
profecto & egestate & improbitate coactus piraticā ipse fecisset : ac minore q/
dem reipubli. detrimento : q̄ q̄ intra mœnia nefarius hostis prædoque uersa-
tus est:quo inspectante ac sedente legem Trib. plebis tulit : ne auspiciis obtē
peraretur:ne obnunciare concilio aut comitiis:ne legi intercedere liceret:ut lex
elia ac fusia ne ualerent : quæ nostri maiores certissima reipubli. subsidia con-
tra tribunitios furores esse uoluerunt . Idemque postea cū innumerabilis mul-
titudo bonorum de capitolio supplex ad eum sordidata uenisset : cunque ado-
lescentes nobilissimi cunctique Equites Romani se ad lenonis impudentissi-
mi pedes abiecissent : quo uultu Cincinnatus ganeo non solum ciuiū lachry-
mas : uerū etiam patriæ præces repudiauit ? Neque eo contentus fuit : sed eti-
am in concionem ascendit : eaque dixit quæ si eius uir Catilina reuixisset :di-
cere non esset ausus : se Nonarū decemb. quæ me consule fuissent Clivi Ca-
pitolini poenas ab equitibus Romanis esse repetiturum . Neque solum id
dixit : sed quos ei cōmodum fuit : compellauit . Lucium uero Equitem Ro-
manum iam præstanti dignitate hominem : & saluti meæ pro familiaritate rei
publi. pro fortunis suis amicissimum : consul imperiosus exire urbe iussit : &
cum uos uestem mutandā censuissetis : cunctique mutassetis : atque idem bo-
ni omnes iam ante fecissent : Ille unguentis oblitus cū toga pretesta . quam
omnes prætores ædilesque tum abiecerant : irrisit squallorem uestrū : & luc-
tū gratissimæ ciuitatis : fecitque quod nemo unquam tyrannus: ut quo mi-
nus occulte uestrum malum gemeretis : nihil dicere : ne aperte incōmoda pa-
triæ lugeretis ediceret . Cum uero in circo flaminio non a tribuno pleb. onſul
in concionem : sed a latrone archipirata productus esset : primū processit qua
auctoritate uir : uini : somni: stupri plenus : mandenti coma: composito capil
lo: grauibus oculis: fluētib⁹ buccis: præſsa uoce & temulēta:q̄ i ciues idēnatōs

ORATIO.

esset animaduersum id sibi dixit grauis auctor uehementissime displicere.
Vbi nobis.hæc auctoritas tam diu tanta latuit? cur in lustris & helluationibus
huius clamistrati saltatoris tam eximia uirtus tam diu cessauit? Nam ille alter
Cesonius Caluentius ab adolescentia uersatus est in foro:cum eum præter si
multatam irritamque tristitiam nulla res commendaret: non consulis studi-
um: non discedi initia rei militaris: non cognoscendorum hominum: non li-
beralitas quem præteriens cum incultum horridum mœstumq; uidisses: eti-
am si agrestem & inhumanum existimares: tamen libidinosum & perditum
non dubitares: cum hoc homine aut cum stipite æthiope si in foro constitisses:
nihil crederes interesse: sine sensu: sine sapore. Elinguem: tardum: inhu-
num negocium: Cappadocem modo abruptum de grege uenalium dices.
Idem domi q; libidinosus q; impurus: q; intemperatus: non in auare cæptis: sed
porro intermisis uoluptatibus. Cū uero litteris studere incipit: Et helluo im-
manis cum græculis philosophari tum est epicureus: non penitus illi discipli-
næ q;cumque est deditus: sed captus uno uerbo uoluptatis. Habet autem ma-
gistros non ex istis ineptis: qui dies totos de officio & de uirtute differunt qui
ad laborem: ad industriam: ad pericula pro patria subeunda adhortantur. Sed
eos qui disputant horam nullam uacuam uoluptate esse debere: in omni pari-
te corporis semper oportere aliquod gaudium delectationemque uersari: his
utitur quasi præfectis libidinum suarum. hi uoluptates omnes uestigant atque
odorant. Hi sunt conditores instructoresq; conuiuii: iidem expendunt atq;
æstimant uoluptates: sententiamque dicunt: & iudicant quid tum cuiq; libidi-
ni tribuendum esse uideatur. Horum ille artibus eruditus ita contempsit hanc
prudentissimam ciuitatem: ut omnes suas libidines: omnia flagitia latere pos-
se arbitraretur: si modo uultum importunum in forum detulisset. Is me quā-
quā equidem non cognoueram eum/propter Pisonum affinitatem: quā lon-
ge hinc ab hoc genere cognitio materna transalpini sanguinis abstulisset. Sed
uos populūq; Romanum non consilio neq; eloquentia: quod in multis sæpe
accidit: sed rugis superciliorq; decepit. L. Piso tu ne es ausus isto oculo non di-
cā isto animo: ista fronte non uita: tanto supercilium: non enim possum dicere tā-
tis gestis cum Gabinio consociare consilia pestis meæ? non te illius unguen-
torum odor: non uini anhelitus: non frons calamistri torta uestigiis in eam co-
gnitionem adducebat: ut cum illius re similis fuisses: frontis tibi integrumento
ad occultanda tanta flagitia diutius uti non liceret: cum hoc coire ausus es: ut
consularem dignitatem: ut reipubli statum: ut Senatus auctoritatē: ut ciuis
optime meriti fortunas prouinciarum scedere addiceres? Te consule tuis edi-
ctis & imperiis Senatui Popu.q; Roma. non est licitum non modo sententiis
atque auctoritate sua: sed ne luctu quidem ac uestitu reipublicæ subuenire. Ca-
puæ ne te putabas: in qua urbe domicilium quondam superbiam fuit: consulē
Iem esse? sicut eras eo tempore? an Romæ in qua ciuitate omnes ante uos

DE REDITV SVO.

consules Senatui paruerunt? Tu es ausus in circo Flaminio productus cum tuo illo pari dicere te semper misericordem fuisse: quo uerbo Senatum atque omnes bonos cum a patria pestem expellerent: crudeles demonstrabas fusile. Tu misericors: me affinem tuum: quem comitiis prærogatiæ primū custodem præfeceras: quem Klen. Ianuarii tertio loco sententiam rogabas: cōstrictū reipubli. inimicis tradidisti. tu meum generū propinquū tuum: tu affinem tuam filiam meam superbissimis & crudelissimis uerbis a genibus tuis repulisti. Idemque tu clementia ac misericordia singulari: cum ego una cū reipubli. non tribunitio sed consulari istu concidisse: tanto scelere tantaque intemperantia fuisti: ut ne unam quidem horam interesse paterere inter meā pestem & tuam prædā. saltē dum conticesseret illa lamentatio: & gemitus ubi: nondum palā factum erat concidisse rempubli. cum tibi arbitria funeralis soluebantur: uno eodemque tempore domus mea diripiebatur: ardebat: bona ad uicinum consulem de palatio: de tusculano ad item uicinum alterū consulem deferebantur: cum hisdem operis suffragium ferentibus: eodem gladiatore latore: uacuo non modo a bonis sed a liberis atque inani foro: ignaro. Popu. Roma. quod ageretur. Senatu uero oppresso & afflito duobus impiis nefariisque consulibus ærarium: prouintiæ: legiones imperia domabantur. horum consulum ruinas uos consules uestra uirtute fulsistis: summaque tribunorum plebis prætorumque fide & diligentia subleuati. Qui d ego de præstantissimo uiro. T. Annio dicam: aut quis de tali ciue satis unquam digne loquetur? qui cum uideret sceleratum ciuem aut domesticum potius hostē: si legibus uti liceret: iudicio esse frangendum: ni ipsa iudicia uis impediret ac tolleret: audaciam uirtute: furorem fortitudine: temeritatē consilio: manū manu: uim ui esse superandam: Primo de ui postulauit: postea quam ab eodem sublata iudicia esse uidit: ne ille omnia ui posset efficere curauit. Qui docuit neq; tecta: neq; forum: nec curiam sine uirtute summa ac maximis opibus & copiis ab intestino latrocinio posse defendi: qui primus post meum discessum metum bonis & audacibus: timorem huic ordini: seruitutem depulit ciuitati: quam rationem pari uirtute: animo fide. P. Sestius secutus pro mea salute: pro uestra auctoritate: pro statu ciuitatis nullas sibi inimicitias: nullam uim: nulos impetus: nullum uitæ discriminem uitandum unquam putauit. Qui causam Senatus exagitatam concionibus improborum sic sua diligentia multitudini commendauit: ut nihil tam populare questrum nomen: nihil tam omnibus carum aliquando questra auctoritas uideretur. Qui me cum omnibus rebus quibus tribunus plebis potuit: defendit: tum reliquis officiis iuxta ac si meus frater esset sustentauit. Cuius ego clientibus: libertis: familia: copiis: litteris ita sum sustentatus: ut meæ calamitatis non adiutor solum uerum etiam socius uideretur. Iam cæterorum officia studia que uidistis. Quoniam cupidus mei, C. Cestilius: quam studiosus

ORATIO.

uestri:quam non uarius fuerit in causa? Quid Mosopius:cui ego ipsi parenti fratriq; eius sentio quātum debeam:qui cum mea sententia uoluntas eorum in priuato iudicio esset offensa:publici mei beneficii memoria priuatam offensionem obliterauit.Iam.T.Fadius:qui mihi quæstor fuit:M.Curius:egō patri quæstor fui:studio:amore:animo huic necessitudini non defuerunt.Q.Fabricius si quæ de me agere conatus est:& contra uim & ferrum perficie potuisset mense Ianuarii nostrum statum recuperasse:quem ad salutē meam uoluntas impulit:uis retardauit:auctoritas uestra reuocauit.Iam uero prætores quo animo in me fuerint uos existimare potuistis:cum L.Cecilius priuatum me suis omnibus copiis studuerit sustentare:publice p̄mulgarit de mea salute cum Collegis pene omnibus,direptoribus autem bonorum meorum ius adeundi potestatem non fecerit.M.autem Calidius statim designatus sententia sua:q̄ effet sibi cara mea salus:declarauit.Omnia officia.C.Septimii.Q.Valerii.P.Crassi:Sex.Q uintilii.C.Cornuti summa & in me & in remp.confliterunt:quæ cum libenter commemorem non ingratus:nemo enim gratiarum immemor est gratus inuetus nōnullorū in me commissa nefarie p̄ter eo.Non est mei temporis iniurias meminisse:quas ego si ulcisci possem:tamen obliuisci mallem.Alio trāsserēda mea tota uita est:ut bene de me meritis referam gratiam:cum apertis hostibus bellum geram.timidis amicis ignoscam:proditoribus meis non indicem dolorem profectiōis meæ:defensores redditus dignitate consoler:q̄ si mihi nullum effet officium in omni uita reliquum:nisi ut erga duces ipsos & principes atque auctores salutis meæ satis gratus iudicarer:tamen exiguum reliquæ uitæ tempus non modo ad referēdam uerū etiam ad cōmemorandā gratiam mihi relictum putarē.Q uando enim ego huic homini ac liberis eius:quando omnes mei gratiam referent:quæ memoria:quæ uis ingenii:quæ magnitudo obseruantia:tot tantisq; beneficiis respondere poterit:qui mihi primus afflicto & iacenti cōsularem fidē dexterāq; porrexit:q̄ me a morte ad uitam:a desperatione ad spem:ab exitio ad salutem reuocauit.quanto amore in me studio in remp.fuit:ut excogitaret quemadmodum calamitatem meam non modo leuaret:sed etiam honestaret.Quid enim magnificientius? Quid præclarior mihi accidere potuit:quoniam quod illo petente uos decreuistis:ut cuncti ex omni Italia qui.Rēpu.saluam uellēt:ad me unū hominem fractum & prope dissipatum restituēdum & defendēdum uenirēt:ut qua uoce a te Romule post Romā conditam consul usus esset prouiniera repu.apud eos solum qui eius uocem exaudire possent.eadem uoce Senatus omnibus agris atq; oppidis ciues totamq; Italiam ad unius salutem defendendam excitaret.Quid ergo glorioſius meis posteris potui relinquere:quoniam hoc Senatum iudicasse?Qui ciuis me non defendisset:eum remp.saluam noluisse:Itaq; tantum uestra auctoritas:tantum eximia consulis dignitas ualuit:ut omnis flagitium se committere putaret:si quis non ueniret.Idēq;

DE REDITV SVO.

consul cum illa incredibilis multitudo Romam & pene Italia ipsa uenisset: uos frequentissimos in capitolium conuocauit: quo tempore quantam uim naturæ bonitas haberet: aut uera nobilitas: intelligere potuistis. Nam Q. Metellus & inimicus & frater inimici perspecta uestra uoluntate omnia priuata odia de posuit: quem P. Seruilius uir cum clarissimus: tu uero optimus mihiq; amicissimus: & auctoritatis & orationis suæ diuina quadam grauitate: ad sui generis comitum sanguinis facta uirtutelq; reuocauit: ut haberet in consilio & fratrem ab inferis socium rerum mearum: & omnes Metellos præstatiissimos ciues pene ex Acheronte excitatos: in quibus numidicum illum Metellum: cuius quondam de patria discessus honestis omnibus luctuosus tandem uisus est. Itaque dimittiatur non modo salutis defensor: qui ante hoc unum beneficium fuerat inimicus ueruetiam est ascriptor dignitatis meæ. Quo quidem die cum quadrincenti: decem Senatores esletis. Magistratusque omnes abessent: dissensit unus: qui sua lege coniuratos etiam ab inferis excitandos putarat. Atque illo die quo rem pub. meis consilii conservata grauissimis verbis & plurimis iudicassetis: idem consul curauit: ut eadē a principibus ciuitatis in concione postero die dicerent: cum quidem ipse egit ornatissime causam meā: perfecitq; astante atque audiente. Ita lia tota ut uix cuiusdam conducti atque perditu uocem acerbam atque inimicā bonis possent audire. ad hæc non modo adiumentū salutis: sed etiam ornamenta dignitatis meæ reliqua uos idem addidistis: decreuistis ne quis ulla ratione rem impediret: qui id impedisset: grauiter molesteque laturos: illum contra rem pub. salutēque honorū concordiamque ciuium facturū: & ut ad uos ea statim referentur. meque etiam si diutius calumniarent: redire iussistis. Quid ut agerent grauiæ qui e municipiis uenissent: qd ut ad illam diem res cum recidissent: rogarerent: ut pari studio conuenirent. Quid deniq; illo die quē. P. Lentulus mihi fratri que meo: liberisque nostris natalē cōstituit: non modo ad nostrā: ueruetiā ad sē piternā memoriam temporis: quo die nos comitiis centuriatis quæ maxime maiores iusta dici haberique uoluerunt: arcessiuit in patriam: ut exdem cēturiæ quæ me consulē fecerant: consulatū meū comprobarent. quo die quis ciuis fuit qui non nefas esse putaret quacumque aut ætate aut ualitudine esset: non se de salute mea sententiā ferre: quando tātam frequentiā ī cāpo: tantum splendorem Italiam totius: ordinūque omniū: quādo ulla dignitate tot rogatores: diriuatores custodesque uidistis? Itaque P. Lentuli beneficio excellēti atque diuino non solū reducti sumus in patriā: sicut nonnulli clarissimi uiri: sed equis insignibus: & curru aureato reportati. Possum ego satī in Cn. Pom. unq; gratus uideri: qd nō solum apud uos q idem sentiebatis: sed etiā apud uniuersum populū salutē Populi Roma. & cōseruatā p me & cōiunctam esse cū mea dixerit. Qui causam meam prudentibus commendarit Imperitos edocuerit: eodemque tempore improbos auctoritate sua compresserit: bonos excitarit. Qui Po. Roma. pro me tanquā pro fratre: aut pro parente non solū hortatus sit: ueruetiā obsecrarit qui

T

ORATIO

ipse propter metum dimicationis & sanguinis domo se tenens etiam a superioribus tribunis petierit: ut de salute mea & pmulgarent:& referreret,q in colonia nuper constituta:cū ipse gereret magistratū in qua nemo erat emptus itercessorū uim & crudelitatem priuilegii auctoritate honestissimorum hominū & publicis litteris consignauit.Princepsq̄ Italæ totius præsidiū ad nostrā salutē implorandū putauit qui cum ipse mihi semper amicissimus fuisset etiam ut suos necessarios mihi amicos redderet elaborauit.Q uibus autē officiis beneficia.T. Annii remunerabor? cuius omnis ratio: cogitatio totus deniq̄ tribunatus nihil aliud fuit nisi constans: perpetua: fortis: iuicta defensio salutis meæ.Q uid de .P.Sestio loquar: qui suā erga me beniuolentiā & fidem non solum animi dolore: sed etiam corporis uulneribus ostendit? V obis uero.P.con.singulis & egi:& agā gratias uniuersis.Egi initio quātū potui:satis ornate agere nullo modo possum:& quāquā sunt in me præcipua merita multorum: quæ silleri nullo modo possunt:tamen huius temporis ac timoris mei non est conari cōmemorare beneficia in me singulorū.Nā difficile est non aliquem / nefas quēquā p̄terire.ego uos uniuersos .P.C.deorū numero colere debeo.sed ut in ipsis diis i mortalibus non semper eosdem atq; alias alios solemus uenerari & precari: sic in hominibus de me diuinitus meritis oīs erit ætas mihi ad eorū in me merita predicāda atq; recolenda.Hodierno aut̄ die nominatim a me magistratib; statui gratias esse agēdas & de priuatis uni qui pro salute mea municipia coloniæ asq; adisset/populū supplex obsecrasset: sententiā dixisset eā quā uos secuti mihi dignitatē meam reddidistis uos me florentē semper ornastis: semper laboratem mutatione uestis & prope luctu uestro quoad licuit defendistis. Nostra memoria Senatores ne in suis quidē periculis mutat uestem solebant.In meo periculo Senatus ueste mutata fuit: quoad licuit per eorum edicta qui mea pericula non modo suo præsidio: sed etiam uestra deprecatione nudarunt. Q ui bus ego rebus obiectis cum mihi priuato configendū uiderē:cū eodem exercitu:quē consul non armis sed uestra auctoritate superaram / multa mecum ipse reputauit.dixerat incontione consul se cliui capitolini pœnas ab equitibus rationis repetiturū: nominati alii cōpellabantur. alii citabantur:alii relegabantur.aditus tēplorū erant non solū præsidiis & manu: ueruetiā de molitiōe sublati.Alter consul ut me & républi.non modo desereret: sed etiā hostibus répu. proderet:pactionibus eos suorū premiorū obligarat.Erat aliud ad portas cum imperio in multos ånos magnoc̄ exercitu: quem mihi inimicū fuisse non dic: tacuissem cū diceretur esse inimicus.Scio duas partes in republi.cum putaretur altera me deposcere propter inimicitias: altera timide defendere propter suspicionem cædis putabatur.Q ui autē me deposcere uidebantur.ii huius außerū dimicationis metum: q̄ nōnūquā inficiando suspicionem hominum curāq; minuerunt.Q uare cū uiderē Senatum ducibus orbatum : me a magistris partim oppugnatū: partim proditum: partim derelictū: seruos simulati-

DE REDITV SVO.

one collegiorū nominatim eē cōscriptos: copias oīs Catilinæ pene iisdē ducib⁹ ad spē cādis & incēdiorū eē reuocatas: Eq̄tes Romanos pscriptōis: uastitatis: cādis metu eē pmotos: Potui. P.C. multis auctoribus fortissimis uiris me ui armisq; defendere. Nec mihi ille ipse animus idem meus uobis nō icognitus defuit. Sed uidebā si uicissim pr̄sentē aduersariū: nimiū mihi multos alios esse uincēdos. si uictus eēm: multis bonis & p me & mecū & post me etiā eē peundum. Tribunitiūq; sanguinis ultores eē pr̄sentē: mea mortis poenas iudicio & posteritati reseruari nolui. Cū cōsul cōmunē salutē sine ferro defēdissem: me am priuatus armis defendere nolui: bonoſq; uiros lugeſ malui meas fortunas. q̄ suis despare. At si solus essem interfectus: mihi turpe: si cū multis reip. funestū fore uidebas. q̄ si mihi æternā eē erūnam ppositā arbitrarer: morte me ipse potius quā sempiterno dolore mulctassem. Sed cū uiderē me nō diutius q̄ ipsam rēp. ex hac urbe abfuturum: neq; ego illa exterminata mihi remanendum putauī: & illa simulaq; reuocata ē: me secum pariter reportauit: mecum leges: mecum questiones: mecum iura magistratum: mecū Senatus auctoritas mecum libertas: mecum etiā frugū ubertas: mecum deorum & hominum sanctitas: oēs & religiōes absfuerūt: quae si semp abessent magis uestras fortunas lugere: q̄ desiderarē meas. Sin aliquādo reuocarent: itelligebā mihi cū illis una eē redeundum: cuius mei sensus certissimus testis ē hic idem: qui custos capitū fuit. Cn. Plantius: q̄ oībus puincialib⁹ ornamētis cōmodisq; depositis totā suā quāsturā ī me sustentādo & cōseruādo collocauit: q̄ si mihi quāstor Imperatori fuisset: in filii loco fuisset. Nunc certe erit in parētis: cum fuerit quāstor nō Impii: sed doloris mei. Q uapropter. P.C. quoniā ī remp. sum pariter cum rēp. restitutus: non modo in ea defendenda nihil minuā de libertate mea prisina: sed etiā adaugebo. Etenim si eam tum defendebam: cum aliqd mihi illa debēbat: qd nunc me facere oportet: cum ego illi plurimum debeā: Nā qd ē qd animum meum frangere aut debilitare possit: cuius ipsam calamitatē nō modo nullius delicti: sed etiam in rēp. beneficiorum diuinorum testē esse uideas. Nā importata est: q̄a defenderam ciuitatem: & mea uoluntate suscepta ē: ne a me defensa respu. p eundem me extremū in discrimen uocaretur. Pro me non ut p Publio Popilio nobilissimo homine adolescentes filii non propinquorum multitudo. P.R. est deprecata: non ut. p.Q. Metello. summo & clairissimo uiro spectatæ iā adolescētiæ filius: non. L.& C. Metelli cōsulares: nō eorum liberi: non. Q. Metellus nepos. qui tum consulatum petebat: non Lucci: Seruili: Scipiones: Metellorum filii flentes ac sordidati. P.R. supplicauerunt. Sed unus frater qui in me pietate filius: consiliis parens: amore ut erat frater inuentus ē squallore & lachrymis & quotidianis p̄cibus: desideriū mei nominis reuocari & rerum gestarū memoriam usurpari coegit. Qui cum statuisset nisi p̄ uos me recuperasset: eādem subire fortunam: atq; idem sibi idem domicilium & uitæ & mortis deposceret: tamē unq; nec magnitudinem nego.

ORATIO

cii: nec sollicitudinē suā: nec uim inimicorū ac tela p̄timuit. Alter fuit ppugna-
tor mea: fortunā & defensor assiduus sūma uirtute & pietate. C. Piso gener:
q̄ minas inimicorū meorū: q̄ inimicitias affinis mei pp̄nqui sui consulis: q̄ Pōi
tū & Bithyniā quæstor p̄ mea salute neglexit. Nihil unq̄ Senatus de .P. Popi
lio decreuit. Nunq̄ in hoc ordine. Q. Metelli mētio facta ē. tribunitiis sunt il-
li rogationibus īterfectis inimicis deniq̄ nulla auctoritate Senatus restituti cū
alter eorū senatui paruisse: alter uim cādēq̄ fugisset. Nā. C. Marius q̄ hac ho-
minū memoria tertius ante me consularis tēpestate ciuili expulsus est: nō mo-
do a Senatu restitutus nō ē: sed reditu suo Senatū cūstū pene deleuit. Nulla d
illis magistratuū consensio. nulla ad rēp. defendēdā. po. Rō. cōuocatio: nullus
Italiæ motus: nulla decreta municipiorū & coloniarum extiterūt. Q uare cum
me uestra auctoritas accersierit po. Rō. reuocauerit: resp. iplorauerit: Italia cū
cta pene suis humeris reportarit nō comittā. P. C. ut cū mihi sint restituta: quæ
in potestate mea non fuerunt: ea non habeā quæ ipse præstare possim: præserti
cum illa amissa recuperauerim: uirtutē & fidē nunq̄ amiserim.

M.T.C. AD EQ VITES ROMANOS PRIDIEQ VAM IRET IN EXILIVM. ORATIO. XVI.

I Q VANDO INIMICORVM IMPETVM Pro
pulſare ac ppellere cupistis: defendite nunc uniuersi unū:
q̄ ne omnes uno cōcideretis ardore flāmæ mei capitis pī
culo nō dubitaui prouider. Nam quē uirtutis gloria cum
sūma laude extulit ad cālum: eundem inimicorum inui-
dia indignissime oppressum deprimit ad supplicium. Si
liberoz conceptā duscedinem animo inclusam cōtinetis:
holite eo uelle carere: qui carissimā ueltrā p̄creationē sibi esse duxit. Est enī li-
berale officiū serere beneficiū: ut meter possis fructum. fidei conduce in loco
debitū retribuere. Illuc enim animi uoluntas ppensa comprobatur: hic memo-
ria collaudat. Itaq; si omnibus' graue iugū seruitutis eē debet in libertate edu-
catis: sit uestris animis acceptissimus: qui a uestro corpore iugum acerbissimū
reppulit seruitutis. & si maiores uestri eos Imperatores q̄ militum uirtute ho-
stium fregerunt furorē: iucundissimo fructu libertatis reconciliato non solum
statuis dignos putarunt: sed et̄ æterna triumphi laude decorarūt: Tum uos eū
consulem q̄ nō militum p̄senti fortitudie: sed sua eximia animi uirtute hostile
ciuium mētē senatus auctoritate vindicauit existimare uobis retinēdum eē i ci-
uitate. Si qua beneficia singulis ciuibz priuatip̄ dant: ea solēt his eē fructuo-
sa a q̄bō sunt p̄fecta: tute & merito possum ego uos ad defensionē meæ salutis
adhortari quos conseruaui uniuersos: Nā neq; maius ē defendēr unū q̄ popu-
lum: neq; uerius a singulis q̄ ab oībo repeterē officii p̄miū & fructū. Propterea

AD EQ VITES RO PRIDIEQ VAM IRET IN EXILIVM.

q̄ in unius periculo s̄epe contentio parua & leuis sit labor defensori sustinendus. In reip. insidiis quo firmius est quod oppugnatur: Eo ferociores sunt inimici: ut his nisi magna sollicitudine industria uirtute resisti non quæat. & singularum opes s̄epe sunt tenues & infirmæ ad gratiam referendā ut opitulari benemerentibus nequeāt si maxime cupiat. Vniuersorum auxilium eo plurimū prodest: quo firmioribus opibus est annexum. iure igitur quoniam & maior in pena in patriā officii facta ē q̄ in priuata fuit defensione: plus a uobis presidii q̄ a ceteris opis ad salutē pōt afferri. Vos obtestor quos mihi & debere & posse intelligo opitulari. Non conuenit enim cum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus: Vos ad gratiam referendam eē tardiores: nec cuius amplitudinem & gloriam laude & honorib⁹ amplificare debetis: Eius incolumitatē & salutem deserendam existimetis: errat. n. si quis arbitrat⁹. M. Tullium iccirco in periculum capit⁹ uocari q̄ deliquerit Aliquid: q̄ patriā læserit. q̄ improbe uixerit. non citatur reus audacia: uirtutis reus citatur: non accusat⁹ q̄ tēi publi. ui oppugnauerit. Sed q̄ hōmō nouus permitiosum nobilium restinxerit furorem. Non obest mihi nocens & turpis sed honestissime lautissimeq; ac ta uita nō odio bono: Sed inuidia premor malorum. Intelligunt homines tot & tam præclaris testimoniis monumentisq; uirtutis comparatis. M. Tullium dum sit incolumis fore uoluptati. Iccirco uitam eripere cupiunt: uti cū spiritu sensum quoq; adimant iucunditatis. Nonne igitur indignū est eos premiis meis inuidere: qui uirtute certare uoluerunt: eos in contentionē uenire honoris qui officiis se supari animo æquissimo tulerūt: si dulcis est gloria: consequere uirtutem. Noli abiicere labores: petere honorem: honorem dico: simo uero fama: fortunas: familiā: liberos: caput: corpus ipsum deniq; sanguinē atq; animam. Cedo inuitus de repu. Cedo oppressus de fortuna. de dignitate. discedo a repu. uictus audacia malorum. liceat manere si non illū. M. Tullium custodem urbis: defensorem omniū: patrem patriæ: at certe reliquias Tullii liceat in conspectu ciuium in hac urbe: quam ex parricidarum fauibus eripuit: remaneat. Tecta omnium: fana deorū: uniuersam uidere periculi ciuitatem: liceat ex hac flāma euolare præsertim me: qui illud impium incēdium p̄ditorum hominum lachrymis potius meis: q̄ uestro sanguine extingui malui. Neque enim ego peto: ut mihi detis uitā: sed datā repeto: ut reddatis. Si meministis quod dedi: nō debetis obliuisci istis retribuere quod debetis. Vos uos obtestor dii immortales: q̄ meæ mēti lumina p̄tulistis: cū cōsensum cōjuratois extinxi: arcēq; urbis abū cēdō & flāma liberaui: liberosq; uestros a gremio & cōplexu matrum ad cēdē & crux nō sum passus abstrahi. Nō igit̄ pōt fieri a cliētib⁹ ut recipiar: cū a q̄ bus retineri debeā reiicere instituāt. Socii quo fugiēt: cū aditus custodi patriæ præclusus sit: Quomodo spes salutis reliqs residebit: cum ciuib⁹ præclusa sit expectatio incolumitatis: pax & concordia extraneis gignetur: cū iā domesti cis nō iſideat: sed publice p̄uidēti eripiatur: Nā qd ego iproboḡ facta renouē

T iii

Conclusio huius Argvi.

Vixit etiam
q̄ uamnis latenter cives Romanos erga
benemeritos esse innotescerat

Nunc Gallican genera clavis primus fuit
Lambulus patricius ex ornatus in gelo

Quidam

Aliorum donis nō es inviident
hunc grātia bevs illa dat,

ORATIO

oratione: ut redintegratioē illius cōiurationis uulnerē animos uestros . Auxiliū ab alienis efflagitabitis cū ciues uestros deseratis ? Sociorū iuocē subsidiū:cū a ciuibus interclusum sit præsidium:quā colere gentē nō institui ? Vtrū ut custos accipiar:an ut p̄ditor excludar : si ut cōseruator / uestra erit ignominia. si ut op̄ pugnator: p̄cisa erūt oīa. Itaq; quod putauī fore gaudiū:id extitit exitiū. Si q̄rites eūdē in ceteroꝝ periculis haberemus animū quē in nostris difficultatibꝫ:& p̄ innocētissimo quoq; p̄pugnare & nocētissimū quēq; oppugnare nobis utilissimū eē arbitramur. & si cū optimi cuiusq; rebo aduersis nostrā salutē cum deterrimor̄ hominū secūdis nostra p̄icula putaremus cōiuncta:frequētes profecto talibꝫ conatibꝫ obuiā ire niteremur. Neq; p̄tīm īnocētia freti p̄tīm nobilitate nixi : p̄tīm potētia ac multitudine amicorꝫ fulti:cū p̄facile existimemus ad uersarioꝝ uīm ac factioꝝ a nobis repellī posse : subito ipsi simili p̄iculo circū uēti in nostro euētu alioꝝ reminiscentes casus : iure id nobis accidere nequaꝝ queramur. Q uis enī ē Quirites : q̄ nūc cū inimicorꝫ nostroꝝ uīm ac uiolētiā p̄spiciat cūq; nostrū p̄iculissimū casum recognoscat : q̄ nō sibi ac suis diffidat fortunis. Q uo enim se satis tutū arbitratur præsidio uirtutis & gloria ? At ea nos ipsa hoc tēpore oppugnat. multitudine amicorū : A puerū nō fortis eē se amicos si in eoꝝ potestate nostra sita salus nō ē. paucitate inimicorꝫ:at id nō est ipsius: sed i alioꝝ uolūtate positū ē. Nā nō satis ē:ne cui iniuriā facias; puidere. si tñ sunt uolūtarii inimici:q̄ tuis te premiis oppugnēt. Atq; adeo cū hæc oīa oībus sint grauia atq; acerba:tūc uero nobis misera atq; intollerāda:quorꝫ & officia in rēpu. frequētissima & icōmoda ob rēp. frequētissima i familia ueriantur: Nūc si eadē cōdītio disceptationis p̄ponet :xq̄ auditores adhibebūtur. aures nō obtusæ criminatiōe: sed uacuæ p̄æbebunt :q̄ sunt assoluti summum gradum honoris non dispoliabuntur honore : qui sperant: facilius & proclivius ad laudem nobilitatis puenient . Q uamobrem nolo me duce suppliciū uos ad fraudem deduci:ut ego ad pristinum statum recidam casus . Nunc igitur si lingua concertandum est:innocentiae uirtute fretus superero. si facta compenſanda sunt:conferamus æquitatem. Si uiolentiæ impetu opprimimur decedā pro omnibus unus tribunitio furori : quoniam laborem pro cūctis perferre cōsueui . Si igitur aliquo tempore his hominibus consuliūtis: quorum animus religione pietatis est defunctus:debetis mihi quoq; p̄spicere :q̄ numini deoꝝ consecratum sartum ac tectum ab omni periculo conseruauī : & uos ut tutam & tranquillam fortunam traheretis : mea perfeci uigilantia. Nam me quē pau loante fortuna erexerat ad gloriam : uirtus extulit ad laudem:populus tribuit honorem:eundem tribuni furor exagitatus depulit ad calamitatem. quoniam animaduertistis illā cōspirationē conflatam ita esse restinctam:ut nulla scintilla incendiī compareat : V os quoque tribunitiam sedate temeritatem: q̄ nūc se mihi inimicum ostendit : se uestrum prius esse confessus est inimicum : ne rei crudelitas in me experta in uos conualeſcat : & calamitas remorata longius

Faſtio

Sartum

AD EQVITES RO.PRIDIEQVAMIRET IN EXILIVM.

Serpat: atq; progrediat' præcauete. Nūc uel uos solus defectus ad calamitatem uel primus ad tale uocatus periculum: oīum animos iure debeo cōmouere. Oīa sunt īmutata. manus religant' ad demonstrādam iniuriā lingua incidit' ad de plorandam calamitatem. Animus præcluditur ad exponēdā rei indignitatem. humilitatem generis obiiciunt nobis. Q ui nouam rationem suscitant: ueteres maioꝝ obterūt laudes: sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis: aut in uos scelerate loquar factis? Quorum cognita improbitas me tacente coar gutur turpitudine uitæ: ut de his non sit necesse inimicos prædicare: de quoꝝ scelere ne amici quidē aut ipsi possunt negare. V os ego appello: quoru de me maxima ē potestas. apud uos loquor de mea calamitate: quos habui semper īnocentiæ & uirtutis meæ testes. Igitur ex ciuitate benemeritus de repu. cuius ex turbatur: innocens expelliſ. Consularis homo non minimis usus quandam fa cultatibus amicorum: multoꝝ præsidio munitus: nūc partim ab īuidis. partim ab inimicis circūuentus eget īdigne. Huic si opem nō tuleritis in periculo capitis: uos credo retinebitis uestram libertatem: qui neq; tanta ualetis auctoritate: neq; tantorū officiorū impensam egistis in patriam. Mihi credite hoc ī uno ī cōmodum confirmatum multorum infirmabit in columitatem. & si initio non erit refutatum: impune ad omniū perniciem cōualeſcat. Proinde aut ī meo periculo salutē integrā præstate cōem. aut in uestris hoc idem incōmodū expecta te fortunis. Nemo enim tam perdita auctoritate: tam facinorosa īuentus est uita: qui cum de scelere fateretur: non tamen sententiis prius iudicū conuin ceret: quam supplicio addiceretur. Ego repente ui tribunitia correptus nō modo loquendi libere in iudicio: sed ne consistendi quidem in ciuitate habeo postulatam. Eiūcior non solum sine teste/ sine iudice: sine criminē: sine accusatore: sed sine etiam scelere. hostibus in bello qui dissident uoluntate dimicant armis quotidie uitam oppugnant: in ipsa acie cum præliantur licet loqui: licet dispu tare: mihi in pace ciui qui p̄ditorum hominū fregi furorem: pro fortunis meis apud uos loqui non licebit. Serui qui ad supplicium uerberibus cæsi trahunt' apud eos s̄pē disputant: quos necare uoluerunt. Ego consularis apud eos nō loquar: quos conseruaui. Tacebo: si necesse est. tacebo īquā æquo animo: quo niā uirtus mea me tacente agit causam meā. Itaq; ut ego ī conciōe mea nihil ponam de meis rebus gestis: tamen in animis & memoria uestra largiter relin quam. Iſti modo uideant qua ratione hāc meam inultam fugam ferre possint. & enim si a me ut ipſi existimant: Lentuli mortui sordes: si Catilinæ notissimus furor: si amentia Cethegi: si luxuries aut stupra Cassii pœnas repetunt: Profecto iſtis hora nulla electio. M. Tullio uacua a periculo: aut expectatione periculi relinquetur. Ita illi in dies non in meis insidiis: que nullæ a me parantur: sed suorum scelerum conscientia cruciat mihi absenti & Populo Romano dabunt pœnas. Quas ob res ego inimicorum amentiæ cupiditatibꝝ paucorum omniū salutis causa decedam, neque in eo deducar: aut progredi patiar:

ORATIO.

ut opera mea manus intra uos conseratis:cædesq; ciuium inter si fiant:multo-
que potius ipsa patria liberisq; meis carebo q; propter unum me de fortunis ue-
stris reiq; publi.dimicetis . Sic enim a principio fui animatus:ut nō magis me
mea causa putarem esse natū:q; reipub.procreatū.Sed illud queror quod nō iā
ad unius perniciem:sed ad uniuersorum instruitur calamitatē.conquerī : com-
miserari:dicere: expurgare : suspicionē dimouere:crimen diluere nō licere:ore
oppresso ceruices eē præbendas.Q uæ tamen omnia iam non tam sunt cala-
mitosa:q; mihi sunt subeunda:q; pernicioſa:q; i repub.sunt introducta.Q uā
obrem statutum ē atq; decretum in his temporibus ciuitatis omnia ppeti:quæ
uulet furor libidinosus . Vim uolunt afferre:præsto sum . eiicere uolūt: Exeo
indicta causa:nolunt audire cām:non dico.aliud quippam conant: agāt.ni
hil duri: nihil acerbi mihi erit quod Rempublicam tutabitur . non enim uic-
tis illis cedo : sed incolubus uobis me condono . neque enim mors miseran-
da est: quæ ob Rempubli.capitur.neque exilium turpe:quod uirtute suscipit:
cum præsertim non nullam hæ pœnæ habeant in se consolationem . Nam ui-
tam si eripiunt:non adiment gloriam imortalē.si exilio mulctabunt corpus:
non animum a repu.remouebunt.Nam ubiq; ero:hæc cogitabo:hæc sem-
per cura mea:meque uobis eruptum non a uobis repudiatum existimabo . Il-
lud ab uniuersis peto postuloq; : Si dum in ciuitate manere licitum est;nemi-
ni iniuste periculum creauit;nemini innocentia calamatati : Si omnibus au-
xilio præsidioq; esse consueui : plurimosq; i hac ciuitate sum tutatus:uti uos
liberos meos in uestram fidem recipiatis: eosq; defendatis: ne ue inimicos me-
os longius in familiam nostram progreди patiamini . Vtq; siue hinc abiero:si
ue hic ero oppressus : ea maneat opinio & existimatio: quæ uirtute parta non
quæ in felicitate illata est.Nūc ego te Iuppiter optime maxime.O Mars cuius
nutu ac ditione sola terrarum gubernant:teq; particeps connubii socia regni
regina Juno : teq; Tritonia armipotens Gorgonia : Pallas:Minerua : cæteriq;
dii deæq; imortales:qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolii in saxo in-
colitis constitutam : ut non solum cunctam intueri : sed etiam tueri possitis ci-
uitatem:a quorum altaribus ego quondam impiam ciuium manum remoui:
a quorum templis meo periculo funestam reppuli facem:ne illustrissimum or-
bis terrarum monumentum cum principe omnium terrarum occideret ciuita-
te: Teque Iuppiter stator: quem uere huius Imperii statorem maiores nostri
nominauerunt : cuius a templo hostilem impetum Catilinæ reppuli a muris:
cuius templum a Romulo uictis Sabinis in palatii radice cum uictoria collo-
catum est:Oro atq; obsecro : ferte opem pariter reipu.cunctæq; ciuitati meisq;
fortunis resistite Tribunitio furori . Fauete innocentiae . subuenite solidudini.
miseremini senectutis. nolite eum supplicem a uobis abstrahere & excludere:
qui in suo magistratu funestam facem a uestris reppulit tēplis.Si.C.Mario au-
xilio fuistis:q; i cliuo Capitolino iproboru ciuiū fecerat cæde:Si ,P.Scipio:iq;

Inducta causa

AD EQ VITES RO.PRIDIEQ VAMIRET IN EXILIVM.

Hánibalis furibundā mentem a uestris reppulit templis. Si deniqz.Cn.Pom.
q̄ terra & mari hostes reddidit pacatos: sic nunc in meis calamitatibꝫ aliquam
ferte opem diuinā. Ut s̄æpe multorū in periculis fuistis: sic in meis miseriis ali
quod diuinū auxilium & numen ostendite. Deinde uos quorum potestas pro
xime ad deorū imortalium numen accedit: oro atqz obsecro quibus sigillatim
s̄æpe supplex ad pedes iacui: ut eū quem singuli stratum: atqz obiectum sub/
leualis: nūc uniuersi conseruatum uelitis. Si neminem unquam uestrū læsi:
si nemini innocentī obfui: si etiam econtrario ut quisque meam desiderauit o/
pem ferre non dubitaui: Si deniqz quæcūque administraui ex uestra auctorita
te & patrum Con.uoluntate feci: Si malui inimicorum cupiditati: quā reipu. &
legitimæ auctoritati pœnas sufferre: uti existimetis ex illo crudelissimo inimi/
corum impetu ereptum in antiquum statum dignitatis restitui cōuenire. Sed
quoniam neque mihi libere loquendi: neque uobis clementer iudicandi: neqz
omnino iudicandi paucorum furore & audacia facta est potestas: sed oppres/
sa est respu.armis: metu debilitata seruli: uti liberum spiritum ducendi nul/
lam habeat potestatem: cedam inermis armatis: Innocens nocentibus: priua/
tus furibundo magistratui. Neque enim .Q .Metellus quicquam de sua uir/
tute detraxit: q̄ cessit .L.Saturnino furenu: Neqz.C. Cotta q̄ .Q .Varroni
tribuno. Pl.inferiore orto genere cedendum putauit: neqz.C. Marius qui quā
tas res gesserit uestra uobis libertas indicio esse poterit. Neque uere. M.Tul/
lius suum animum a uestra abalienauit potestate: cum præcipuum uobis obsi/
dem sui animi uestram reliquerit libertatem. Q uamobrem testor deos deasqz
immortales uestrasque maxime mentes me non uitæ turpitudine: non prop/
ter reliquæ ætatis infamiam pœnas iure & lege persoluere. Sed propter uirtu/
tis inuidiā: propter iucundissimam ingenii laudem: propter magnitudinem
rerum gestarum: crudelissime ciuitate priuari. q̄ si idem accidit. Q .Cepioni:
si Mancino: Statilio: mihi quoqz hoc accidisse non magnopere erit mirandū:
cum præsertim non generis antiquitate: sed uirtutis ornamenti summam lau/
dem sim consecutus. Nunc ego uos Equites Romani obtestor: quorum uir/
tute nomen Romanū uictoriā cū laude possidet cōiunctā quorū factis glori/
ant' ciues: lætanē socii: gemūt hostes: ut si erga uos oī tépor̄ optime animatus
fui: si mea pericula neglexi: dū timorem a patria propulſarē: si æque liberis ue/
stris prospexi ac uos parentibus cōsueuistis: ut nunc me uelitis uis opibus dei/
fensum incolumē in hac ciuitate retinere: que ciuitas cum a scelerata coniura/
tio ne eēt incensa: meo luctu ac labore restincta ē. ne patiamini me a meis libe/
ris abstractum: a coniuge abreptum: ab aris focisqz innocentem projectum ui/
tam degere i exilio. Miterrimi mortalī casum subire cogitur. Proiicitur Tuli/
lius in exilium. Itaqz nimirum innocens ab inimico: religiosus a scelerato:
beniuolus huic ciuitati / ab hoste. O misera uitæ ratio quæ tam diu resides
in uoluptate quam diu fortunæ poscit libido. Ego ne inimicus huic ciui-

ORATIO.

tati? Quā obrem? quia inimicos ne caui: ego ne hostis? qd ita? quia hostes interfeci. Heu cōditionē huius temporis. Antea gloria & laude dignissimi dicebantur q̄ hæc perfecerūt: nūc scelerati ac parricidæ eē dicunt: q̄ hæc administra rūt. sint sane scelerati. Supet istorū uictoria: si modo uictoria appellāda est: i q̄ ciuitatis inest luctus. habeat Hāc palmā ex innocētis crurore. tātū illud a uobis Eḡtes Romani peto & rogo: ut quē s̄ a penumero uestra laude cohonestatis: eū dem in dubiis uitæ piculis uestra uirtute conseruetis.

M.T.C. AD PONTIFICES PRO DOMO SVA: ORATIO XVII.

VOM MVLTA PONTIFICES A MAIORIBUS nostris diuinitus inuēta atq; instituta sunt: tum nihil præclarus: quam q̄ uos eosdem & religionibus deorum imortalium: & sumæ Rēip. præesse uoluerūt: Ut amplissimi & clarissimi ciues Rēp. benegerēdo, pótifices religiones sapienter interprætādo Rēpu. cōseruarent. Q uod si ullo tempore magna causa sacerdotum Popu. Roma. iudicio ac potestate uersata est: Hæc profecto tanta ē: ut omnis Rēpub. dignitas omniū ciuiū salus: uita: libertas: aræ: socii: dīi penates: bōa: fortunæ: domicilia: uestræ sapientiæ: fidei potestatiq; cōmissa creditaq; esse uideant. Vobis hodierno die constituēdum est: utrū posthac amentis ac pditos magistratus iprorū ac sceleratorū ciuium præsidio nudare: an etiā deoꝝ imortaliū religione armare malitis. Nā si illa labes ac flāma repu: suum illum pestiferū & funestum tribunatum: quem æquitate humana tueri non potest: diuina religione defenserit: aliæ ceremoniæ nobis erunt: alii antistites deorū imortalium: alii interpres religionū requirendi. sin autē uestra auctoritate sapientiaq; pontifices ea quæ furore improboꝝ in Rēpub. ab aliis oppressa: ab aliis deserta: ab aliis prodita: gesta sunt: rescinduntur: erit cā qua consiliū in amplissimis uiris ad sacerdocia eligendis iure & merito laudare possumus. Sed quoniā ille demens si ea quæ ego per hos dies in Senatu de repu: sensi uituperasset: aliquē se aditū ad aures uestras esse habiturū putauit: omittā ordinem dicēdi meū. Respondebo hominis furiosi non orationi qua ille uti non pōt: sed cōuictio: cuius exercitatio cōūixerim: mihi eē iratos & aliud de suma hoc tēpore religione eē sensuros: ac me præsente senserit: arbitrere. fuisti tu iqt apud pótifices supior: sed et quoniā te ad populum contulisti: sis inferior necesse est. Ita ne uero q̄ i imperita multitudine est uitiosissimum: uarietas & inconstantia & crebra tanquam tem-

PRO DOMINA SVA AD PONTIFICES.

pestatum sic sententiarum cōmutatio ; Hoc tu ad hos transseras: quos ab incōstantia grauitas: a libidinosa sententia certum & definitū ius religionum : ue/tustas exemplorum : auctoritas litterarum : monumentorūq; deterret? Tu ne es ille inquit: quo Senatus carere non potuit? quem boni luxerunt quem Ref/ pu.desiderauit? quo restituto Senatus auctoritatem restitutā putabamus? quā primū adueniens prodidisti . Nondū de mea sententia dico . impudentiæ pri/mum tuæ respondebo . Hunc igitur funesta Reipu. pestis : hunc tu ciuem ferro & armis & exercitus terrore: & cōsulū scelerū: & audacissimorū hominum mi/nis : seruorum delectu: obsessione templorū: occupatione fori: oppressione cu/rīæ: domo & patria : ne cum improbis boni ferro dimicaret: cedere curasti? quē a Senatu : quem a bonis omnibus: quem a cuncta Italia desideratū accersitum reuocatū conseruandæ Reip. causa confiteris? At enim in Senatum uenire in Capitolium intrare illo turbulentō die non debuisti . Ego uero neq; ueni: sed domo me tenui: q diu turbulentum tempus fuit: cum seruos tuos ad rapias ad honorū cædem paratos cum illa tua conseleratorum ac perditionum manu armatos in Capitoliū tecū uenisse constabat . quod cum mihi nunciaretur : scio me domi mansisse: & tibi & gladiatoriibus tuis instaurandæ cædis potestatem non fecisse . post eaq; mihi nūciatum est popu. R.o.in Capitolium propter me tum atq; inopiam rei frumentariæ conuenisse: ministros autem scelerū tuorū perterritos: partim amissis gladiis: partim ereptis diffugisse: Veni non solū si/ne ullis copiis ac manu : uerūtiā cum paucis amicis . An ego cum. P. Lentulus consul optime de me ac de Repub. Meritus: cum. Q . Metellus: qui cum meus inimicus esset frater tuus: & dissensioni nostræ & precibus tuis salutē ac dignitatem meā prætulisset: me arcesserent in Senatum: cū tanta multitudo ci/ uiū Romanorū tā recenti officio suo me ad referendā gratiam nominati uocai/ ret: non uenirē? cū præsertim te iam illinc cum tua fugitiuorum manu disces- sisse constaret? Hic tu me etiam custodem defensoremq; Capitolii templorū/ que omnium / hostem Capitolinum appellare ausus es . q cū in capitulo Se/ natū duo consules haberent: eo uenirem? Vtrū ne est tépus aliquod: quo i Se/ natum uenisse turpe sit: an res illa talis erat: ut rē ipsam repudiare & eos qui ai/ gebant condemnare deberē . Primū dico Senatoris esse boni: semper in Se/ natum uenire: nec cū his sentio: qui statuunt minus bonis temporibus in Se/ natū: ut ipsi non uenirent: non intelligētes hāc suam nimiam perseuerantiam his quorum animum offendere uoluerunt: gratam & iucundam fuisse . At enim nōnulli propter timorem q se in Senatu tuto non esse arbitrabantur: discesserunt . nec reprehendo: nec quæro fuerit ne aliquid pertimescendum: puto arbitrio suo quēque timere oportere . cur ego nō timuerim quæreris: quia te illinc abiisse constabat . Cur / cum uiri boni nōnulli putarint tuto se i Se/ natu esse nō posse: ego nō idem senserim? Cur / cum ego me existimasset tu/ to omnino i ciuitate esse nō posse / illuc irem? An aliis licet & recte licet in

ORATIO.

meo metu sibi nihil timere: mihi uni necesse erit & meam & aliorum cædem p̄
 timescere: an quia non condēnauī sententia mea duos consules: sum reprehē
 dendus: Eos igitur ego potissimum dānare debui: quorum lege perfectū est:
 ne ego indēnatus atq; optime de repu. meritus dānatorum pœnā sustinerem:
 quorum etiam delicta propter eorū egregiam in me conseruando uoluntatem
 non modo me: sed omnes bonos ferre oporteret: eorum optimum consilium
 ego potissimum per eos in meam pristinam dignitatem restitutus: meo consi/
 ilio repudiarem: at quam sententiam dixi. Primū eā quā populi sermo in ani/
 mis nostris iam ante defixerat. Deinde eam quæ erat superioribus diebus agi/
 tata in Senatu. Deinde eā quā Senatus frequēs tum cū mihi ē assensus secu/
 tus ē: ut neq; allata sit a me res inopinata ac recēs: nec si quod in sentētia uitiū ē
 maius sit eius qui dixerit: q̄ omnium q̄ probarint. At enim liberū Senatus iu/
 diciū propter metum non fuit: si timuisse eos facis qui discesserunt. concede
 non timuisse eos: qui remanserunt. Sin autem sine his qui tum abfuerunt: ni/
 hil decerni libere potuit: cum omnes adēsset coeptum ē referri de indicendo.
 S. Consulto ab uniuerso Senatu reclamatū ē. Sed quāero in ipsa sentētia: quo
 niam princeps ego sum eius atq; auctor quid reprehēdatur: utrū causa noui cō/
 silii capiēdi non fuit. An mēx partes in ea cauſa non præcipue fuerūt. An alio
 potius confugiēdū fuit: Q uæ uis: quæ causa maior: q̄ fames esse potuit: q̄ se/
 ditio: q̄ cōſilia tua tutorūq;: qui facultate oblata ad imperitorum animos inci/
 tādos renouaturū te tua illis funesta latrocinia ob annonæ causam putauerūt.
 frumētum prouinciæ frumētariæ partim non habebant: partim in alias terras
 credo propter uarietatem uēditorū miserant: Partim quo gratius esset tum cū
 in ipsa fame subuenissent: custodiis suis clausum continebant: ut subito nouū
 mitterēt: res erat non in opinione dubia: sed in præsentia atq; ante oculos pro/
 posito periculo. Neq; id conjectura prospiciebamus: sed iam experti uideba/
 mus. Nam cū ingrauesceret annona: ut iam plane inopia ac fames non caritas
 timeretur: concursus est ad tēplum concordiæ factus: Senatum illuc uocante
 Metello consule: qui si uerus fuit ex dolō hominū & fame: certe consules cau/
 sam suscipeſ certe Senatus aliquid consiliū capeſ potuit. Sin in causa fuit āno/
 na: seditionis quidē stimulator & concitator tu fuisti. Nōne id agēdum nobis
 omnibus fuit: ut materiē subtraheremus furori tuo: quid si utrūq; fuit: & ut fa/
 mes stimularet homines: & tu in hoc ulceſ tanq; unguis existeres: Nonne fuit
 eo maior adhibēda medicina: quæ & illud natuum: & hoc delectū malū fa/
 nare posset: Erat igitur & præsens caritas: & futura fames: inde saxis facta lapi/
 datio ē: si ex dolore plebeio nullo incitante magnum malum: si. P. Clodii im/
 pulsū usitatū hominis facinorosi scelus: si utrūq; ut res esset ea quæ sua spō/
 te multitudinis animos incitaret: & parati atq; armati seditionis duces: uideſ
 ne ipsa Respubli. & consulis auxilium implorasse: & Senatus fidē: atq; utrū
 que fuisse p̄spicuum ē. difficultatem annonæ summāq; inopiā rei frumētariæ:

PRO DOMINA SVA AD PONTIFICES.

ut homines non iam diurnam caritatem: sed ut famē plane timerent. Nemo negat hunc istum occii & pacis hostem causam arrepturū fuisse ad incendia:cædes:rapinas.nolo pótifices suspicemini nisi uideritis.Q ui sunt homines a Q uīto Metello fratre tuo consule in Senatu palā nominati? a quibus ille se lapidiibus appetitum & percussum esse dixit.L.Sergiū & Marcum Lolliū nominauit.Q uis est iste Lollius? qui sine ferro ne nūc quidem tecum est:q te Tri.Pi.(nihil de me dicam) sed qui Cn.Pompeiū interficiendū depoposcit.Q uis ē ille Sergius: armiger Catilinæ: stipator tui corporis: signifer seditionis: concitator tabernariorum: dānatus iniuriarum: percussor: lapidator: fori depopulator: obfessor patriæ . his atq; eiusmodi ducibus cum tu in annonæ caritate in cōsules: in Senatum: in bona fortunaſq; locupletū p causas inopum atq; peregrinorum: repentinōs impetus comparare cū tibi salus esse in ocio nulla posset: cum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberet exercitus perditos: nonne Senatui prouidendū fuit: ne in hanc tantā materiam seditiōis ista funesta fax adhæresceret? Fuit igitur causa capiendi noui consiliī . uidete nūc fuerint ne ptes meæ präcipua: quem tū quoq; Sergius ille tuus: quem Lollius: quem cæteræ pestes in lapidatione illa nominabant: quem annonā prästare oportere dicebant? Nōne me? quid illa puerorū concursatio nocturna:nū a te ipso iſtituita me frumentum flagitabant? Q uasi uero ego aut rei frumentariæ präfuissem aut compressum aliquod frumentum tenerē: aut in isto genere oīno quicq; aut curatione aut potestate ualuissem. Sed homo ad cædem īmīnes meum nomē seruis operariis ediderat: imperitis iniecerat: quo cū de mea dignitate in tēplo Iouis optimi maximi senatus frequentissimus uno isto dissidentiente decreuifset: Subito illo ipso die carissimā annonam nec opinata uilitas consecuta est. Erant qui deos īmortales id quod ego sentio: numine suo redditum meum dicerent comprobasse. Nōnulli autē illam rem ad illam ratiōem coniecturamq; reuocabant.Q uid, quod in meo redditū spes occii & concordiæ sita uidebatur: i diſcessu autem quotidianus seditionis timor: iam belli pene depulso metu cōmutatā ānonā esse dicebāt. quæ quia rursus in meo redditū facta erat durior / a me: Cuius aduentu fore uilitatem boni viri dictabāt: ānona flagitabatur. Ego de niq; non solum ab operariis tuis impulsu tuo nominabar: sed etiam depulsiis ac dissipatis tuis copiis a Popu.Roma.uniuerso: qui tum i Capitoliū cōuenerat: cū illo die mīnus ualerem: nominatim i Senatū uocabar. Veniq; expectatus iā multis sententiis dictis rogatus sum sententiā: dixi Reip.saluberrimā ac necessariam.petebatur a me frumenti copia: annonæ uilitas: quasi possem.aliquid in ea re gerenda / nō habebat.flagitabar bonoꝝ expostulatōe: improborum cōuicia sustinere nō poteram.delegauit amico locupletiori: non quo illi ita de me merito onus illud imponerē(succubuisse.n.potius ipse) Sed quia uidebā id quod omnes quod nos de.Cn. Polliceremur.Id illum fidem: cōſilio: uirtute: auctoritate:felicitate deniq; sua facillime pfecturū. Itaq; siue hūc dī īmortales

ORATIO

fructū mei reditus Po.Ro.tribuunt:ut quēadmodum dīcessu meo frugū inopia:fame uastitas:cædes:icēdia:rapinæ:scelerū ipunitas:fuga:formido:dīscordia fuisse:sic reditu meo ubertas agrorū:frugū copia:spes ocii:tranqllitas animos:iudicia:leges:concordia populi:Senatus auctoritas:mecū simul reducta uideant.Siue egomet aliqd aduētu meo:cōsilio/auctoritate:diligētia p tanto beneficio Po.Ro.præstare debui:præsto:pmitto:spōdeo:nihil dico amplius.hoc quod satis ē huic tēpori dico:Remp.annonæ nomine in id dīscrīmen i qd uocabatur:non eē uenturā.Num igitur in hoc offīcio qd fuit præcipue meum sententia mea reprehendit:Rem maximam eripui a peste summi pīculi:nō solum ea:sed etiā uos a cæde/incipdiis:uastitate. nemo negat/cum ad causam caritatis accedit:& iste speculator cōium miseriarū:q semp in Reip.malis sceleris sui faces inflāmarit:negat oportuisse quicq̄ uni extra ordinē decerni. Nō ita tibi respondebo sic:ut cæteris.Cn.Pom.plurima periculosissima maxima terra mariq̄ bella extra ordinē sunt cōmissa:quaꝝ rex si quē pēnitēat:euꝝ uictoriæ Po.Romani necesse ē pēnitēre.Nō ita tecū ago.cum his hæc a me haberi oratio potest:qui ita disputat.Sed si qua res est ad unum deferēda ad.Cn.Pō.delatueros potissimum.sed se extra ordinem nihil cuiq̄ dare:cum Pom.datum sit:id se pro dignitate hominis ornare ac tueri solere.Hoꝝ ego sentētiā ne laudē:impedior.Cn.Pomp.triumphis:quibus cum ille eēt extra ordinem ad patrīam defendendam uocatus auxilium nomen popu.Roma.Imperiumq̄ honestauit.constantiam probo:qua mihi quoque utendum fuit:quo ille auctor extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneq̄ gessit.Sed cū illis possum tamen aliquid disputare.tua uero quæ tanta impudentia ē:ut audeas dicere extra ordinē dari nihil cuiq̄ oportere.Q ui cū lege nefaria Ptolemæum regē Cyprī fratrem regis Alexandrini eodem iure regnātem causa incognita publicatis:Populūq̄ Romanum scelere obligasses:cum in eius regnum bona:fortunas:patronum huius imperii imisisses:cuius cum patre:auo:maioribus societas nobis & amicitia fuisse:huius pecuniæ deportādæ(& si quis suum defendet)bello gerendo.M.Catonem præfecisti:dices quem uirum:sanctissimum:fortissimum:prudentissimum.amicissimum:Reip.uirtute:consilio:ratione.uita mirabilis ad laudem & prope singulari.Sed quid ad te:qui negas esse uerum quēq̄ ulli Reip.extra ordinē præfici.atq̄ in hoc solum inconstantia redarguita:qui in ipso Catone:quē tu nō modo pro illius dignitate produxeras:sed p tuo scelere subduxeras:quem tuis Sergiis:Lollis cæterisq̄ cædis & incendiorum ducibus obieceras:quem carnificem ciuium:quem indemnatorum necis principem:quem crudelitatis auctorem fuisse dixeras:adhuc honorem & imperium extra ordinem nominatim rogatione tua detulisti:& tanta fuisti intēperantia.ut illius tui sceleris rationem occultare non posses.litteras in concione recitasti.quas tibi a.C.Cæsare missas dices.Cæsar.P.Clodio Salutem.Cum etiam es argumentatus amoris ēsse hoc signum:cum nominib⁹ tantum

PRO DOMINA SVA AD PONTIFICES.

uteretur. neque ascriberet procōsul. aut Tribuno Ple. deinde gratulari tibi qđ idem in posterum. M. Catonem tribunatu tuo remouisses: & quod idem in posterum de extra ordinariis potestatibus libertatē ademisses. quas aut nunq̄ tibi ille misit litteras: aut si misit in concione recitari noluit. aut siue ille misit siue tu finxisti. Certe cōsiliū tuū de Catonis honore illaꝝ litterarū recitatione patefactū est. Sed omitto Catonem: cuius eximia uirtus: dignitas: ac in eo negocio quod gessit fides: & continentia tegere uideretur improbitatem & legis & actio nis tuæ. Q uis homini post homines natos turpissimo: sceleratissimo: contami natissimo. Q uis illā opimam fertilemꝝ syriā. Q uis bellum pacatissimis gētibus. Q uis pecuniā ad emendos agros constitutam: eruptā ui Cæsaris rebus ac tis: quis imperiū infinitū dedit: cui quidē Ciliciā cū dedisses: mutasti pactionē & Ciliciā ad prætorē Item extra ordinem transtulisti. Gabinio precio amplificato Syriam nominatim dedisti. Q uid homini teterrimo: crudelissimo: omnium scelerib⁹ libidinūq; maculis notatissimo. L. Pisoni. Nonne nominatim populos liberos multis senatus consultis etiam recēti lege generi ipsius liberatos uinctos & constrictos tradidisti? Nōne cum ab eo merces tui beneficij preciūq; prouinciæ meo sanguine tibi eēt psolutū: tamen ærarium cū eo partitus es. Ita ne uero tu prouincias consulares: quas .C. Gracchus: q̄ unus maxime popularis fuit: non modo non abstulit a Senatu: sed etiam ut necesse esset quot annis constitui per Senatum decreta lege sanxit: eas leges sempronias p Senatū decretas rescidiſti: extra ordinē sine sorte nominatim dedisti: non consulis. sed Reip. pestibus. Nos q̄ nominatim Reip. maxime pene iā desperatae: summū uirū sāpe ad extrema Reip. discrimina delectū præfecimus a te reprehendemur? Q uid tandem si tu quæ in illis Reipub. tenebris: cæcisq; nubibus & procellis cum Senatū a gubernaculis deieciſses: populum e nauī exturbas: ipse archipirata cū grege prædonū impurissimo plenissimis uelis nauigas: si quæ tū pmulgasti: cōstituisti: pmisisti: uēdidiſti: pferre potuisses: q̄ locus orbi terrarū uacuus extraordinariis fascibus atque imperio Clodiano fuisset? Sed excitatus aliquādo. Cn. Pompeii dicā ipso audiente quod sensi & sentio: quoquo animo me auditurus est ui excitatus inquā aliquando. Cn. Pomp. ni mium diu reconditus: & penitus abstrusus animi dolor subuenit subito Reipu. ciuitatēq; fractam malis mutatā: ac debilitatam abiectā metu ad aliquam libertatis spē & pristinæ dignitatis erexit. Hic uir extra ordinē rei frumentariæ præficiēdus non fuit: scilicet tu helluoni supurcissimo prægustatori libidinū tuarum homini egentissimo & facinorosissimo Sex. Clodio socio tui sanguinis: qui sua lingua etiam sororem tuam a te abalienauit: omne frumentum priuatū & publicū: omnes prouincias frumentarias: omnes mancipes: omnes horreorū claves lege tua tradidisti: qua ex re primū caritas nata est: dein de inopia. impēdebat fames: incēdia: cædes: direptio iminebat tuis furor omnī fortunis & bonis: quæritur etiā importuna pestis ex ore impurissimo Sex

ORATIO

Clodii re frumentariā esse eruptā: sūmīsq; in periculis eius uiri auxiliū implorat
 se Répu. a quo sāpe se & seruatam & amplificatā eē meminisset: extra ordinē
 ferri nihil placet Clodio. Quid de me qd̄ tulisse te dicas patricida:fraticida. so
 rorica nō ne extra ordinē tulisti: an de peste ciuis:quēadmodum oēs īā dī at
 que hōines iudicarunt conseruatoris Reip. quēadmodum aut̄ tu te ipse cōfite
 ris nō modo indēnati: sed ne accusati quidē: licuit tibi ferre non legē sed nefā
 riū priuilegiū: lugente Senatu:merentibus bonis omnibus:totius Italīæ p̄cib̄
 repudiatis:oppressa captaq; Rep: mihi Po.Ro.implorante:Senatu poscēte:
 tēporibus Reip.flagitantibus:non licuit de salute Populi Roma.dicere sentē
 tiā: qua quidē in sentētia si Cn.Pom.dignitas aucta est:coniuncta cū utilita
 te cōmuni:certe laudādus essem si eius dignitati suffragatus uiderer:q meæ sa
 luti opem & auxiliū tulisset.Desinat desināt hōines iisdē machinis spare me
 restitutum posse labefactari:qb; antea stātē p̄culerūt:qd̄ enī par amicīciæ fuit
 unquā in hac ciuitate coniunctius: q̄ fuimus īter nos ego &.Cn.Pomp.Q
 uis apud Populū Roma.de illius dignitate idustrius:quis Senatui s̄epius dixit:q
 tātus labor fuit:quaꝝ simultas:quaꝝ cōtētio:quaꝝ ego nō pro illius dignitate su
 scēpim: qui ab illo ī me honos:quaꝝ prædicatio de mea laude:quaꝝ remunera
 tio beniuolētiæ prætermissa est:Hāc nostrā cōiunctionē: hanc conspirationē
 in Republica benegerēda:hāc iucundissimā uitæ atq; officiōs omniū societa
 tem certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus dīremerunt:cum iīdē
 illum ut me metueret:me caueret:monerēt:iidem apud me mihi illū unī eē ini
 micissimū dicerēt:ut neq; ego ab illo quaꝝ mihi petenda eēnt:satis audacter pe
 tere possem:neq; ille tot suspicioib; certog hominū & scelere exulceratus:quaꝝ
 meū tēpus postularet:satis plixe mihi polliceret.data merces ē erroris mei ma
 gna pontifices:ut me non solū pīgeat stultitiæ meæ:sed etiā pudeat:qui cū me
 nō repentinū aliquod meū tēpus: sed ueteres multo ante suscepti & prouisi la
 bores cū uiro fortissimo & clarissimo cōiunxissent:sim passus a tali amicitia di
 strahi.neq; intellexerim qbus aut ut aptis inimicis obſisterem:aut ut insidiosis
 amicis non crederē.proinde desināt aliquādo me iisdē inflāmare uerbis.quid
 sibi iste uult: nescit quātum auctoritate ualeat: quas res gesserit:qua dignitate
 sit restitutus:cur ornat eū a quo desertus est:Ego uero neq; me tū desertū pu
 to:sed p̄cenæ deditū:nec quaꝝ sint in illa reipu.flāma gesta cōtra me:neq; quo
 modo:neque per quos patefaciendum mihi esse arbitrō: Si utile Reipu.fuit
 haurire me unū pro oībus illā indignissimā calamitatē.etiā hoc utile sit quorū
 id scelere cōflatum sit me occultare & tacere.Illud uero ē hōinis ingratiacef.
 Itaq; libentissime prædicabo.Cn.Pomp.studio & auctoritate æque ut unum/
 quēq; uestrum opībus:contentione:precībus:periculis deniq; præcipue pro
 salute mea laborauisse.Hic tuis,P.Lentule cum tu nihil aliud dies & noctes
 nisi de salute mea cogitares:consiliis oībus interfuit.Hic tibi grauissimus au
 ctor ad instituendam:fidelissimus socius ad comparandā:& fortissimus adiū

PRO DOMINA SVA AD PONTIFICES.

tor ad rem perficiendā fuit. Hic municipia coloniasq; adiit. Hic Italiam totius auxiliū cupientis implorauit. Hic in Senatu princeps sententiæ fuit. Idēq; cum dixisset: tū etiā p salute mea Populū Rō. obsecrauit. Quare istā orationē qua es usus: omittas licet post illā sententiā quā dixerā de ānona/potificū aio ēē mutatos. pide q̄si isti aut de Cn. Pō. aliter atq; ego existimo sentiat. aut qd mihi p expectatione Po. Rō. pro Cn. Pōpeii meritis erga me:p ratiōe mei temporis faciendū fuerit ignorēt. aut etiā si cuius forte pontificis animū:qđ certo scio alter esse:mea sententiā offendit.alio modo sit cōstituturus aut de religione pontificis : aut de Repub. q̄ eū. aut ceremoniā ius:aut ciuitatis salus coegerit .Intelligo pontifices me plura extra causam dixisse:q̄ aut opinio tulerit aut uoluntas mea.Sed cum me purgatū uobis esse cuperem:tum etiā uestra in me attēte audiendo benignitas prouexit orationē meam.Sed hoc compensabo breuitate eius orationis:quæ ptinet ad ipsam rem cognitionēq; uestram.Q uæ cū sit ius religionis:& ius Reipub.distributa religionis ptem quæ multo ē uerbosior prætermittēs:de iure Reipublicæ dicā.Q uid ē enim aut tam arrogans q̄ de religione:de rebus diuinis:ceremoniis:sacris:pontificum collegium docere conāti:aut tam stultum q̄ si quis quod ī uestris libris inuenierit id narrare uobis: aut ē curiosum : q̄ ea scire uelle de quibus maiores nostri uos solos & cōsuli & sci re uoluerūt? Nego potuisse iūf publico:legibus his quibus hæc ciuitas utitur. quēq; ciuem ulla huiusmodi calamitate sine iudicio affici.hoc iuris in hac ciuitate etiam tum cum reges essent:dico fuisse.Hoc nobis esse a maioribus traditū.hoc esse deniq; proprium liberæ ciuitatis:ut nihil de capite ciuis:aut de bonis sine iudicio Senatus : aut populi:aut eorum q̄ de quaq; re constituti iudices sint detrahi possit. Vides ne me non radicitus euellere omnes actiones tuas : neq; illud agere quod apertum est:te omnino nihil gessisse iure :non fuisse tribunus plebis.hoc dico eē parricidium . dico apud pontifices :augures adsunt uersor in medio iure publico . Q uod est pontifices ius adoptionis ? nemip̄ ut his adoptet : qui neq; procreare iam liberos possit: & cum potuerit:sit expertus. quæ deinde causa cuiq; sit adoptionis quæ ratio generum ac dignitatis: quæ sacrorum quæri a pontificum collegio solet . Q uid est horum in ista adoptione quæsitum ? adoptat annos uiginti natus etiam minor Senatorē .liberorum ne causa :at procreare potest.habet uxorem.suscepit etiam liberos.ex hæredauit pater filium . quid sacra Clodiæ gentis cur intereunt quod in te est: quia omnis notio potificū cū adoptaret esse debuit : nisi forte ex te ita quæsum est.Num perturbare Rēpub. seditōibus uelles:& ob eam causam adiūtari :non ut filius esses:sed ut tribunus plebis fieres:& funditus euerteres ciuitatem.respondisti credo te ita uelle.Pontificibus bona causa uisa est. Approbauerunt . non ἀτας eius q̄ adoptabat quæsita est : ut Cn. Aufidio :& Marco Puppio : quorum uterq; nostra memoria summa senectute : Alter Orestem : alter Pisōnem adoptauit :quas adoptōes sicut alias inumerabiles hæreditates

ORATIO

nominis pecuniaꝝ sacroꝝ secutæ sunt: tu neq; Fonteius es q; eē debebas: neq; pa
 tris hæres: neq; amissis sacris paternis i hæc adoptiuā uēisti: Ita ptubatis sacrīs:
 cōtamiatis gētibꝫ: & q;̄s deseruisti & q;̄s polluisti: Iuſ Q uiritū legitimo tutelaꝝ
 & hæreditatū relicto: factus es eius filius cōtra fas: cuius p̄ x̄tate p̄ eē potuisti.
 Dico apud pontifices. nego istā adoptionem pontificio iure esse factā. Primū
 quod hæ uestræ iure sint ætates: ut is qui te adoptauit loco patris: tibi per æta-
 tem esse potuerit: Vel eo quod fuit. deinde q;̄ causa quæri solet adoptandi ut is
 adoptet qui quod natura iam asseq nō pōt: legitimo & pontificio iuſ quærat: &
 ita adoptet: ut ne quid aut de dignitate generis: aut de sacerorum religione mi-
 nuatur. Illud imprimis ne qua calūnia: ne qua fraus: ne qui dolus adhibeat: ut
 hæc simulata adoptio filii q;̄ maxime ueritatem illā suscipiendoꝝ liberorum
 imitata esse uideatur: quæ maior calūnia est: q;̄ uenire imberbem adolescentē
 bene ualentem ac meritū dicere filiū Senatorē Po.Ro. sibi uelle adoptare: Id
 aūt scire & uidere omnes possunt: non ut ille filius instituatur: sed ut e patriti-
 is exeat: ut tribunus plebis fieri possit: iccirco adoptari uult. neq; id obscure. nā
 & adoptatum emancipari statim ne sit eius filius q;̄ adoptarit. cur ergo adopta-
 tur: probate genus adoptionis. iam omniū sacra interierunt: quorū custodes
 uos eē debetis iam patricius nemo relinquaſ. Cur. n. quisq; uellet tri. pl. se fieri
 non licere: angustiorē sibi eē petitionem consulatus: in sacerdotiū cū possit ue-
 nire: quia patritio non sit locus: non uenire: Vt cuiq; aliquid acciderit: quare
 cōmodius sit eē plebeiuſ simili ratione adoptabif. Ita Po.Ro. breui tēpore ne-
 que regem sacerorum: neq; flamines: nec salios habebit: nec ex parte dimidia re-
 liquos sacerdotes: neq; auctores centuriatorꝝ: & curiatoꝝ comitiorū: auspiciapꝝ
 po.Ro. si magistratus patritii creati non sint: intereant necesse est. Cū interrex
 nullus sit: q;̄ & ipsum patritium esse & a patritio prodi necesse ē. Dixi apud pō
 tifices istā adoptionem nullo decreto huius collegiū probatam contra omne pō
 tificiū ius factam pro nihilo eē habendā: q;̄ sublata: intelligis totum tribunatū
 tuum concidisse. Venio ad augures: quorum ego libros si q;̄ sunt reconditi: nō
 scrutor: non sum in exquirendo iuſ augurum curiosus. Haec quæ una cum po-
 pulo didici: quæ s̄aþe in contionibꝫ responsa sunt: noui. Negant fas eē agi cū
 populo cū de cælo seruatū sit: quo die d̄ te lex curiata lata eē dicat: Audes nega-
 re de cælo eē seruatū: Adeſt præſens uir singulari uirtute: constatia grauitate
 præditus. M.Bibulus. hunc cōſulem illo ipſo die cōtendo seruasse de cælo. in-
 firma sunt igitur tua acta. C. Cæſaris uiri fortissimi: minime. neq; enim quicq;
 iam mea interest. exceptis his telis quæ ex illius actionibꝫ in meū corpus im-
 missa sunt. Sed hæc de auspicis: quæ ego nunc p̄ breuiter attingo: acta sunt a
 te. Tu tuo præcipitāte iam & debilitato tribunatu auspiciorū patronus subito
 extitisti. Tu. M. Bibulum in concione: tu augures produxisti. te interrogante
 augures responderunt: cum de cælo seruatum sit .cum populo agi non posse.
 Marcus Bibulus quærenti ſe de cælo seruasse respondit: Idemq; in cōcione di

PRO DOMO SVA AD PONTIFICES.

xit ab Opimio fratre tuo productus:te omnino tribunum plebis quod contra auspicia adoptatus essem:non fuisse:tua deniq; omnis actio posterioribus mēsibus fuit.Omnia quæ.C. Cæsar egisset:quæ contra auspicia essent acta:p Se natum rescindi oportere.quod si fieret:dicebas te tuis humeris me custodē ur bis in urbē relaturū.Videte hominis amentiam ut suum tribunatum Cæsaris actis illigatum teneret.Si & sacrorum iure pontifices :& auspiciorū religione augures totum uertunt tribunatū tuum.Q uid quæris amplius ? an etiam ap tius aliquod ius populi atq; legum ? Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio :Cū.C. Antonium collegam meū defendere:quaedā de rep.quæ mihi ui sa sunt ad illius miseri cām p̄tinere.hæc hoīnes improbi ad quosdā uiros fortes lōge aliter atq; a me dicta erant:detulerūt.Hora nona illo ipso die tu es adopta tus:si quod in cæteris legib; trinū nundinū esse oportet: id in adoptione satis est trium esse horarum:nihil reprehendo.sin eadem obseruanda sunt:decre uit Senatus.M.Drusi legibus : quæ contra legem Cæciliam & didiam latæ es sent:populum non teneri . Iam intelligis omni genere iuris: quod in sacris:qd in auspiciis:quod in legibus sit:te tri pleb.non fuisse.At ego hoc totum non si ne causa relinquō . Video enim quosdam clarissimos uiros principes ciuitatis aliquot locis iudicasse te cū plebe iure agere potuisse.Q ui etiam de me ipso cum tua rogatione funere elatam R eipubli.esse dicerem:tamen id funus & si miserum atq; acerbum fuisset:iure indictum esse dicebant:quod de me ciue ac de republi.bene merito tulisses funeste funus te indixisse Reipubli. quod sal uis auspicis tulisses: iure egisse dicebant.Q uare licebit ut opinor nobis eas ac tiones non infirmare: quibus illi actōibus cōstitutū tribunatū tuū nō cōproba uerunt.Fueris sane trib.pleb.tā in iure q̄ lege:q̄ fuit hic ipse Rullus:uir omnib; rebus clarissimus atque amplissimus .quo iure: quo more: quo exemplo legē nominatim de capite ciuiis indemnati tulisti ? uerant leges sacratae.uerant .xii. tabulæ leges priuatis in hominibus irrogari.Id est enim priuilegium.nemo un quam tulit.nihil est crudelius : nihil perniciosius:nihil quod minus hæc ciuitas ferre possit.proscriptionis miserrimum nomē illud & omnis acerbitas Syl Ianī temporis quid habet quod maxime sit insigne ad memoriam :crudelitas opinor poenā in ciues Roma: nominatim sine iudicio cōstitutam. Hæc uos igitur pontifices iudicio atq; auctoritate uestra trib.pleb.potestatem dabitis:ut proscribere possit is quos uelit ? quæro enim quid sit aliud proscribere: uelitis: iubeatis :ut.M. Tullius in ciuitate ne sit:bonaq; eius ut mea sint. Ita enim fe cit:& si aliis uerbis tulit.Hoc plebescitum est :hæc lex : hæc rogatio est : hæc uos pati potestis:hæc ferre ciuitas : ut singuli ciues singulis uersiculis e ciuitate tollantur.Equidem iam pfunctus sum.nullam uim:nullum impetum metuo expleui animos inuidorum :placauit odia improborum .saturaui etiam perfidiā & scelus proditorum.Denique de mea causa quæ uidebatur perditis ci uibus ad inuidiā esse pposita : Iam omnes urbes oēs ordies dii atq; hoīes iudi

ORATIO.

cauerunt: uobis metipsis pontifices & uestris liberis cæterisq; ciuib; pro uestra
 auctoritate & sapientia consulere debetis. Nam cū tā moderata iudicia populi
 sint a maioribus constituta: primū ut ne pœna capitis cum pecunia coniuga-
 tur: Deinde ne pro iudicata die quis accuseatur: ut ter ante magistratus accuset in
 termissa die q̄ multā irroget. aut iudicet. quarta sit accusatio trinum nundinū
 p̄ dicta die: quo die iudiciū sit futurum tū multa etiam ad placandum atq; ad
 miserendum iā reis concessa sint: deinde exorabilis populus: facilis suffragatio
 pro salute / deniq; etiam si qua res illū diem aut auspiciis aut excusatione su-
 stulit: tota causa iudiciūq; sublatum est. Hæc cum ita sint: in re ubi crimen est:
 ubi accusator? ubi testes? qd indignius: q̄ qui neq; adesse sit iussus: neq; cita-
 tus neq; accusatus de eius capite: liberis / fortunis omnibus: conductos & sicca-
 rios egentes & pditos suffragium ferre? & eam legem putare? ac si hoc de me
 potuit: quem honos: quem dignitas: quem causa: quem Respu. tuebat: cuius
 deniq; pecunia non expetebatur: cui nihil oberat præter conuersionem status
 & inclinationem cōium temporum. Quid tandem futurum est his? quorum
 uita remota ab honore populari: & ab hac illustri gratia est: pecuniæ autē tantæ
 sunt ut eas nimium multi egentes: sumptuosí nobiles concupiscant. Date hāc
 tri. ple. licentiam: & intuemini paulisp animis iuuentutem: & eos maxime q̄ i-
 minere iam cupiditate uidentur in tribunitiam potestatem: collegia mediussi-
 dius tribunorū ple. tota reperientur hoc iure firmato: quæ coeant: de hominū
 locupletissimorum bonis: præda præsertim populari & spe largitionis oblata.
 At qd tulit legum scriptor peritus: callidus? Velitis iubeatis: ut. M. Tullio aq
 & ignis interdicatur: crudele nefariū / ne in sceleratissimo quidem ciue sine iu-
 dicio ferendum. non tulit ut interdicatur. Quid igitur? ut interdictū sit. O ce-
 num. O portentū. O scelus. Hanc tibi legem Clodius scripsit spurciorem lin-
 gua sua ut interdictū sit cui non sit interdictum? Sexte noster bōa uenia: quo
 niam iā dialecticus & hoc quoq; liguris: qd factū nō ē: ut sit factū ferri ad po-
 pulū: aut uerbis illis sanciri: aut suffragiis cōfirmari pōt? Hoc tu p̄scriptor: hoc
 cōfiliario: hoc mīstro oīum nō bipedū solū: sed et quadrupedū ipurissimo rép.
 pdidisti. nec tu eras tā excors tāq; demēs: ut nescires hūc Clodiū eē q̄ cōtra le-
 ges faceret: & alios eē q̄ leges scribef solerēt. sed neq; eoꝝ neq; cæteroꝝ i qb; es
 set aliqd modestiæ cuiusq; tibi potestas fuit: neq; tu legū scriptorib; iisdē potui-
 sti uti qb; cæteri. neq; opū architectis: neq; pōtificē adhiberē quē uelles. Postrei-
 mo neq; i pdæ qdē societate mācipē aut p̄donē sociū extra tuog; gladiatoꝝ nu-
 merū: aut deniq; suffragii latorē in ista tua p̄scriptōe quēq; nisi furē aut siccari-
 um repire potuisti. Itaq; cū tu florēs ac potēs p̄ mediū sortitū popularē uolita-
 res: amici illi tui te uno amico tecti & beatī: q̄ se populo cōmiserāt ita repellebā-
 tur: ut et palatinā liguā tuā p̄derēt: q̄ i iudiciū uenerāt: siue accusatores erāt: si-
 ue rei te depræcāte dānabant. Deniq; ille Nouitius ligur uenalis ascriptor &
 subscriptor tuus cū. M. Papirii sui fratriſ effet testamēto & iudicio iprobatus

PRO DOMO SVA AD PONTIFICES.

mortem eius se uelle perseq dixit:nomē Sexti Propesti detulit:accusare alie
næ dānationis scelerisq; socios propter calūniæ metū non est ausus.De hac igi
tur lege dicimus:quæ iure rogata uideat:cuiusquā quisq; ptem tetigit digito:
uoce:præda:suffragio:quocūq; uenit repudiatus cōuictusq; discessit.Q uid si
his uerbis scripta est ista proscriptio ut seipsa dissoluat?Est,n.quod.M.Tulli
us falsum Senatus consultū rettulerit.Si igitur rettulit falsum.S.C.tum est ro
gatio .si non rettulit>nulla est.satis ne tibi uideat a Senatu iudicatū me nō mo
do non emētitum eē auctoritatem eius ordinis.Sed et unum post urbem con
ditā diligentissime Senatui paruisse?Q uot modis doceo legē istā quā uocas
non esse legem:quid si etiā pluribus de reb̄ uno sortitu rettulisti.tamen ne ar
bitraris id quod.M.Drusus in legibus suis plerisq; in bonis ille uir.M.Scau
rus & L.Crassus consularis non obtinuerint:id te posse omniū facinorū & stu
prorum omnium Decumis & Clodiis auctoribus obtinere:tulisti de me ne rei
ciperer:nō ut exirē:quem tu ipse non poteras dicere non licere esse Romæ.qd
enī diceres:dānatū:certe nō.expulsum:q licuit:sed tamen ne id quidē est scri
ptum:ut exirē.pœna est:q recepit:quā omnes neglexerūt.eiectio nusquam ē.
uerū sit.Q uid operæ publicoꝝ exactio:quid nominis inscriptio:nū tibi aliud
esse uideat ac bonoꝝ meoꝝ direptio:præterq; ne id quidem p legē liciniā ut
ipse tibi curationē ferres:facere potuisti.Q uid hoc ipsum quod nūc apud pō
tifices agis:te meā domū consecrasse:te monumentum fecisse in ædibus medi
is:te signū dedicasse:eaq; te ex una rogati ucula fecisse:unū & idem uidentur
eē:atq; id quod de me ipso nominatim tulisti:tā hercule ē unū q quod idē tu
lege una tulisti:ut Cyprius rex.cuius maiores huic populo socii:atq; amici sēp
fuerunt:cum bonis omnibus sub præcone subiiceretur:& exules Byzantium
reducerent'.eisdem inquit utraq; de re negotium dedisses:quid si eidem ne
gotium dedisset:ut si in Asia Cistophorum flagitaret:inde iret in Hispaniam
eum Romæ deceperet consulatū ei petere liceret.cū factus esset prouincia Sy
riā obtineret .quoniā de uno homine scriberet:una res esset:quod si iam Pop.
Ro.de ista re consultus esset:non omnia p seruos latronesq; egisses.Nōne fie
ri poterat:ut populo de Cyprio rege placeret de exulib⁹ Byzantiis displiceret:
quæ est quasi alia uis:que sententia Ceciliae legis & dīdīe:inī hæc ne populo
necessē sit in cōuictis rebus quāplurib⁹ aut id qđ nolit accipe aut id qđ uelit rei
pudiare.qd si p uim tulisti:tn ne lex ē:aut quicquā iure gestū uideri potest:qđ
per uim gestum esse constet:an si in ipsa latione tua capita iam urbe lapides ia
cti:si manus collata non est: Iccirco tu ad illam urbem atque eluuiem ciuita
tis sine summa ui peruenire potuisti: cum in tribunalí Aurelio conscribebas
palam non modo liberos : sed etiam seruos ex omnibus uicis concitatos:uim
tuam uidelicet non parabas: cum edictis tuis tabernas claudi iubebas: Num
inde uim imperatæ multitudinis : sed etiam hominum honestorum modesti
am prudentiamque querabas : cum arma in ædem Castoris comportabas:

ORATIO.

nihil aliud nisi ut ne quid per uim agi posset: machinabare? Cum uero gradus Castoris conuelliisti: ac remouisti: cum ut modeste tibi agere liceret homines audaces ab eius templi aditu atque ascensu reppulisti: cum eos qui conuentu bonorum uerba de salute mea fecerat: adesse iussisti: eorumque aduocatione manibus ferro: lapidibus discussisti: tu profecto ostendisti uim tibi maxime displicere. Verum haec furiosa uis uesani tripl. facile superari fragiique potuit: uirorum bonorum uel uirtute uel multitudine. Quid cum Gabinio Syria dabat: Macedonia Pisoni: utrique infinitum imperium: ingens pecunia: ut tibi oia permitteret: te adiuuareret: tibi manum copias: tibi suos paratos centuriones: tibi pecunias: tibi familias conarent: te suis sceleratis coccionibus subleuarent: Senatus auctoritate irridarent: equitibus Ro. morte prescriptioneq; minitarent: me terroreret minis: & mihi cädere & dimicatione denunciareret: meam domum refertu uiris bonis per amicos suos compelleret: proscriptois metu me frequetia nudareret: uirorum bonorum me per fidio spoliaret: Senatum per me non modo propugnare amplissimum ordinem: sed et plorare & supplicare mutata ueste prohiberet. ne tu quidem uis erat? Quid igitur ego gessi: aut qui timor fuit. Non dicam in me quidem. Fac me timidum esse natura: quid illa tot uirorum fortissimo milia: quod illi equtes Ro. quod Senatus quid denique oes boni: si nulla uis erat: Cur me flentes potius persecuti sunt: que aut increpates retinuerunt: aut irati reliquerunt. An hoc timebam: si mecum ageret more institutoque maiorum: ne possem praesens sustinere. utrum si dies dicta esset iudicium mihi fuit per timescedum: an sine iudicio priuilegiu: iudiciu in causa tam turpi. s. homo qui ea si iam ea esset ignota: dicendo non possem explicare: an quaquam proba non poteram: cuius causa bonitas esset: ut ea ipsa non modo se: sed et me absentem per se probaret: an Senatus: an ordines: an in quicunque cuncta ex italia ad me reuocandum conuolauerunt: segniores me persente ad me retinendum & conservandum fuissent: in ea causa quia ipse iam parricida tales dicat fuisse: ut me ab omnibus ad meam pristinam dignitatem expectatum atque reuocatum querat. An uero in iudicio periculi nihil fuit: priuilegiu premitui: ne mihi persenti si multa irrogaretur: nemo intercederet: causa inops autem erat ab amicis aut tam nuda Respu. a magistratibus: quid si uocatae tribus essent: proscriptione non dicam in me ita de sua salute merito: sed oino in ullo ciue cōprobauissent: an si ego praesens fuisse Veteres illae copiae coniuratorum tuique perditu milites atque egentes: & noua uis sceleratissimum consulum corpori meo pepercissent: quod cum eorum omnium crudelitati cessisset: ne abscons quidem luctu meo mentes illorum satiare potui. Quid enim uos uxor mea misera uiolarat: quam uexauisti: raptauisti omni crudelitate lacerasti: Quid mea filia cuius fletus assidue sordeque lugubres uobis erant iucundae: ceterorum omnium mentes oculosque flectebant: Quid parvus filius. quem quadiu absfui: nemo nisi lachrymantem confectumque uidit. Quid fecerat quod eum totiens per insidias interficiere uoluisti: Quid frater meus qui cum aliquo post meum discessum ex puericia uenisset: neque sibi uiuendum nisi me restituto putaret. cum eius mōrō qual

PRO DOMO SVA AD PONTIFICES.

Ior incredibilis:& inauditus oibus mortalibus miserabilis.uidebat quoties est ex uestro ferro manibus lapsus? Sed quid ego uestra crudelitatem expromo: quā in ipsum me & meos adhibuistis: Qui parietibus qui tectis:q colūnis ac postibus meis horrificum quoddam & nefarium omni imbutum odio bellum intulisti? Nō.n.te arbitror cum post meū discessum omniū locupletum fortunas:omnium prouinciarū fructus:tetrarcharū ac regum bona spe & auaritia de uorasses:argentī & supellectilis meæ cupiditate eē cæcatū. Nō existimo campanum illum consulem cum saltatore collega.cum alteri totā Achaiam: Thesaliā: Bœotia: Græcia: Macedonia:omēq; Barbaria bona ciuiū.Ro.cōdonas:ses:Alteri Syriā Babylonē:psas integrissimas pacatissimasq; gentes ad diripiēdū tradidisses:illos tā cupidos līminū meorū & colūnarū & ualuarū fuisse. neq; porro illa manus copiæq; Catilinæ cementis ac tectis tectorū meorū se famē suā expleturas putauerūt. Sed ut hostiū urbes nec omniū hostium:uerum eorum qbus cum acerbum bellum intestinumq; suscepimus:nō præda adducti.sed odio solemus excipe:q; in quos propter eorū crudelitatem inflamatæ mentes nostræ fuerunt:cū horū etiā tectis ædibus aliquod bellū residere semp uideret:ni hil erat latum de me.non adesse eram iussus .non citatus affueram erā ēt tuo iudicio ciuis incolumis:cuius domus in palatio:uilla in tusculano.altera ad alterum consulē trāsserebat. Senatus cōsules uocabat:colūnæ marmoreæ ex ædibus meis inspectante po.Ro.ad socerū consulis portabant .in fundum aut uicini consulis non.instrumentū aut ornamenta aulæ:sed ēt arbores transferebātur:cū ipsa uilla non prædæ cupiditate(quid.n.erat prædæ?) sed odio & crudelitate funditus euerteret. Domus ardebat in palatio non fortuito sed oblato incendio.Consules epulabant & in coniuratoꝝ gratulatōe uersabant. Cum alter se Catilinæ delitias:alter Cethegi cōsobrinū fuisse diceret. Hāc ego uim pontifices:hoc scelus:hunc furorem:meo corpore opposito a bonorū omniū ceruiciis depuli:omnēq; impetum discordiarum:omnem diu collectā uim improborū quæ inueterata cōpresso odio atq; tacito iam erūpebat in actum:tam audaces duces excepī meo corpe:in me uno cōsulares faces iactæ manibus tribuitiis/in me omnia quæ ego quondam retuderam coniurationis nefaria tela adhæserunt.q; si ut multis fortissimis placuit/uī & armis contra uim decertare uoluissim:aut uicissim cū magna itermissione iprobos: sed tñ ciuiū:aut iterfecctis bonis omnibꝫ:qd illis optatissimū/una cū rep.cōcidissim. Videbā uiuo se natu.P.Q.R.celerē mihi sūma cū dignitate redditū:nec intelligebā ferrī diutius posse:ut mihi nō liceret eē i ea Rep.quā ipse seruassim.Q d̄ si nō liceret:audie rā & legerā clarissimos nostræ ciuitatis uiros se i medios hostes ad pspicuā mortem p salute exercitus inieciſſe. Ego p salute Reipub.uniuersæ dubitarem hoc meliori conditione q; Decius :q ille ne auditor quidem suæ gloriæ:ego etiam spectator meæ laudis esse potuissim. Itaque infractus furor tuus immanis faciebat ipse impetus.Omnem enim uim omnium sceleratorum acerbitas mei

ORATIO.

casus exceperat. Non erat in tam imanis iniuria tantisq; ruinis nouæ crudelita/ ti locus. Cato fuerat proximus. quid ageres? nōne erat: ut qui modus oībus mori bus fuerat: idem esset iniuriæ. Quid? posses extrudere ad Cyprī pecuniā: p/ da perierit. alia nō deerit. Hūc modo amādares sic. M. Cato inuisus quasi per beneficium Cyprū relegat. Eiiciunt̄ duo: quos uidere improbi nō poterāt. al/ ter p honorē turpissimum: alter p honestissimā calamitatem. atq; ut sciat̄ non hominibus istum sed uirtutibus hostem semp fuisse me expulso: Catone amā dato in eum ipsum se cōuertit: quo auctore: quo adiutore in cōcioib⁹ ea quæ gerebat oīa: quæq; gesserat: se effecisse & facere dicebat. Cn. Pom. quem omni um iudicio lōge principem esse ciuitatis uidebat: diutius furori suo ueniā datu rum non arbitrabat̄: qui ex eius custodia p insidias regis amici filiū hostē ca/ ptivum surripuisset: & ea iniuria uirū fortissimū laceſſisset: sperauit iisdē se co/ piis cum illo posse cōfligere: qbus cum ego noluisse bonorū periculo dimica re: & primo quidem adiutoribus cōſulib⁹: postea fregit fœdus Gabinius. Piso tamē in fide remāſit. q̄s iste tum cædes: quas lapidationes: quas fugas fecerit: q̄ facile ferro quotidianisq; insidiis: cū iam a firmissimo robore copiarū suarū relictus esset. Cn. Pom. foro curiaq; priuarit domūq; cōiecerit: uidistis. Ex quo iudicare potestis quāta uis illa fuerit oriens: & aggregata: Cū hæc. Cn. Pō. teri ruerit iam districta & extincta. hoc uidit in sentētia dicenda Kal. Ianuariis uir prudentissimus: & cū Reip. tū mihi: tum etiā ueritati amicissimus. L. Cotta: q̄ legem de meo reditu ferendā non censuit: qui me cōſuluisse Reip. gessisse tē/ pestati morem amicioře uobis cæterisq; ciuib⁹ q̄ mihi: at te expertisse ui. armis: dissensionē hōinū ad cædē institutā: nouoq; dominatu pulsam esse dixit: ni/ hil de meo capite potuisse ferri: nihil esse inscriptum: aut posse ualere. oīa con/ tra leges moresq; maiorū: temere: turbulēte: p uim: p furorem esse gesta. quod si illa lex eēt: nec referre ad Senatū consules: nec sentētiā dicere sibi licere: quo rū utrūq; cū fieret non oportere ut de me lex ferretur decerni: ne illa quæ nulla es/ set: esse lex iudicaretur. Sentētia uerior: grauior: utilior: melior Reip. nulla es/ se potuit. homine enim scelere & furore notato similis a Rep. labes in posterū dimouebat̄. neq; hoc. Cn. Pō. q̄ ornatissimā de me sentētiā dixit: Vosq; pō/ tifices: q̄ me uestris sentētiis auctoritatibusq; defendistis: nō, uidistis illā esse nullā: atq; esse potius flāmā tempis: itēdictū sceleris: uocē furoris: Sed pspe/ xistis ne qua popularis in uos aliquādo inuidia redūdaret: si sine populi iudi/ cio restituti uideremur. Eodēq; cōſilio. M. Bibuli fortissimi uiri Senatus sen/ tētiā secutus est: ut uos de mea domo statueretis: nō q̄ dubitaret: qn ab isto ni/ hil legibus: nihil religionibus: nihil iure esset actum: sed ne quis oriretur aliquā/ in tanta ubertate improborū: q̄ in meis adib⁹ aliquam religionem residere diceret. Nā legē istam quidē nullā esse: quotiēscūq; de me sentētiā Senatus di/ xit: totiēs iudicauit: Quoniam quidē scripto illo istius sentētiā dicere uetaba/ tur. Atq; hanc rem p illud simile Piso & Gabinius homies legum iudiciorūq;

PRO DOMINA SVVA AD PONTIFICES.

metuentes: cū frequentissimus Senatus eos ut de me referrent: quotidie flagitaret: non se rem improbare dicebant: sed lege istius impediri. Erat hoc uerū nam impediebantur. Verum ea lege quam iste idem de macedonia Syriaque tulerat: Hanc tu. P. Lentule neq; priuatus neque consul legem unquam esse putasti. Nam tri. ple. referentibus sententiam de me designatus consul saepe dixisti ex Kal. Ianuarii: quoad perfecta res est: de me rettulisti: legem promulgasti: tulisti: quorum tibi si esset illa lex nihil liceret. At etiam. Q. Metellus collega tuus uir clarissimus quam legem esse homines alienissimi a. P. Clodio iudicarent Piso & Gabinius: eam nullam esse frater. P. Clodii cum de me ad Senatum tecum una rettulit: iudicauit. Sed isti qui Clodii leges timuerunt quē admodum cæteras obseruarunt: Senatus quidem cuius est grauissimum iudicium de iure legum: quotienscūq; de me consultus est: totiens eam nullam esse iudicauit: quod idem tu Lentule uidisti in ea lege: quam de me tulisti. Nā non est ita latum: ut mihi Romam uenire liceret: sed ut uenirem. Non enim uolui id quod licebat ferre: ut lieeret: Sed me ita esse in Repub. magis ut arcessit imperio Po. Roma. uiderer: q; ad administrandam ciuitatem restitutus. Hunc tu etiā pernicioса pestis exulem appellare ausus es: Cum tantis sceleribus es ses & factis notatus ut omnem locum quo adiūsses exilii simillimum redderes: Quid est enim exul: ipsum p se nomen calamitatis: non turpitudinis. Quādo igitur est turpe: re uera cum est poena peccati. opinione autem hominum: si est poena damnati. Vtrum igitur peccato meo nomen subeo an re iudicata? Peccato: iam neq; tu id dicere audes: quem isti satellites tui felicem Catilinā nominant. neq; quisq; eorum qui solebant: non modo iam nemo est tam imperitus: quin ea quæ gessi in consulatu peccata esse dicat. Sed nemo est tā inimicus patriæ: qui non meis consiliis patriam conseruatam esse fateatur. Q uod enim ē in terris cōmune tantum tantulum ue consilium: quod non de meis rebus gestis ea quæ mihi essent optatissima & pulcherrima iudicarit? Sūmū est po. Ro. populorūq; & gentium omnium ac regum consiliū. Senatus decreuit ut omnes qui Rempubli. saluam esse uellent: ad me unum defendendum uenirent. Ostenditq; nec stare potuisse Rempubli. si ego non fuisset restitutus: nec futuram esse ullam: si non rediisset. proximus est huic dignitati ordo equester. omnes omniū publicanorum societas de meo consulatu: ac de meis rebus gestis amplissima atq; ornatissima decreta fecerunt. Scribæ qui nobiscū in rationibus monumentisq; publicis uersantur: non obscurum de meis in Repub. beneficiis suum iudiciū decretumq; esse uoluerunt. nullum est in hac urbe collegium: nulli montani aut pagani: quoniam plebei quoq; urbani mores inde cōuenticula & quasi concilia quedam esse uoluerūt: qui non amplissime nō modo de salute mea: sed etiam de dignitate decreuerint. Nam quid ego illa diuina atq; īmortalia municipiorum & coloniarum & totius Italiæ decreta cōmemorem: quibus tanquā gradibus mihi uideor in cælum ascendisse: non solum

ORATIO

uiam muniui: ut eam tu alienis uiris comitata celebrares? Sed quid ego iudi
ces ita grauem personam induxi: ut uerear ne se idem Appius repente conuer
tat: & Cælium incipiat accusare illa sua grauitate censoria? Sed uidero hoc po
sterius. Atque ita iudices ut uel seuerissimis disceptatoribus. M. Cælii uitam me
probaturum esse confidam: Tu modo mulier (iam eni ipse tecum nulla perso
na introducta loquar) si ea quæ facis: quæ dicis: quæ in sororem tuam moliris:
quæ argumenta probare cogitas rationem tantæ familiaritatis: tantæ consue
tudinis: tantæ coniunctionis reddas atque exponas necesse est. Accusatores qui
dem libidines: amores: adulteria: Baiis acta conuiuia: comedationes: can
tus: symphonias: nauigia iactant: iidem significant nihil se te inuita dicere:
quæ tu quoniā mente nescio qua effrenata atque præcipiti in forum deser

ORATIO

ri iudiciūq; uoluisti:aut diluas oportet:aut falsa esse doceas:aut nihil neq; cri-
mini:neq; tuo testimonio credendum eē fateare.Sin autem urbanius me age
re mauis:sic agam tecū.Remouebo illum senem durum ac pene agrestem.Ex
his igitur tuis summam aliquem ac potissimum minimum fratrem tuū:q ē in
isto genere urbanissimus:qui te amat plurimum qui propter nescio quā credo
timiditatē & nocturnos quosdam inanis metus tecū semp pusio cū maiore so-
rore cubitauit:eum putato tecū loqui.Q uid tumultuaris soror:quid insanis
quid clamore exorsa uerbis paruā rem magnam facis:Vicinum adolescentulū
aspexisti.Candor huius te & proceritas uultus oculiq; pepulerūt.sæpius uidere
ueluisti.Fuisti nōnūq; ihisdē hortis uisa nobilis mulier:illum filium familias
patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes.calcitrat respuit.
non putat tua dona eē tāti.Confer te alio:habes hortos ad tyberim ac diligen-
ter eo loco preparasti:quo omnis iuuentus natandī cā uenit:Hic licet conditio-
nes quotidie legas:Cur huic q te spernit molesta es:Redeo nunc ad te Cæli ui-
cissim:ac mihi auctoritatem patriā seueritatemq; fuscipio.Sed dubito quē pa-
trem potissimum summam:Cecilianum ne aliq; uehementem atq; durū.Nūc
enim demum mihi animus ardet:cor cumulatur ira.aut illū,o infelix,O sce-
leste.ferrei sunt isti patres:Ego ne qd dicā:ego ne qd uelim:Ego ne quā tu o-
mnia tuis feedis factis facis.ut ne quicq; uelim uix ferenda diceret talis pater:
Cur te in istā uicinitatē meretritiā contulisti?Cur illecebris cognitis non refugi-
sti:cur alienā ullā mulierem nosti?Vide te ac disce p me licebit:si egebis.tibi
dolet:mihi lat ē:qui ætatis qd reliquū eē oblectē meæ.huic tristi ac decrepi-
to seni responderet Cælius:se nulla cupiditate inductū de uia deceßisse.Q uid
signi: nulli sumptus: nulla iactura: nulla uersura.At fuit fama.Q uotus quis:
que istam effugere potest in tam maledica ciuitate?uicinum eius mulieris mi-
raris male audisse:cuius frater germanus sermones iniquorum effugere nō po-
tuit?Leni uero & clementi patri cuiusmodi ille est responderet.fortes effregit?
restituentur.discidit uestem:resartiet.filii cā est expeditissima.Q uid enim es-
set in quo se facile non defenderet? nihil iam in istam mulierē dico.Sed si eēt
aliqua dissimilis istius:quā se omnibus puulgareret:quā haberet palā decretum
semp aliquē cuius in hortos domum baías iure suo libidines oīum cōmearent:
quā etiam aleret adolescentes & p̄simoniam patrum suis sumptibus sustenta-
ret:si uidua libere:proterua petulanter/diues efuse:libidinosa meretratio more
uiueret:Adulterum ego putarem:si quis hanc paulo liberius salutasset:dicet
aliquis.Hæc igit̄ ē tua disciplina:sic tu instituīs adolescentes:ob hāc causā tibi
hūc puerū parēs cōmēdauit & tradidit:ut in amore ac uoluptatibus adolescen-
tiam suam collocaret:& tu hanc uitam atq; hæc studia defenderes.Ego si quis
iudices hoc robore animi atq; hac indole uirtutis ac cōtinētiā fuit:ut respueret
oēs uoluptates / oēmq; sux uitæ cursum in labore corporis atq; in animi conté-
tione cōficeret.quē nō quies:non remissio:nō æqualiū studia:nō ludī:nō cōui-

PRO M. CAELIO.

uia delectarent: nihil in uita expetendum putaret: nisi quod esset cum laude & cum dignitate coiunctum: hunc mea sententia diuinis quibusdam bonis instru-
ctum atque ornatum puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos: Fabrici
os: Curios: omnesque eos qui ex minimis tanta fecerunt. Verum haec genera uirtutum
non solu in moribus nostris: sed uix iam in libris reperiuntur. Chartae quoque quae
illa pristinam seueritatem continebant: obsoleuerunt. neque solu apud nos quam haec lecta
rationemque uitare magis quam uerbis secuti sumus: sed etiam apud graecos doctissi-
mos homines: quibus cum facere non possent: loqui tamquam & scribere honeste ac
magnifice licebat. Alia quaedam mutatis graeciae temporibus pracepta extiterunt.
Itaque alii uoluptatis causa omnia sapientes facere dixerunt. Neque ab hac oratio-
nis turpitudine erudit homines refugerunt. Alii cum uoluptate dignitatem con-
iungendam putauerunt: ut res maxime inter se repugnantes dicendi facultate
coniungerent. Illud unum directum ad laudem cum labore iter qui perbauerunt propter
soli iam in scholis sunt relictum. Multa nam nobis blandimenta natura ipsa genuit:
quibus sopita uirtus conniueret: & interdum multas uias adolescentiae lubricas
ostendit: quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut plapsione uix posset.
& multaque regi iucundissimae uarietatem dedit quam non modo haec aetas: sed etiam iam
corroborata caperet. Quia uero si quem forte inuenieritis: quod aspernet oculis pul-
chritudinem regi: non odore ullo: non tactu: non sapore capiat: excludat auribus
omne suavitatem: huic homini ego fortasse & pauci deos propicios: plerique autem ira-
tos putabunt. Ergo haec deserta uia & inulta atque interclusa iam frondibus & uir-
gultis relinquitur. Deinde aliquid aetati: sit adolescentia liberior. non omnia uolup-
tibus denegentur. Non semper supererit uera illa & directa ratio. Vincat aliquis
cupiditas uoluptasque ratione: dummodo illa in hoc genere prescriptio moderatio
que teneatur. parcat iuuentus pudicitiae suae: ne spoliet alienam ne effundat pa-
trimonium: ne scenore trucidetur: ne incurrat in alterius domum atque famam:
ne perbrum castis labem integris: infamiam bonis inferat: ne quem interimat:
ne iter sit iisidiis: scelere careat. Postremo cum paruerit uoluptatibus: dederit aliqd
temporis ad ludum aetatis: atque ad inanes adolescentiae cupiditates: reuocet
se aliquando ad curam rei domesticae: rei forensis: Reipublicae: ut ea quae ra-
tiore antea non prospexerat: satieta abiecisse: experiendo contempisse uide-
atur. At multi & nostra & patrum maiorumque memoria iudices summi homi-
nes & clarissimi ciues fuerunt: quorum cum adolescentiae cupiditates deferuerunt:
sent: eximiae uirtutis firmata iam aetate extiterunt: Ex quibus neminem mihi ne-
cessere est nominare. Vosmet uobiscum recordamini. Nolo enim cuiusquam
fortis atque illustris uiri: ne minimum quidem erratum cum maxima laude con-
iungere. Quod si facere uellem: multi a me summi atque ornatissimi uiri praedi-
carentur: quorum partim nimia libertas in adolescentia: partim profusa
luxuries: magnitudo aeris alieni: sumptus: libidines nominarentur quae mul-
tis postea uirtutibus obiecta adolescentiae qui uellet excusatione defenderet.

ORATIO.

At uero in M. Cælio dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis/ au-
deo quadam fretus uestra sapientia libere cōfiteri) nulla luxurias reperiet: nul-
li sumptus: nullū æs alienū nulla conuiuorum ac lustrorum libido: quod qui
dem uitium uentris & gutturis nō modo non minuit ætas hominibꝫ: sed etiam
auget. Amores autem & hæ delitiæ quæ uocant: quæ firmiore animo præditis
diutius molestæ non solēt esse: mature. n. & celeriter deflorescunt: nunqꝫ hunc
occupatum impeditūqꝫ tenuerunt. Audistis cum pro se diceret: Audistis antea
cū accusaret: defendendi causa hæc non gloriandi eloquor. genus orationis: fa-
cultatem: copiam sententiæ: atqꝫ uerborum: quæ uestra prudentia est/ p̄spe-
xistis. Atqꝫ in eo non solum ingenium elucere eius uidebatis: quod s̄aþe etiā si
industria nō alit: ualeat tamen ipsum suis uiribus. Sed inerat(n̄i si me ppter be-
niuolentiam forte fallebat) oratio & bonis artibꝫ instituta & cura & uigiliis ela-
borata. Atqꝫ scitote iudices eas cupiditates quæ obiciuntur Cælio: atqꝫ hæc stu-
dia de quibus dispuo: non facile in eodem homine esse posse. Fieri. n. non po-
test ut animus libidini deditus/ amore/ desiderio/ cupiditate/ spe nimia: copia: u-
opia etiam nonūqꝫ impeditus: Hoc quicqd est quod nos facimus in dicēdo nō
modo agēdo: uerū etiam cogitādo: possit sustinere. An uos aliam cām esse ullā
putatis cur in tantis premiis eloquentiæ: tanta uoluptate dicendi: tanta laude:
tanta gratia: tanto honore /tam sint pauci sempqꝫ fuerint: qui in hoc labore uer-
sentur: Omitte dæ sunt omnes uoluptates: relinquēda studia delectationis. lu-
dus: iocus: cōuiuium: sermo ēt pene omniū familiariū deserēdus. Q uæ res in
hoc genē hoīnes a labore studioqꝫ discēdi deterret: nō quo aut ingenia defici-
ant: aut doctrina puerilis. An hic si sese isti uitæ dedisset: consularē hominē ad
modum adolescēs in iudiciū uocauisset: hic si laborē effugeret: si obstrictus uo-
luptatibus teneret: in hac acie quotidie uersaret: appeteret inimicicias: i iudi-
cium uocaret: subiret piculū capitis: ipso inspectāte Po. Ro. tot mēses aut de
salute: aut de gloria dimicaret: Nihil igit illa uicinitas redolet. nihil hoīnū fa-
ma. nihil Baiae deniqꝫ ipsæ loquunt: Illæ uero non loquunt solum: uerum etiā
am personāt: huc unius mulieris libidinē esse plapsam: ut ea non modo solitu-
dinem ac tenebras atqꝫ hæc flagitiorū tegumenta nō querat: sed in turpissimis
rebus frequentissima celebritate clarissima luce lætet. Verum si quis est q etiā
meretriciis amoribꝫ interdictum iuuentuti putet: ē ille qdem seuerus ualde:
negare non possum: Sed abhorret non modo ab huius seculi licentia: uerū etiā
a maiorum consuetudine atqꝫ concessis. Quando enim hoc nō factum ē: qū
reprehensum: quando nō pmissum: quādo deniqꝫ fuit: ut quod licet: nō lice-
ret: Hic ego iam rem definiam: mulierem nullam nominabo. tātum in medio
relinqua. Si qua non nupta mulier domum suā patefaceret oīum cupiditati:
palāqꝫ sese in meretricia uita collocaret: uirorū alienissimorū cōuiuīs uti iſtitue-
ret: si hæc i urbe: si i hortis: si Baiae illa celebritate faceret: si deniqꝫ ita sese gere-
ret: non incessu solum: sed ornatu atqꝫ comitatu: non flagrantia oculorum: nō

PRO MARCO CAELIO.

libertate sermonis:sed etiam complexu osculatiōe / aquis: nauigatione: conui
uiis:ut non solum meretrix: sed etiam procax uideatur. Cum hac si quis ado
lescens forte fuerit: utrum hic tibi .L. Herēni adulter an amator expugnare pu
dicitā: an explere libidinē uoluisse uideat? Obliuiscor iam iniurias Clodia.
depono memoriam doloris mei. quæ abs te crudeliter in meos me absentia fa
cta sunt: Negligo. ne sint hæc in te dicta quæ dixi. Sed ex te ipsa requiro: quo
niam & crimen accusatores abs te / & testem eius criminis teipsum dicunt se ha
bere: Si qua mulier sit eiusmodi qualem ego pauloante descripsi tui dissimi
lis uita meretricioq; instituto cum hac aliquid adolescentem hominē habuiss
e rationis: nū tibi perturpe aut flagitiosum eē uideatur? Ea si tu non es: sicut
ego malo: quid est quod obiciunt Cælio? Sin eam te uolunt esse: quid est cur
nos crimen hoc: si tu contemnis: ptimescamus? Quare nobis da ueniam ratio
nemq; defensionis. Nam aut pudor tuus defendet nihil a.M. Cælio petulan
tius esse factum: aut impudentia & huic defendēdi facultatem dabit. Sed quo
niam emersisse iam euadis: & scopolos præteruecta uidet oratio mea: perfa
ciliis mihi reliquus cursus ostendit. Duo sunt enim crimina: una in mulierū sū
morum facinorum: aurī quod sumptum a Clodia dicit: & ueneni quod eiusdē
Clodiæ necandæ cā parasse Cælium criminantur. Aurū sumpsit ut dicitis qd
.L. Luceii seruis daret: per quos Alexandrinus Dio: qui tum apud Luceū ha
bitabat: necaret. Magnum crimen uel in legatis insidiandis: uel in seruis ad
hospitem domi necandum sollicitādis. plenum sceleris consilium: plenum au
daciæ: Q uo quidem in crimine primum illud requirā. dixerit ne Clodiæ quā
ad rem aurum tum sumeret: an non dixerit: si non dixit: cur dedit: si dixit: eo
dem conscientiæ scelere se deuinxit. Tu ne aurum ex armario tuo promere ausa
es? Tu ne uenerem illam tuam spoliatrixē spoliare ornamentis? Cæterum cū
scires quantū ad facinus aurū hoc quereret: ad necē. s. legati ad. L. Luceii san
ctissimi hominis atq; integerimi labem sceleris sempiterni: huic facinori tan
to mens liberalis conscientia: tua domus popularis ministra: tua deniq; hospitalis
illa Venus adiutrix esse non debuit. V idit hoc Balbus: caelatam esse Clodiā
dixit. atq; ita Cælium ad illam attulisse: se ad ornatum ludorum aurum quæ
re: si tam familiaris erat Clodiæ q; tu eē uis: cum de libidine eius tam multa di
cis: dixit pfecto quo uellet aurum. si tam familiaris non erat: nō dedit. Ita si ue
rum tibi Cælius dixit. O imoderata mulier: sciens tu aurū ad facinus dedisti. si
nō est ausus dicere: nō dedisti? Q uid ego nūc argumētis huic criminis: quæ sūt
innumerabilia resistā? Possum dicere mores. M. Cælii longissime a tāti sceleris
atrocitate eē disūctos minime eē credendum homini tam ingenioso: tāq; pru
denti nūq; uenisse in mentē / rem tantū sceleris ignotis alienisq; seruis non eē
credenda. possum etiā illa & cæterorū patronorū & mea cōsuetudine ab accusa
tore pqrere. Vbi sit cōgressus cū seruis Luceii Cælius: q ei fuerit aditus: si per
se:qua temeritate: si p aliū:p quē: possum oēs latebras suspiciorū pagrate dī
&

ORATIO.

cendo, nō cā: non locus: non facultas: non cōscius: non perficiendī: nō occultan
di maleficī spes: non rō ulla: nō uestigū maximī facinoris reperietur. Sed hāc
quæ sunt oratoris ppria: quæ mihi non propter ingenium meū: sed pp hāc exer
citationē usumq; dicendi fructum aliquē ferre potuissent: cum a me ipso labo
rata pferri uiderent: breuitatis causa oīa relinquō. Habeo. n. iudices uiderē quē
uos sociū uestræ religionis iuriq; iurādi facile eē patiemini. L. Luceū sanctis,
simum hominē & grauissimū testem: q tātū facinus in famā atq; fortunas suas
neq; non audisset illatum a Caelio neq; neglexisset: neq; tulisset. An ille uir illa
humanitate præditus: illis studiis artibus atq; doctrina illius ipsius piculū quē
ppter hāc ipsa studia diligebat: negligere potuisset: & quod facinus in alienū
hominē illatū seuere acciperet: id omisisset curare i hospite: quod p ignotos ac
tum cum cōperisset: doleret: id a suis tentatū eē negligenter: quod i agris locisue
publicis factū reprehēderet: id in urbe ac domi suā cāptū eē leuiter ferret: Q d
in alicuius agrestis piculo nō postmitteret: id hō eruditus in insidiis doctissimi
hoīs dissimulādū putaret: Sed cur diutius uos iudices teneo: ipsius iurati reli
gionē auctoritatēq; pcipite. atq; oīa diligenter testimonii uerba cognoscite. Re
cita testimoniu Luceii. Q uid expectatis amplius: an aliquā uocē putatis ip
sam cām pro se & ueritatem posse mittere: Hāc est innocentiae defensio: Hāc
ipsius causæ oratio: Hāc una uox ueritatis / in criminē ipso nulla suspicio est:
& in re nihil est argumēti. in negocio quod actū eē dicit: nullū uestigū sermo
nis: loci: temporis. Nemo testis: nemo conscius nominat. totū crimen pfertur
ex inimica: ex infamie: ex crudeli: ex facinorosa ex libidinosa domo. Domus au
tē illa quæ tentata scelerē isto nefario dicit: plena ē integratatis: officii: religiōis:
exqua domo recitat. uobis iure iurādo deuincta auctoritas: ut res minime du
bitanda in cōtentione ponat utrum temeraria procax: irata mulier finxisse cri
men: an grauis sapiens moderatusq; uir religiose testimoniu dixisse uideatur:
Reliquum est igit̄ crimen de ueneno: cuius ego neq; principiū inuenire: neq;
uoluere exitū possum. Q uae fuit enim cā quāobrem uenēnū isti mulieri uellet
dare Caelius: ne aurum redderet: Num petiuit: ne crimen hāreret. Nū qs ob
iecit: nū qs deniq; fecisset mentionē si hic neminis nomen detulisset: qn etiam
Herēnium dicere audistis uerbo se molestū non fuisse futurū Caelio: nisi iterū
eadem de re suo familiari absoluto nomē hic detulisset. Credibile est igitur tan
tum facinus ob nullam causam esse commissum: Et uos non uidetis fingi sce
leris maximi crimen: ut alterius cā sceleris suscipiendo fuisse uideatur. Cui de
niq; cōmisit: quo adiutore usus est: quo socio: quo conscientio: cui tantum facinus:
cui se: cui salutē suā credidit: Seruis ne mulieris: Sic enim obiectū est. Et erat
tam demēs hic: cui iam uos ingenū certe tribuitis: etiā si cætera inimica oratōe
detrahitis: ut omnes suas fortunas alienis seruis cōmitteret. At quibus seruis: re
fert enim magnopere id ipsum. His ne quos intelligebat non cōmuni conditio
ne seruitutis uti: sed licentius: liberius: familiarius cum domina uiuere. Q uis

PRO MARCO CAELIO :

enim hoc non uidit iudices; aut quis ignorat; in eiusmodi domo in qua mater familias meretricio more uiuat; in qua nihil gerat quod foras proferendū sit; in qua lustra libidinis: luxuriæ: somnia: deniq; iaudita uitia ac flagitia uersentur: Hic seruos non esse seruos; qbus oīa cōmittant; per quos gerant; qui uersent inisdem in uoluptatibus: qb; occulta credant; ad quos aliquantū etiā ex quotidianis sumptibus; ac luxurie redundet. Id igitur Cælius non uidebat. Si enim tam familiaris erat mulieris q; uultis; istos quoq; seruos familiares eē domi nā sciebat. Sin ei tanta consuetudo quanta a uobis inducit; nō erat: quæ cum seruis potuit familiaritas tāta esse? Ipsius aut uenenī quæ ratio fingitur; ubi q; situm est. Quemadmodum paratū; quo pacto; cui; quo in loco traditum? Ha buisse aiunt domi uimq; eius esse expertum in seruo quodam ad rem ipsam pārato; cuius pceleri interitu esset ab hoc cōprobatū uenenū. Proh dīi īmortales cur interdū in hominū sceleribus maximis aut cōniuetis; aut p̄äsentis fraudis pœnas in diē reseruatis. Vidi. n. uidi & illum haui dolorem uel acerbissimum in uita;cū. Q . Metellus abstrahheret e sinu gremioq; patriæ; cūq; ille uir qui se natum huic imperio putauit; tertio die postq; in curia; postq; i rostris; post i Rep. floruisse; integrerrima ætate; optimo habitu; maximis uiribus eriperet indignis sime bonis omnibus atq; uniuersæ ciuitati. Q uo quidē tēpore ille moriens cū iam cæteris ex partibus opo; essa mēs esset; extremū sensum ad memoriā Rei pu. reseruauit; cū me intuēs flentē significabat interruptis ac morientibus uoci bus quāta impenderet procella urbi; quāta tempestas ciuitati; & uidi cū paries tem s̄ape seriens eum qui cum. Q . Catullo fuerat ei cōis crebro Catulum: s̄a; pe me s̄apissime rēp. nominabat; ut non tam se emori q; spoliari suo p̄æsidio cum patriam tum etiam me doleret. Q uem quidem uirum si nulla uis repenti ni sceleris sustulisset; quonāmodo ille furenti fratri suo patrueli consulari restisset; q; consulē incipiētē furere atq; conātem sua se manu interfeturū audiēte Senatu dixerit. Ex hac igitur domo p̄gressa mulier ista de uenenī sceleritate dicere audebit; nonne ipsam domum metuet; ne quā uocē eliciat; non parientes consciens; non noctē illam funestam ac luctuosam phorrescat? Sed reuertar ad crimen. Sed enim hæc facta illius clarissimi ac fortissimi uiri mentio & uocem meā fletu debilitauit. & mentem dolore impediuit. Sed tamen uenenum unde fuerit; quemadmodum paratum sit; non dicit. Datum eē hoc aiunt. P. Licinio prudenti adolescenti & bono Cælii familiaris; cōstitutum factū esse cū seruis; ut ueniret ad balneas senias. eodem Liciñium eē uenturū; atq; his uenenī pyxidem traditurum. Hic primum illud requiro: quid attinuerit illud ferri in eum locum constitutum? cur illi serui non ad Cælii domum uenerint. si manebat. tāta illa consuetudo Cælii cum Clodia; tantaq; familiaritas; quid suspicio nis eēt si apud Cæliū mulieris seruus uisus esset? Sin autem iam iā suberat multis; extincta erat consuetudo/dissidiū extiterat; hinc illæ lachrymæ nimig; & hæc cā est omnium scelerū atque criminum; immo inquit cum serui ad do-

ORATIO.

minā rem istam & maleficium Cælii detulissent: mulier ingeniosa præcepit suis omnia Cælio pollicerentur. Sed ut uenenū cum a Licinio traderet: ut manifeſto cōprēhēdi posset: constitui locū iussit balneas ſenias: ut eo mitteret amicos q̄ delitesceret. Deinde cū repete ueniffet Licinius: uenenū traderet, pſilirēt ho- minēq; cōprehēderent. Quæ qdem oīa iudices pfacile rationem habent repre- hendendi. Cur enim potissimum balneas publicas constituerat: in quibus non inuenio quæ latebra togatis hominibus eē poſſit. nam ſi eſſent in uestibulo bal- near̄ nō laterēt: ſin ſe ī intimū cōiicere uellent: nec ſatis cōmode calceati & ueſtitū id facere poſſent: & fortasse non recipent: niſi forte mulier potēs quadran- taria illa pmutatione familiaris facta erat balneatori. Atq; eqdēm uehemen- ter expectabam q̄ nam uiri iſtī boni testes huius manifesto deprehensi uenenī dicerentur. Nulli enim adhuc ſunt nominati. ſed non dubito qn ſint pgraues: qui primum ſint talis ſœminæ familiares. deinde eam prouiciā uſcepterint. ut ī balneas contruderentur: quod illa: niſi a uiris honestiſſimiſ & pleniſſimiſ di- gnitatī ūelit ſit poſtens: nunquā impetrauifſet. Sed qd ego de dignitate iſto rum testium loquor? Virtutem eorum diligentiāq; cognoscite. in balneis deli- tuerunt: testes egregios. deinde temere proſiluerunt. O homines grauitati de- ditos. Sic enim fingunt: cum Licinius ueniffet: pyxidem teneret in manu: co- nareſ tradere: nōdum tradidiffet: tū repente euolaffe iſtos præclaros testes ſi- ne nomine. liciniū hunc aut̄ cum iam manum ad tradendum pyxidem porre- xiſſet retraxiſſe: atq; illo repentinō hominum impetu ſe ī fugam conieciſſe. O magna uis ueritatis: quæ contra omniū ingenia: calliditatem: ſollertia: contra q; fictas hominū iſfidias facile ſe p ſeipſam defendat. Ve hæc tota fabella ue- teris & plurimarum fabular̄ poetria q̄ ē ſine argumento: q̄ nullū exitū iuenire poſt. Quid enim iſtī tot uiri? Nam neceſſe ē fuilſe non paucos: ut cōprehen- di Licinius facile poſſet: & res multoq; oculis eſſet teſtator: Cur liciniū de ma- nibus amiferunt? Qui minus. n. Licinius comprehendi potuit cū ſe retraxit: ne pyxidem traderet: q̄ ſi non retraxiſſet. Erant enim illi poſiti ut cōprehende- rent Liciniū: ut manifesto Licinius teneret: aut cū retineret uenenū: aut cū tra- didiſſet. Hoc fuit totū consiliū mulieris. Hæc iſtoq; puincia q̄ rogati ſunt: quos quidem tu quāobrem temere proſiluiſſe dicas atq; ante tempus non iuenio. fu- erant hoc rogati. fuerant ad hanc rē collocati: ut uenenū: ut iſfidiae: facinus de- niq; ipſum ut manifesto cōprehenderetur. Potuerunt ne meliori tempore pro- filire: q̄ cū Licinius ueniffet: cū in manu teneret uenenī pyxidem: quæ ſi iam eraſ tradita ſeuilſe: euafiſſent ſubito e balneis mulieris amici Liciniūq; cōprehē- diſſent. Imploraret omniū fidem: atq; a ſe illam pyxidem traditam pernega- ret. quem quomodo illi reprehēderent: uidiffe ſe dicerent: primum ad ſe reuo- carent maximi facinoris crimen. deinde id ſe uidiffe dicerent: qui quo loco col- locati fuilſent: nō potuiffent uidere. Tempore igiſ ipſo ſe ostēderet: cum Licinius ueniffent: pyxidem expediret: manū porrigeret: uenenū traderet. Mimi-

PRO MARCO CAELIO.

ergo ē etiā exitus: nō fabulæ: i quo cū clausula nō inuēit: fugit aliq s e manib⁹.
 Deinde scabella cōcrepan: auleū tollitur. Q uero enim cur Liciniū titubantē
 hesitātem: cedentem: fugere conantē: mulieraria manus ista de manibus emise
 rit. cur nō cōprehēderit: cur nō ipsius cōfessiōe multor⁹ oculis: facinoris deniqz
 uoce tanti sceleris crimen expredderint? An timebāt ne tot unū ualentē ibecil
 lū: alacres pterritū superare non possent? Nullū argumentū in re: nulla suspī
 cio in cā: nullus exitus criminis reperiet⁹. Itaq; hāc cā ab argumentis: a cōiectu
 ra: ab his signis qbus ueritas illustrari solet: ad testes tota traducta ē. quos qdē
 ego iudices testes nō modo sine ullo timore: sed etiā cū aliqua spe delectatōis
 expecto. Prægesit animus iā uide⁹. primū lautos iuuenes mulieris beatæ ac no
 bilis familiares: deinde fortissimos uiros ab impatrice in insidiis atq; in præsi
 dio balnear⁹ locatos: ex qbs reqrā quonā mō latuerit aut ubi? Alueus ne ille an
 equus troianus fuerit: q tot inuictos uiros muliebre bellū gerentes tulerit: ac te
 xerit? Illud uero respondere cogam: cur tot uiiri ac tales hūc & unū & tā imbecil
 lē q uidetis: non aut stantē cōprehēderint: aut fugiētē cōsecuti sint. q se nūquā
 pfecto si in istum locū pcesserint: explicabūt: q uolēt in cōuiuiis faceti: dicaces.
 Nōnūq etiā ad uinū dīserit sint. Alia foris uis est: alia triclinii: alia subselliorū
 ratio: alia lector⁹: non idem iudicum comeſſatorūq; cōspectus. Lux deniq; lon
 ge alia ē Solis & Lychnor⁹. quāobrē excutiēmus oēs istor⁹ delitias: oēs inepti
 as si pdierint: sed si me audiant: nauent aliā opā: aliā inēant ḡam: in aliis reb⁹
 se ostētēt: uigeāt apud istā mulierē uenuſtate: dominenē ſumptib⁹: hāreāt: ia
 ceāt: ſeruiāt: capiti uero innocētis & fortunis parcāt. Adsunt ſerui illi de cognā
 tor⁹ nobilissimor⁹ ac clarissimor⁹ hominū ſententia manumifſi. tādem aliqd in
 ueniēmus: quod ista mulier ſuoꝝ ppinquoꝝ fortissimoꝝ uiroꝝ ſententia atq;
 auctoritatē feciſſe uideat⁹. Sed ſcire cupio qd habeat argumenti ista manumif
 ſio? in qua aut crimen eſt Caelio quāſitū: aut quāſtio ſubleuata: aut multarum
 rerum conciis ſeruis cū cā premiū pſolutū. At ppinquis placuit. cur non place
 ret? cū rē tu te ad eos non ab aliis tibi allatā: sed a teipſa cōptā deferre diceret?
 Hic etiam miramur ſi illā cōmentitiā pyxidem obſcenissima ſit fabula conſei
 cuta. Nihil ē qd in eiusmodi mulierē nō cadere uideat⁹. Audita & puulgata &
 pcelebrata ſermōib⁹ res eſt: picipitis animis iudices iādudum qd uelim: uel po
 tiuſ quod nolim dicere: quod ēt: ſi eſt factū a Caelio certe nō eſt factū. qd. n. at
 tinebat? Eſt enim ab aliquo fortaſſe adolescentē non tā inſulso: quā non uere
 cūdo. Si aūt ē fictum: nō illud qdē modētū ſed tamen nō eſt in facetum mēi
 daciū: quod profecto nūq hominū ſermo atq; opinio cōprobasset: niſi om
 nia quā cum turpitudine aliqua dicerent: in iſtā quadrare apte uiderent⁹. Di
 cta eſt a me cā iudices & porata: iā intelligitis quātū iudiciū ſuſtineatis: quanta
 res ſit cōmifſa uobis. De ui quārētis: quā lex ad imperium ad maiestatē: ad ſta
 tum patriæ: ad ſalutē omniū ptiñet: quā legem. Q. Catulus armata diſſenſio
 ne ciuiū. R. P. pene extremitis temporib⁹ tulit: quāq; lex ſedata illa flamma cō

ORATIO.

fulatus mei fumantis reliquias coniurationis extinxit.hac lege Cælii adolescē
tia nō ad reip. pœnas sed ad mulieris libidines & delicias deposcit: Atq; hoc ēt
loco .M. Camurti & Ceserni danatō prædicat^r. O stultitiā ne dicam an impu/
dentiam singularem. Audetis ne cū ab ea ueniatī facere istorum homiū mē
tionem? Audetis ne excitare tanti flagitiī memoriam:nō extinctā illam quidē
sed repressam uetusitate? quo enim illi criminē peccatoq; perierunt? Nēpe qđ
eiusdem mulieris dolorē & iniuriā Vectiano nefario sunt stupro persecuti. Er
go ut audiret^r Vectii nomen in cā:ut illa uetus Afraria fabula refricaret^r: iccir
co Camurti & Ceserni est causa renouata:qui quāquam lege de ui certe non te
nebantur:eo maleficio tamen erant implicati:ut ex nullius legis laqueis emitī
tendi uiderentur .M. uero Celius cur in hoc iudiciū uocatur:cui neq; propriū
q̄stionis crimē obiicit^r:nec uero aliquid eiusmodi quod sit a lege seiūctū:& cū
uīa seueritate cōiūctū cuius p̄fia etas dedita disciplīs fuit: iisq; artib; qb; instrui
mur ad hūc usum forensem:ad capessendam Rēp.ad honorē:gloriā:dignita/
tem.his aut̄ fuit amicīis maiorum natu:quorum imitari industriā continētiā
q; maxime uelit.His æqualium studiis:ut eundem quem optimi ac nobilissi/
mi petere cursum laudis uideretur.Cum autē paulum iam roboris accessisset
ætati in Aphricā profectus est.Q. Pompeio Procons.cōtubernalis castissimo
uiro atq; omnis officii diligētissimo:in qua domo cum res erāt & possessiones
paternæ:tum etiam usus qdam prouincialis non sine cā a maioribus huic ætati
tributus.dīscēpsit illinc Pompei iudicio probatissimus:ut ipsius testimonio co
gnoscetis.uoluit ueterē instituto eoꝝ adolescentium exemplo qui post in ciu/
itate summi uiri & clarissimi ciues extiterunt:industriam suā a .P.R.ex aliqua
illustri accusatione cognosci.Vellem alio potius eum cupiditas gloriæ detulit
set.sed habuit hoc tempus querelæ.accusauit.C. Antonium Collegam meum:
cui misero p̄clara in .R.P.memoria nihil profuit:nocuit opinio maleficīi cogi/
tati.postea nemini concessit æqualiū plus ut in foro plus ut in negociis uersa/
ret causisq; amicorum .plus ut ualeret inter suos grā: quæ nisi uigilantes ho/
mines nisi sobrii nisi industrii consequi nō possunt:Omnia labore & diligē/
tia est consecutus.In hoc flexu quasi ætatis .nihil enim occultabo fretus huma/
nitate ac sapientia uestra:fama adolescētis paulum hæsit ad metas notitia no/
ua mulieris:& infelici uicinitate:& insolēta uoluptatū.Q uæ cū inclusæ diu/
tius & prima ætate compressæ & constrictæ fuerunt:subito se nonnūq; profun/
dūt:atq; eiiciunt uniuersæ.qua ex uita uel dicam quo ex sermone:nequaq; enī
tātū erat quātū homines loquebantur: Verum ex eo qcquid erat emersit.totū
que se eiecit atq; extulit:tantūq; abest ab illius familiaritatis infamia:ut eiusdē
nūc ab sese inimicitias odiūq; propulset .Atque ut iste interpositus sermo deli/
tiarum desidiaꝝq; moreretur:fecit me mehercule iūto & multum repugnante:
sed tamen fecit: nomen amici mei de amibitu detulit: quem absolutum īsequi
tur:reuocat:nemini nostrum obtemperat.est uiolentior q̄ uellem.Sed ego non

PRO MARCO CAELIO.

Ioquor de sapientia: quæ nō cadit in hanc ætatem; de impetu animi Ioquor de cupiditate uincendi: de ardore mentis ad gloriam. quæ studia iam in his ætatis bus nostris contractiora eē debeant. in adolescētia uero tāq i herbis significat: quæ uirtutis maturitas: & quātæ fruges industriæ sīnt futuræ. Etenim semper magno ingenio adolescētes refrenādi potius a gloria: q̄ incitandi fuerunt. Amputanda plura sunt illi ætati: si quidem efflorescit ingenii laudibus: q̄ inferenda. Quare si cui nimiū efferbuisse: uideſ huius uel in suscipiēdis uel īgerendis inimicitiis uis ferocitatis: si quē etiā minorū horū aliquid offendit se purpuræ genitus: si amicorū cateruæ: si splēdor: si uitor: iam ista deseruerit: iā ætas omnia iā res: iam dies mitigate. Conseruate igit̄ R.P. Iud. ciuē bonaꝝ artium: bonarū partium: bonorū uirorū. Promitto hoc uobis & R.P. spondeo: si modo nos ipſi R.P. satisfecimus: nūq̄ hūc a nostris rationib⁹ seiūctū fore. quod cū fretus nostra familiaritate promitto. tū quod durissimis se ipſe legib⁹ iam obligarit. Ne que. n. potest q̄ hominē cōſularē quod ab eo. R.P. uiolatam diceret: i ius uocarit: ipſe in. R.P. ciuīs eē turbulentus. Non pōt q̄ ambitu ne absolutum qdem patif̄ esse absolutū: ipſe impune quidē esse largitor. Habet a. M. Caelio. R.P. Iudi. duas accusationes uel obsides periculi uel pignora uolūtatis. Quare obi testor orōq; Iud. ut qua in ciuitate paucis dieb⁹ his Sex. Clodius absolutus sit: quem per biénium aut ministrium seditōis aut ducē uidistis. Qui ædes sacras: qui censum. P.R. qui memoriam publicam suis manibus incēdit: hominem sine re sine fide: sine spe: sine sede: sine fortunis: ore: lingua: manu uita omni iniquitatum: qui Catuli monumentum afflixit: meam domum diruit: mei fratris incendit: qui in palatio atque in urbis oculis seruitia ad cādem & inflammandam urbem incitauit: In ea ciuitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia Marcum Celium libidini mulieris condonatum: ne eadem mulier cum suo coniuge & fratre turpissimum latronum eripuisse & honestissimum adolescentem oppressisse uideatur. Quod cum huius uobis adolescentia proposueritis: constituitote uobis ante oculos huius ēt miseri senectutem: q̄ hoc unico filio nititur. in huius spe requiescit. huius unius casus per timescit. Quē uos supplicem uestræ misericordiæ serum potestatis abiectum non tā ad pedes q̄ ad mores sensusque uestros: uel recordatione parentum uestrorum uel liberorum iucunditate substentate: ut in alterius dolore uel pietati uel iduli gentiæ uestræ seruiatis. Nolite Iud. aut hunc natura ipsa occidentem uelle matrū extingui uulnere uestro q̄ suo facto. aut hunc nunc primum florescentem firmata iam stirpe uirtutis tāq turbie aliquo aut subita tempestate peruertere. Conseruate parenti filium. parentem filio. ne aut senectutem prope despetatā cōtemplisse aut adolescentiam plenam spei maxime: non modo uos non aliuisse: sed etiam perculisse atq; afflixisse uideamini. Quem si uobis si suis: si R.P. cōseruatis addictū deditū obstrictū uobis ac liberis uis habebitis: oīum q̄ hui⁹ neruoꝝ ac laboreꝝ uos potissimum Iud. fruct⁹ uberes diuturnosq; capietis.

ORATIO.

M.T.C.PRO SEXTOROSCIO AMERINO ORATIO.XX

REDO EGO VOS IVDICES MIRARI QVID
 sit: quod cū tot summi oratores hominesq; nobilissimi se-
 deant: ego potissimum surrexerim: q neq; ætate: neq; inge-
 nio: neq; auctoritate sim cum his qui sedeant comparadus.
 Omnes enim hi quos uidetis adesse in hac causa iniuriam
 nouo scelere cōflatā putant oportere defendi. Defendere ip-
 si pp iniquitatē téporis nō audent. Ita fit ut ad sint propterea
 q officium sequunt̄. taceant aut̄ iccirco: qā pīculum̄ metuunt. Quid ergo: au-
 dacissimus ego ex omnibus: minime. At tanto officiosior q cæteri: ne istius q
 dem laudis ita sum cupidus: ut aliis eam præemptam uelim. Quæ me igit̄ res
 præter cæteros impulit: ut cām Sexti Rosciī reciperē: quia si qs istor̄ dixisset:
 quos uidetis adesse: in qbo summa auctoritas ē atq; amplitudo: Si uerbum de
 rep. fecisset: id quod in hac cā fieri necesse ē: multo plura dixisse q dixisset: puta
 ref: Ego etiā si oīa quæ dicenda sunt libere dixero: nequaq; tñ similiter oratio
 mea exire: atq; in uulgu emanare poterit. deinde q cæterorum neq; dictū obi-
 scunū pót eē propter nobilitatem & amplitudinē: neq; temere dicto concedi pi-
 pter ætatem & prudentiam. Ego si quid liberius dixero: uel occultū eē: pp̄terea
 q nōdū ad Rēp. accessi: uel ignosci adolescētiā meæ poterit: tametsi nō modo
 ignoscēdi ratio: uerūetiā cognoscēdi cōsuetudo iā de ciuitate sublata ē. Acce-
 dit illa quoq; cā: q a cæteris forsitan ita petitū sit: ut dicerent: ut utrūuis saluo
 officio facere se posse arbitrarent̄. A me autem hi cōtēderunt: q apud me & a-
 micitia & beneficiis & dignitate plurimum possunt: quorū ego neq; beniuolē-
 tiā erga me ignorare: nec auctoritatē aspernari: nec uoluntatē negligere debe-
 am. His de causis ego huic causæ patronus extiti: nō electus unus q maximo i-
 genio: sed relictus ex omnib; q minimo piculo possem dicere. neq; uti satis fir-
 mo præsidio defensus Sex. Roscius: uerū uti non omnino desertus eēt. Forsi-
 tan quæratis qui iste terror sit: & quæ tanta formido: quæ tot ac tales uiros im-
 pediat: qui minus pro capite & fortunis alterius quemadmodum consueuerūt
 causam uelint dicere. quod adhuc uos ignorare non mirū est: propterea q con-
 sulto ab accusatoribus eius rei quæ cōflauit hoc iudiciū: mētio facta nō ē. quæ
 res ea est: Bona patris huiuscē Sexti Rosciī: quæ sunt sexagesies: quæ de uiro
 fortissimo & clarissimo. L. Sylla: quem honoris causa nominō: duobus milib;
 nūmum sese dicit emisse adolescens uel potentissimus hoc tépore nostræ ciu-
 tatis. L. Cornelius Chrysogonus is a uobis iudices hoc postulat: ut quoniam
 in alienam pecuniam tam plenam atque præclarā nullo iure inuaserit. Quo-
 niamq; ei pecuniæ uita Sexti Rosciī obstante atq; officere uideatur: deleatis ex
 animo suo suspicionē oēm: metūq; tollatis, sese hoc icolumi nō arbitrat̄ hui⁹ u-

PRO ROSCIO AMERINO.

nocentis patrimonium tam amplum & copiosum posse obtinere. damnato. & electo spat se posse; quod adeptus est p scelus; id p luxuriā effundet atq; consu mere. hunc sibi ex animo scrupulum; q se dies noctesq; stimulat ac pugit; ut ei uellatis postulat; ut ad hāc suā pdā tā nefariā adiutores uos psiteamini; Si uobis æqua & honesta postulatio uideat iudices; Ego cōtra breuē postulationem affero & quomodo mihi p suadeo: aliquāto æquiorē. Primū a Chrysogono pte: ut pecunia fortunisq; nostris cōtentus sit. sanguinē & uitā ne petat. deinde a uobis iudices ut audacissimo sceleri resistatis. Innocētiū calamitatē leuetis; & ī cā Sexti Rosciī piculū quod in oēs intēdit; ppulseūis; q si aut cā criminis: aut facti suspicio: aut qualibet deniq; uel minima res reperiet; quā obrem uideantur illi non nihil tñ in deferendo nomine secuti. Postremo si ppter eam pdā quā dixi: quicq; aliud causæ inuenieritis: non recusamus qn illoq; libidini Sexti Rosciī uita dedat. sin aliud agit nihil: nisi ut his ne quid desit: quibus satis nihil ē. Si hoc solū hoc tempore pugnat: ut ad illam opimā p̄clarāq; pr̄dam damnatio Sex. Rosciī uelut cumulus accedit: nōne cum multa idigna: tum uel hoc idignissimū ē: Vos idoneos habitos: p quorum sentētias iusq; iurādū id assequantur: quod antea ipsi scelere & ferro asseq cōsueuerūt: Qui ex ciuitate ī se natum propter dignitatē ex senatu ī hoc cōsiliū delecti estis ppter seu eritatem ab his hoc postulare hoīes sicarios atq; gladiatores non mō ut supplicia uitēt: q a uobis p maleficiis suis metuere atq; horrere debēt: uerūēt ut spoliis Sex. Rosciī. hoc iudicio ornati auctiō discedat. His de rebus tātis tāq; atrocib; neq; satis liberū uociferati posse intelligo: nā cōmoditati īgeniū: grauitati ætas: libertati tēpora sunt impedimento. huc accedit sumus timor: quē mihi natura pudor que meus attribuit: & uestra dignitas: & uis aduersariorum: & Sex. Rosciī. picula.

Quapropter uos oro atq; obsecro iudices ut attēte bonaq; cū uenia uerba mea audiatis: fide sapientiaq; uestra fretus plus oneis sustuli: q ferre me posse itelli go. hoc onus si uos aliqua ex pte alleuabitis: feram ut potero studio & idustria iudices. Sin a uobis id quod nō spo deserat: tñ animo nō deficiā: & id quod su scipi quoad potero: pferam. q si pferre nō potero: opprīmi me onere officii ma lo: q id quod mihi cum fide semel impositum ē: aut propter pfidiā abiiceat: aut ppter ifu mitatem animi deponere. Te quoq; magnope. M. Fanni quæso: ut q lem te iam antea populo Roma. p̄buisti: cum huic idem quæstioni iudex p̄tesses / talem te & nobis & populo Romano hoc tēpe īpertias. Quanta multitudine hominū conuenerit ad hoc iudicium uides: quæ sit omnium mortali um expectatio quæ cupiditas: ut acria & seuera iudicia fiant intelligis. Longo interuallo iudicium inter sicarios hos primum committitur: cum inter ea cædes indignantiae maximæque factæ sint. Omnes hanc quæstionem te p̄tore manifestis maleficiis quotidianoq; sanguine demissius spant futurā. Qua uociferatōe in cæteris iudiciis accusatores uti cōsueuerūt: ea nos hoc tēpe utimur: qui causam dicimus. Petimus abs te. M. Fani a uobisque iudices: ut q

ORATIO.

acerrime maleficia uindictis: ut quā fortissime hominibus audacissimis resistatis: ut hoc cogitatis: nisi in hac cā: qui uester animus sit ostēdetis: eo prorumperū hominū cupiditatē: & scelus: & audaciā: ut non modo clam uerūetiā hic in foro ante tribunal tuum. M. Fanni: ante pedes uestros iudices: inter ipsa subsellia cædes futuræ sint. Etenim qd aliud hoc iudicio tentat: nisi ut id fieri liceat? Accusant hī qui in fortunas huius inuaserunt. cām dicit is cui præter calamitatem nihil reliquerunt. Accusant hī quibus occidi patrē Sex. Ros. bono fuit. Causam dicit is cui nō modo luctū mors patris attulit uerumetiam egestatem: Accusant hī qui hunc ipm iugulare summe cupierunt. Cām dicit is qui etiā ad hoc ipm iudiciū cum præsidio uenit: ne hic ibidem ante oculos uestros trucidetur. deniqz accusant hī: quos populus poscit. Cām dicit is qui unus relictus ex illorum nefaria cæde restat. Atqz ut facilius intelligere possitis iudices ea quæ facta sunt indigniora esse: q̄ hæc sunt quæ dicimus ab initio res quēadmodum gesta sit uobis exponemus: quo facilius & huius hominis innocentissimi miseras: & illogz audaciam cognoscere possitis: & reip. calamitatem. Sex. Ros. pater huiuscē municeps Amerinus fuit: cum genere & nobilitate & pecunia non modo sui municipii uerumēt eius uicinitatis facile primus: Tū gratia atqz hospitiis florēs hoīum nobilissimorū. Nā cū Metellis: Seruiliis. Scipionibz erat ei nō modo hospitium uerūetiā domesticus usus & consuetudo: quas ut æquū ē familias hōestatis amplitudinisqz grā nomio. Itaqz ex suis oībō cōmodis hoc solum filio reliqt. Nā patrimoniū domestici prædonēs uiereptum possidēt: fama & uita īnocētis ab hospitibus amicisqz paternis defendit. Hic cū omni tēpore nobilitatis fautor fuisset tū hoc tumultu proximo cū omnium nobiliū dignitas & salus in discriumen ueniret: præter cæteros in ea uicinitate eā partē causāqz opera studio auctoritate defendit. Etenī rectum putabat p̄ eorū honestas: se pugnare propter quos ipse honestissimus inter suos numerabat. posteaqz uictoria cōstituta ē: ab armisqz recessimus: cū p̄scriberent hoīes atqz ex oī regio ne capent hī q̄ aduersarii fuisse putabant: erat ille Romæ frequēs i foro: & i ore oīum quotidie uersabat: magis ut exultare uictoria nobilitatis uideref: quā timet ne qd ex ea calamitatis sibi accideret. Erāt ei ueteres inimicitiae cū duobus Rosciis Ameris: quoꝝ alter sedēt i accusatorū subselliis uideo: Alter tria huīusce p̄dīa possidebat audio: q̄s inimicitias si tā cauebat potuisset: q̄ timebat solebat: uiueret. Neqz. n. iudices iniuria metuebat. Nā isti duo sunt Titus Ro. quoꝝ alteri Capitonī cognomē ē. Iste q̄ adest Magn⁹ uocat. Hoīes eiusmodi: alter pluriꝝ palmarū uetus ac nobilis gladiator habebat. Hic aut̄ nup̄ se ad eū lanistā cōtulit: q̄ ante hāc pugnā tyro eēt qd̄ sciā: facile ipm magistrū scelere audaciaqz suauit. Nā cum hic Sex. Roscius eēt Ameria: Titus alter iste Roscius Romæ: cum hī filius assiduus i p̄diis eēt: cūqz se uolūtate patris rei familiarī uitæqz rusticæ dedisset: i p̄pe autem romæ frequēs eēt: occiditur ad balneas palatinas rediens accēna Sex. Ros. Spero ex hoc ipso non esse obscurum: ad quem su-

Narratio

PRO ROSCIO AMERINO.

spitio maleficii ptineat. Verum id quod adhuc suspitosum: nisi p̄spicuum res ipsa fecerit: hunc affinem culpae iudicatore. Occiso Sex. Roscio primus Ameria nunciat Mālius Glautia quidā hō tenuis: libertinus: cliens: & familiaris istius Titi Roscii. nunciat domū non filii: sed Titi Capitonis inimici. Et cum post horā primā noctis occisus esset: primo diluculo nuncius hic Ameria uenit. de cem horis nocturnis sex &. L. milia passuum cisiis puolauit: nō modo ut ex opatum inimico nuncium primus afferret: sed etiam cruentem inimici quārecen-
tissimum: telūq; pauloante e corpore extractum ostenderet. Quatriduo quo hæc gesta sunt res ad Chrysogonū ī castra. L. Syllæ Volatteras desert̄, magni-
tudo pecuniae demōstrat̄: bonitas prædior̄. Nā fundos decem & tres reliquit:
q; Tyberim fere oēs tangunt huius inopia & solitudo cōmemorat̄, demōstrat̄
cum pater huiuscē Sex. Ro. homo tā splēdidus & gratus nullo negocio sit
occisus: p̄ facile hunc hoīem incautū & rusticū & rure & Romæ ignotum de me-
dio tolli posse. ad eā rem operam suā pollicētur. Ne diutius uos teneā iudices:
societas coitur: cum iam proscriptionis mentio nulla fieret: & cum etiam q; ante
metuerant redirent: ac iam defunctos sese piculis arbitrarent̄. hoīs studiosissimi
nobilitatis māceps fit Chrysogonus: Tria prædia uel nobilissima Capitonii
propria traduntur: quæ hodie possident: in reliquias oīs fortunas iste Titus Ro.
nomine Chrysogoni: quēadmodum ipse dicit impetum fecit. hæc bona emun-
tur sestertior̄ duobus milibus nūmū. Hæc omnia iudices imprudēte. L. Sylla
facta eē certe scio. Neq; enim mirū: cū eodē tēpore & ea quæ præterita sunt: &
ea quæ uidentur īstare p̄paret: Cū & pacis cōstituēdæ rationē & belli gerēdi po-
testatē solus habeat: cū oēs in unū spectēt: unus oīa gubernet: cū tot tantisq; ne-
gociis distentus sit: ut respirare libere non possit: si aliquid non animaduertat:
cū præsertim tā multi occupatōnē eius obseruēt: tēpusq; aucupētur. ut simulati-
q; ille despicerit aliquid huscmodi moliantur. Huc accedit: q; quāuis ille fe-
lix sit sicut est: tamen in tanta felicitate nemo potest esse in magna familia. qui
neminem neq; seruum neq; libertum improbū habeat. Interea iste Titus Ro.
uir optimus procurator Chrysogoni Ameriam uenit: in prædia huius inuadit.
Hūc miserum luctu præditum qui non dū etiā oīa paterno funeri iusta soluī-
set: nudū eiecit domo atq; focis patriis: diisq; penatibus præcipitē Sextū iudi-
ces exturbat. ipse amplissimæ pecuniae fit dominus: qui in sua re fuisset egentis-
simus. Erat ut fit insolens ī aliena. Multa palam domum suā auferebat. plu-
ra clam de medio remouebat. non pauca suis adiutoribus large effuseq; dona-
bat. Reliqua constituta auctione uendebat. quod Ameriniis usq; eo uisum est
indignum: ut urbe tota fletus gemitusque fieret. Et enim multa simul ante o-
culos uersabantur: mors hominis florentissimi Sex. Ro. crudelissima. filii au-
tem eius egestas indignissima: cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius ne-
iter quidem ad sepulchrum patrium reliquisset. bonorum emptio: flagitiosa
possessio: furta: rapinæ: donationes, nemo erat qui non ardere oīa māllet:

Nra 11 1.
felix

ORATIO.

Quidere in Sex. Ro. uiri optimi atq; honestissimi bonis iactantē se ac dominā tē Ti. Ro. itaq; decurionum decretū statim fit: ut decē primi pficiscant ad .L. Syllā: doceātq; eū q uir Sex. Ro. fuerit cōquerātur de istorū scelere & iniuriis: orent & ut illius mortui famā & filii innocentis fortunas conseruatas uelit. Atq; ipsum decretū quæso cognoscite. Decretū decurionū. Legati in castra ueniūt. Intelligit iudices quod iam ante dixi īprudente. L. Sylla scelera hæc & flagitia fieri. Nā statim Chrysogonus & ipse ad eos accedit: & homines nobiles allegat iis q peterent: ne ad Syllam adirent. Et oīa Chrysogonū quæ uellent eē factu, rū pollicerent. Vsq; adeo autē ille ptimuerat: ut mori mallet q de his rebus Syl lā doceri. homines antiqui q ex sua natura cæteros fingerent: cū ille confirmaret sese nomen Sex. Ro. de tabulis exēpturū: p̄dia uacua filio traditurū. Cunq; id ita futurū Titus Ro. Capito: q in decem legatis erat ad promitteret crediderūt. Ameriā re inorata reuerterūt. Ac primo rē differre quotidie ac pcrastinare isti cœperūt. Deinde aliquāto lentius nihil agere atq; deludere. postremo id quod facile intellectū est: insidias uitæ huiusc. Sex. Ro. parate. Neq; sese arbitrari posse diutius alienā pecuniā domino in columni obtinere, quod hic simularque sensit de amicorū cognatorūq; sententia Romā confugit & sese ad Ceciliā ne potis filiā: quā honoris cā nomino: contulit: qua pater uisus erat plurimum. In qua muliere iudices etiā nūc id quod oēs semp existimauerūt: quasi exēpli cau sa uestigia antiqui officiū remanēt. ea Sex. Ro. in opē eieclū domo atq; expul sum ex suis bonis fugientē latronū tela: & minas recepit domi. hospitioq; op presso iam desperatoq; ab oībus opitulata est. eius uirtute fide & diligētia faci tum est: ut hic potius uiuus in reos: quā occisus in pscriptos referretur. Nā post q isti intellexerūt summa diligētia uitā Sex. Ro. custodiri: neq; sibi ullā cæ dis faciēdæ potestatem dari: cōsilium cœperūt plenū sceleris & audaciæ: ut no men eius de parricidio deferrent: ut ad eā rē aliquē accusatorem ueterē cōpararent: q de ea re possit dicere aliqd: in qua re nulla subesset suspicio. denique ut quoniā criminē non poterāt: tempore ipso pugnarent. Ita loq homines q iudicia tā diu facta non essent: cōdēnari eū oportere: qui primus in iudicium adductus esset. huic autē patronos pp Chrysogoni gratiā defuturos. de bono & uenditione & de ista societate uerbū esse facturū neminem. Ipso nomine particidii & atrocitate criminis fore: ut hic nullo negocio tolleret: cum a nullo defensus esset. Hoc consilio atq; adeo hac amentia impulsū: quē ipsi cū cupent nō potuerūt occidere: eum iugulandū uobis tradiderūt. Quid primum quærar: aut unde potissimum ordinar iudices aut quod: aut a quibus auxilium petā: deorū ne immortalium: Po. ne Ro. uestrā ne qui sūmam potestatem habetis hoc tempe fidem implorem: Pater occisus nefarie: domus obsessa ab inimicis: bona adēpta possessio direpta: filii uita infesta: sēpe ferro atq; insidiis appetita. Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse uide: tamen hoc aliis nefariis cumulat: atque adaugent, crimen incredibile configunt. Testes in hūc & accusatores huiusc

PRO ROSCIO AMERINO.

pecunia comparant. Hanc conditionem misero ferūt: ut optet: utrum malit cer-
uices Roscio dare: an insutus in culleum supplicio parricidarum p summū de-
decus uitam amittere: patronos huic defuturos putauerunt: delunt: qui libe-
redicat: q cum fide defendat: id quod in hac causa satis: Q uoniā quidē susce-
pi non deest profecto iudices: & forsitan in suscipienda cā temere ipulsus ado-
lescentia fecerim: quoniam quidem semel suscepī: licet hercules undiq; ī me ter-
rores periculaq; impendeant omnia: succurrā: ac subibō. Certum est liberatū
q; quæ ad cām pertinere arbitror oīa non modo dicere: uerū etiam libenter au-
dacter libereq; dicere. Nulla res tanta existit iudices: ut possit mihi uim maio-
rem adhibere metus q fides. Et enim quis tam dissoluto animo est: q hæc cū ui-
deat: tacere ac negligere possit: Patrem meū cū proscriptus nō esset: iugulastis:
occisum in proscriptorū numerū rettulistis; me domo mea per uim expulstis.
patrimoniū meum possidetis. Q uid uultis amplius: etiā ne ad subsellia cum
ferro atq; telis uenistis: ut hic iuguletis aut cōdēnetis Sex.Ros. Hominē lōge
audacissimum nuper habuimus in ciuitate. C.Fimbriā: & quod inter oēs con-
stat: nīsi inter eos qui ipsi quoq; insaniunt: insanissimum. Is cum curasset in fu-
nere. C.Marii ut .Q .Sceuola uulneraref uir sanctissimus atque ornatissimus
nostræ ciuitatis: de cuius laude neque hic locus est ut multa dicantur: neq; plus
ra tamen dici possunt q. P.R. memoria retinet: diem Sceuolæ dixit posteaq; cō-
perit eum posse uiuere. Cum ab eo quereret: quid tandem accusaturus eēt eū:
quem pro dignitate ne laudare qdem qsquā laus cōmode posset: aiunt homi-
nem ut erat furiosus: respondisse: q non totū telum corpore recepisset: quo .p.
R. nihil uidit indignus: nīsi eiusdem uiri mortem. quæ tantū potuit ut omnes
ciues suos perdiderit: & afflixerit: quos quia seruare per compositionem uole-
bat: ipse ab his interemptus est. Est ne hoc illi dicto atq; facto Fimbriæ non si-
millimū: Accusatis Sex.Ro. quid ita: Q uia de manibus uestris effugit. quia
se occidi passus non est. Illud quia in Sceuola factū est: magis indignum uide-
sors ea fuit: quam omnes tuū necessariū tibi optabamus: iuris dicendi, in qua gloriā conciliarat magnitudo negocii: gratiam & equitatis largitio: qua in sorte sapiens prætor qualis hic fuit offensione uitata: & equalitate decernendi benī uolentiam adiungit lenitate audiendi. Egregia & ad consulatum apta prouincia: in qua laus & equitatis: integratatis: benignitatis: facilitatis: ad extremum ludorum uoluptate cōcluditur. Quid tua sors tristis: atrox? Questio peculatus ex altera parte lachrymarum & squalloris: ex altera plena catenarū atq; indicum. cogendi indices inuiti retinendi contra uoluntatem. scriba damnatus. ordo totus alienus. Syllana gratificatio reprehensa. multi uiri fortes: & prope pars ciuitatis offensa est. lites seuere & stimate. cui placet: obliuiscit. cui dolet: meminit. Postremo cum in prouinciam ire uoluisti: non possum id in te reprehendere: quod in me ipso & pretor & consul probauī. Sed tamen L. Murenæ prouincia multas bonas gratias cum optima & estimatione attulit. Habet proficisciens delectum in umbria. Dedit ei facultatem Resp. liberalitatis: qua usus multas sibi tribus quæ municipiis umbriæ conficiunt: adiunxit. Ipse autem in gallia ut nostris homines desperatas iam pecunias exigerent: & equitate diligentiaq; perfecit. Tu iterea Romæ scilicet amicis præsto fuisti: fateor. Sed tamen illud cogita: non nullorum amicorum studia minui solere in eos: a quibus prouincias contēni intelligent. Et quoniam ostendi iudices patem dignitatem ad consulatus petitionem: disparem fortunam prouincialium negotiorum in Murena atq; in sulphito fuisse: dicam iam apertius in quo meus necessarius fuerit inferior Seruius. Et ea dicam uobis audientibus amissio iam tempore: quæ ipsi soli re integra sæpe dixi. petere consulatum nescire te Serui persæpe tibi dixi: & in his rebus ipsis quas te magno & fortī animo agere & dicere uidebam: tibi solitus sum dicere magis te fortem senatorem mihi uideri: q; sapiētem cādidatum. primum accusandi terrores & minæ: quibus tu quotidie uti solcas: sunt fortis uiri: sed & populi opinionē a spe adipiscendī auerunt: & amicorū studia debilitāt. Nescio quo pacto semper hoc fit. Neque in uno aut altero animaduersum est: sed iam in pluribus. simul atq; candidatus accusationem meditari uisus est: ut honorem desperasse uideaſ. Quid ergo: acceptā iniuriā psequi nō placet: immo uehementer placet: sed aliud tēpus est petendi: aliud persequendi. Petitorē ego præsertim cōsulatus magna spe: magno animo: magnis copiis & in forū & ī cāpū deduci uolo. Nō placet mihi inquisitio candidati prænuncia repulsa: nō testiū potius q; suffragatorum cōparatio. nō minæ magis q; blāditiæ: nō declamatio potius q; salutatio. præsertim cū iā hoc nouo more oēs fere domos omniū concursent: & ex uultu cādicatorum coniecturam faciant quātum quisq; animi & facultatis habere uideaſ. Vides ne tu illum tristem demissum: iacet. diffidit. abiecit hastas. Serpit hic rumor. scis tu illū accusatōnē cogitare: iqrere ī cōpetidores: testes q̄rere: aliū faciā quo niā sibi hic ipse desperat. Eiusmodi candidatorū amici intimi debilitant: stu

dia deponunt: aut certam rē abiiciunt: aut suam gratiam & operā iudicio & accusationi reseruant. Accedit eodem: ut etiā ipse candidatus totum animū atque curā oēm operam diligentiaq; suam in petitione non possit ponere. Adiungitur etiā accusationis cogitatio non parua res: sed nimurum omniū maxi-
ma. Magnū est enī te cōparare ea quibus possis hominē e ciuitate præsertim non inopē neque infirmū exturbare: qui & per se & per suos & etiā per alienos defendatur. Omnes enī ad pericula propulsanda concurrimus: & qui nō aperte inimici sumus: etiam alienissimis in capitib; periculo amicissimorum officia & studia præstamus. Quare ego exptus & petendi & defendendi & accusandi molestiam sic intellexi: in petendo studiū esse acerrimum: in defendēdo officium: in accusando labore. Itaque sic statuo fieri nullo modo posse: ut idem accusationē & petitionem consulatus diligenter adornet: atque instruat. Vnum sustinere pauci possunt: Vtrūque nemo. Tu cum te de curriculo petitionis deflexisses: animūq; ad accusandum trāstulisses: existimasti te utriq; negotio satis facere posse. uehementer errasti. Quis enim dies fuit Postea quā in istam accusandi denunciationem ingressus es: quē tu non totum in ista ratione consumperis: legē ambitus flagitasti: quæ tibi non deerat. erat enim se uerissime scripta Calphurnia. gestus est mos & uoluntati: & dignitati tuæ: sed tota illa lex accusationē tuā si haberet nocentē reum: fortasse armasset: petitio-
ni uero refragata est. pœna grauior in plebem tua uoce efflagitata est. Cōmoti animi tenuiorum exilium in nostrū ordinē. concessit senatus postulationi tuæ sed non libenter duriorem fortunæ communi conditionem te auctore consti-
tuit. morbi excusationi pœna addita est. uolūtas offensa multorū: quib; aut cōtra ualitudinis cōmodum laborandū est: aut incōmodo morbi etiā cæteri uitæ fructus relinquendi. Quid ergo hæc quis tulit: is qui auctoritati senatus: uolūtati tuæ paruit. deniq; is tulit: cū minime proderat. Illa quæ mea sūma uoluntate senatus frequens repudiauit: mediocriter tibi aduersata eē existimas: cōfusionē suffragio& flagitasti: prorogationē legis manil&: & quæ gratiæ: dignitatis: suffragio&. Grauiter hoīnes honesti atq; in suis ciuitatib; & munici-
piis gratiōsi tulerūt a tali uiro eē pugnatū: ut oēs & dignitatis & gratiæ gradus tollerent: eidē adiutios iudices eē uoluisti: ut odia occulta ciuum: quæ tacitis nūc discordiis cōtinent: in fortunas opium ciuis erūpent. Hæc oīa tibi accusādi uiam muniebāt: adipiscēdi obsepiebāt. Atq; ex oīb; illa plaga ē iniecta peti-
tiōi tuæ: nō tacēte me maxia: de q; ab hoīne iganiosissimo & copiosissimo Hor-
tēsio multa grauissime dicta sunt: quo etiā mihi durior locus ē dicēdi datus: ut cū ante me & ille dixisset: & uir sūma dignitate & diligētia & facultate dicēdi. M. Crassus ego ī extremo nō pte aliq; agerē cā&: sed de tota re dicere: qđ mihi uideretur. Ita in hisdem rebus fere uersor: & quod possum iudices occurro uestræ sapientiæ: Sed tamen Serui quā te securim putas iniecisse petitioni tuæ: cum Po. Roma, in eum metum adduxisti: ut pertimesceret: ne consul Catius

PRO .L.MVRENA .

161

Ina fieret: dum tu accusationem comparares: deposita atq; obiecta petitione: Etenim te pro lite inquirere testes uidebant: tristē ipsum. m̄cētos amicos: obseruationes: testificatōes: seductiones testium: secessionē subscriptorū animaduertebant. Quibus rebus certe ipsi candidatorū uultus obscuriores uideri soient. Catilinam interea alacrem: atq; latum: stipatum choro iuuentutis: uallatum iudicibus: atq; siccariis: inflatū cū spe militum tū collegæ mei: quemadmodum dicebat ipse promissis circumfluentē colonor̄ Arretinoꝝ & fesulanorū exercitu: quam turbam dissimillimo ex genere distinguebant homines percussi syllani temporis calamitate. Vultus ipsius erat plenus furoris: oculi sceleris: sermo arrogantia: sic ut ei iam exploratus: & domi conditus consulatus uidetur. Murenam contēnebat. Sulpitiū accusatorem suū numerabat: non cōpetitorē: ei uim denunciabat Reip. minabat. Quibus rebus qui timor bonis omnibus iniectus sit: quātaq; desperatio Reipu. si ille factus esset: nolite a me cōmoneri uelle: Vos uobiscum metipsi recordamini. meministis enim cum illius nefarii gladiatoriū uoces percrebūssent: quas habuisse in concione domeistica dicebat: cum miserorū fidelem defensorē negasset inueniri posse: nisi eū qui ipse esset miser: integrorum & fortunatorum promissis saucios & miseros credere nō oportere. Quare qui cōsumpta replere: erepta recuperare uellēt: spectarent qd ipse deberet: quid possideret: qd audiret: minime timidum & ualde calamitosum eē oportere eum/q eē futurus dux & signifer calamitosorū. Tū igitur his rebus auditis meministis fieri senatus consultū referēte me: ne postero die comitia haberent: ut de his rebus in senatu agere possemus. Itaque postri die frequēti senatu Catilinā excitaui: atq; eū de his rebus iussi si quid uellet q ad me allatæ essent dicere. Atq; ille ut semp fuit aptissimus: nō se purgauit: sed indicauit: atq; inuit. Tū. n. dixit duo corpora eē Reip. Vnū debile infirmo capite. Alterum infirmū sine capite. Huic cū ita de se meritum eēt: caput se uiuo non defuturū. Congemuit senatus frequens. neq; tñ satis seuere pro rei indigitate decreuit. Nam partī ideo fortes in decernēdo non erant: qā nihil timebant: ptim qā timebant. Tū erupit ex senatu triūphās gaudio: quē omnino uiuum illinc exire nō oportuerat: pr̄sertim cum ille idem in eodem ordine pacis diebus ante Catoni fortissimo uiro iudicium minitanti & denuncianti respondisset: si quod esset in suas fortunas incendium excitatum: id se non aqua sed ruina restincturum. his tum rebus commotus: & q̄ homines iam tum cōjuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina sciebam: descēdi in campum cum firmissimo pr̄sidio uirorū fortissimorū: & cum illa lata insigniq; lorica: non quā me tegeret: & enim sciebam Catilinam non latus aut uētrem: sed caput & collum solere petere. Verum ut oēs boni animaduertenterent: & cum in metu & periculo consulem uiderent: id quod est factum ad opem pr̄sidiū que meum concurrerēt. Itaq; cum te Serui remissiōrem in petendo putarent: Catilinam & spe & cupiditate iflammatum uiderēt: omnes qui illam ab Rep.

ORATIO.

pestem depellere cupiebant:ad Murenā se statim contulerunt.Magna est autem comitiis consularibus repentina uoluntatum inclinatio:præsertim cum in cubuit ad uirum bonum,& multis aliis adiumentis petitionis ornatum:q; cum honestissimo patre atq; maioribus modestissima adolescentia:clarissima legatione:prætura probata:in iure grata:in munere ornata in prouincia petisset diligenter:& ita petisset ut neq; minanti cederet:neq; cuiq; minaret:huic mirandum est magno adiumento Catilinæ subitam spem consulatus adipiscendi fuisse:Nunc mihi tertius ille locus est relictus orationis de ambitus criminibus perpurgatus ab his q; ante me dixerunt:a me quoniā ita Murena uoluit retræctandus.Q uo in loco Posthumio familiarī meo ornatissimo uiro de diuisorū indiciis & deprehensis pecuniis/adolescenti ingenioso & bono Seruio Sulpicio de equitum centuriis.M.Catonī in omni uirtute excellenti de ipsius accusatione de senatus consulto:de rep.respondebo.Sed pauca quæ meum animū repete mouerunt prius de.L.Murenæ fortuna conquerar.Nā cum saepe antea iudices & ex aliorum miseriis & ex meis curis laboribusq; quotidianis fortunatos eos homines iudicarem:qui remoti a studiis ambitionis ocium & tranquilitatē uitæ secuti sunt:Tum uero in his.L.Murenæ tantis tanq; improuisis pculis:ita sum animo affectus:ut non queam satis:neq; cōem oīum nostrorum conditionē:neq; hui⁹ euētum fortunāq; miserari.Q ui primum dum ex honore continuis familiae maiorūq; suorum unū ascendere gradum dignitatis conatus est:uenit in periculū:ne & ea quæ relicta:& hæc quæ ab ipso parata sunt:amittat.deinde propter studium nouæ laudis etiam in ueteris fortunæ discri men adducit.Q uæ cum sint grauia iudices:tn illud acerbissimum ē:q; habet eos accusatores:non q; odio inimicia& ad accusandum:sed q; studio accusandi ad inimicicias descenderent.Nam ut omittā Seruiū Sulpitium:quem intellico non iniuria.L.Murenæ sed honoris contentiōe p̄motum:accusat pater nus amicus posthumius uetus:ut ait ipse uicinus ac necessarius:qui necessitu dinis causas complures protulit simultatis nullam cōmemorare potuit.Accusat Seruius Sulpicius sodalis filii:cuius ingenio paterni omnes necessarii munitiones esse debent.Accusat.M.Cato:qui qq a Murena nulla re unq; alienus fuit:tamen ea conditione nobis erat in hac ciuitate natus:ut eius opes atq; ingenium præsidio multis etiam alienissimis uix cuiq; inimicus eē deberet.Respondebo igitur Posthumio primum:qui nescio quo pacto mihi uidet prætorius candidatus in consulairem quasi desultoriis in quadrigarum curriculum incurrire:cuius competitores si nihil deliquerunt:dignitati eo& concessit:cū petere destitit.Sin autem eorum aliquis largitus est:expetendus amicus est:q; alienam potius iniuriam q; suam persequeat.Venio nunc ad.M.Catonem q; est firmamentum & robur totius accusationis:qui tn ita grauis ē accusator & uehemens:ut multo magis eius auctoritatem quā criminatōnem p̄timescam:in quo ego accusatore iudices primum illud deprecabor:ne quid.L.Murenæ

PRO.L.MVRENA.

dignitas illius:ne quid expectatio tribunatus:ne quid totius uitæ splendor & grauitas noceat .deniq; ne ea soli huic obsint bona .M.Catonis:quæ ille adep ptus est : ut pdesse multis posset .Bis consul fuerat .P.Africanus:& duos tenio res huius imperii Carthaginem:Numatiq; deleuerat .Cum accusauit .L.Cot tam:erat in eo summa eloquentia:summa fides:summa integritas : auctoritas tanta:quanta in homine quoquam:& in ipso impio .Po.Ro.quod illius opera tenebat .Sæpe hoc maiores natu audiui dicere hanc accusatoris eximiā dignitatem plurimum .L.Cottæ profuisse .Noluerunt sapientissimi homines:q; tum rem illam iudicabant:ita quæquā cadere in iudicio:ut nimiis aduersarii uitib; abiectus uideret .Q uid Sergium Galbam:nam traditum memoriae est:non ne proauo tuo fortissimo atq; florentissimo uiro .M.Catonē incumbenti ad ei ius pniciem:Po.Ro.eripuit .Semper in hac ciuitate nimis magnis accusatorum opibus & populus uniuersus:& sapientes : & multum in posteris pspicientes iudices restiterūt .Nolo accusator in iudiciū potetiā afferat:non uim maiore ali/ quā:nō auctoritatem excellentē:nō nimiā gratiam .Valeant hæc omnia ad sa lute inoccētiū:ad opem impotētiū:ad auxilium calamitosog;:In pnicie uero & in piculo uitæ ciuium repudient .Nam si quis hoc forte diceret Catonē descen surum ad accusandū non fuisse:nisi prius de causa iudicasset:iniquā iudices legem & miserā conditionem instituet piculis hominū:si existimabit iudicium accusatoris in reūmp aliquo præiudicio ualere oportere .Ego tuum consilium Cato:ppter singulare animi mei de tua uirtute iudicium uitupare nō possum: nōnulla in re forsitan conformare:& leuiter emendare possum:nō multa pec cas inquit ille fortissimo uiro senior magister:sed si peccas:te regere possum .At ego non de te uerissime dixerim:peccare te nihil:neq; ulla in re te esse huius modi:ut corrigendus potius q; inflectendus eē uideare .Finxit.n.te ipsa natura ad honestatē:grauitatem tempantiā:magnitudinē animi:Justiciam:ad oēs dei niq; uirtutes magnū hominē & excelsum .Accessit his tot/doctrina nec mode rata nec mitis:sed ut mihi uideat paulo asperior & durior:q; aut ueritas aut na tura patiatur .Et quoniā nō ē nobis hæc oratio habenda aut im pita in multitudine:aut in aliquo conuētu agrestiū:audacius paulo de studiis humanitatis :q; & mihi & uobis nota & iudicāda sūt:disputabo .In .M.Catone iudices hæc bona quæ uidemus diuina & egregia : Ipsius scitote esse ppria:quæ nōnūq; requiri mus:ea sunt omnia non a natura uerum a magistro .Fuit .n .quidam sūmo in genio uir Zeno:cuius inuentorū æmuli Soici nominant .huius sententiae sunt etiam præcepta eiusmodi : Gratia sapientem nunq; moueri: Nunquam cuiusi quam delicto ignosceret .Neminem misericordem eē nisi stultū & leuē .Viri nō eē neq; exorari neq; placari .Solos sapiētes eē:si distortissimi sint formulos: si mēdicissimi :diuites:si seruitutem seruiant:reges .Nos autē q sapientes nō suimus:fugitiuos exules:hostis:insanos deniq; esse dicunt .omnia peccata esse pa ria .omne delictum scelus esse nefarium ,nec minus delinquere eū qui gallum

A Disciplina
organis statu.

ORATIO.

gallinaceum cum opus non fuerit; quod qui patrem suffocauerit. sapietem nihil opinari: nullius rei penitere: nulla in re falli: sententiam mutare nūquam. Hoc homo ingeniosissimus. M. Cato auctoribus eruditissimis iter inductus arripuit: neque disputandi causa ut magna pars: sed ita uiuendi. Petunt aliquid publicani. Caius quicquid habeat momenti gratia. Supplices aliqui ueniunt miseri & calamitosi: sceleratus & nefarius fueris si quicquid misericordia adductus feceris. Fatebor alii quis se peccasse: & eius delicti ueniā petit. nefariū est facinus ignoscere. at leue delictum est. Oia peccata sunt paria: dixisti: quippe iam fixum & statutū ē. Non reductus es: sed opione moueris. Sapiens nihil opinat: errasti aliqua in re: male dicī putat. hac ex disciplina nobis illa sunt. Dixi in senatu me nomen consularis candidati delaturum. Iratus dixisti. Num inquit sapiēs irascitur. At temporis causa, improbi inquit hominis est mendacio fallere. mutare sententiā turpe est: exorari scelus: misereri flagitiū. Nostri autem illi (fatebor. n. Cato me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo: quæsisse adiumenta doctrinæ) Nostri inquit illi a Platone & Aristotele moderati homines & temperati aiunt: Apud sapientem aliquando ualere gratiā. Viri boni esse misereri. Distincta esse genera delictorum: & disparates poenas: esse apud hominem constantē ignoscendi locū. Ipsum sapiēte sāpe aliquid opinari: quod nesciat: irasci nonūq; exorari eūdem: & placari. Quod dixerit interdum: si ita rectius sit: mutare de sententiā decederit aliquando. oēs uitutes mediocritate quadā esse moderatas. Hos ad magistros si qua te fortūa Cato cum ista natura detulisset: nō tu quidem uir melior eēs: nec fortior: nec temperamentior: nec iustior. Neque enim eē potes: sed paulo ad lenitatem propensior. Nō accusares nullis adductus inimiciis: nulla lacessitus iniuria: pudentissimum hominem summa dignitate atque honestate præditū: putares cum in eiusdem anni custodia te atque L. Murenā fortuna posuisset: aliquo te cū hoc Reip. uinculo eē cōiunctū. Quod atrociter in senatu dixisti: aut non dixisses: aut seposuisses: aut militarem in ptem iterpetrare. Ac te ipsum quātum ego opinione auguror: nunc & animi quodā impetu cōcitatū: et uir naturæ atque ingenii elatū: & pceptorum studiis flagrātē: iā usus flectet: dies leniet: ætas mitigabit. Etenim isti ipsi mihi uidentur uestri pceptores & uirtutis magistri finis officiorū paulo lōgius quam natura uellet: ptulisse: ut cū ad ultimū animo contendissemus: ibi tñ ubi oporteret consideremus. Nihil ignoueris immo aliquid: nō oia: immo gratiæ confeceris. immo restituto gratiæ: cū officium & fides postulabit: misericordia cōmotus ne sis etiam in dissoluenda seueritate. sed tñ est laus aliqua humanitatis. In sententia pmane to uero: nisi sententiam alia maior uicerit sententia. huiuscmodi Scipio ille fuit: quem non penitentebat facere idem quod tu. habere eruditissimum hominem & pene diuinū: cuius orōne & pceptis quāq; erant eadem ista: quæ te delectant: tñ asperior non est factus. sed ut accepi a senibus lenissimus. Quid uero ē Lælio comior? Quid iucundior eodem ex studio isto? Quid illo grauior? Quid uis sapientior? possum & de, L. Philippo; & de, C. Gallo dicere hæc eadem. Sed te

PRO.L.MVRENA.

domum iam deducā tuam. Q uēq; ne existimas Catone pauo tuo cōmodiore: comiorem: moderatiorem fuisse ad omnē rationē humanitatis: de cuius præstanti uirtute cum uere grauiterq; dices: domesticum te habere dixisti exéplū ad imitandū. Est illud quidem exemplum tibi propositum domi. sed tamē naturæ similitudo illius ad te magis: qui ab illo ortus es: q; ad unum quēq; nostrū puenire potuit. Ad imitandum uero tam mihi ppositū exemplar illud ē: quam tibi. Sed si illius comitatē & facilitatem tuæ grauitati seueritatiq; asperseris, non ista quidē erunt meliora: quæ nūc sunt optima: sed certe cōdita iucundius. Q uare ut ad id quod institui reuertar: tolle mihi e cā nomen Catonis. remoue: ac ptermitte auctoritatem: quæ in iudiciis aut nil ualere: aut ad salutem debet ualere. cōgredere mecum criminib; ip̄is. Q uid accusas Cato: quid affers: quid arguis: Ambitum accusas: Non defendo. Me reprehendis quod idem defendam: quod lege punierim. puniui ambitum: non innocentiam. Ambitum uerum ipsum uel tecum accusabo: si uoles. Dixisti senatus consultum me referēte eē factū: si mercede conducti obuiam candidatis issent. Si conducti sectarētur: si gladiatoribus uulgo locus tributim: & item prandia si uulgo essent data contra legem Calfurniam factum uideri. Ergo ita senatus si iudicat contra legem facta h̄c uideri: si facta sinr: decernit: quod nihil opus ē: dū cāandidatis momē gerit. Nam factū sit nec ne: uehementer queritur. Si factum sit: quin cōtra legem sit: dubitare nemo pōt. Est igitur ridiculum: quod est dubium: id relinquere incertum: quod nemini dubium potest eē: id iudicare. Atq; id decernit omnibus postulantibus candidatis: ut ex senatus consulto neq; cuius intersit: neq; contra quem sit: intelligi possit. Q uare doce a.L. Murena illa esse cōmissa. Tum egomet tibi contra legem cōmissa esse concedam. multi obuiā p̄dierūt de prouincia decedenti: consulatum petenti. solet fieri: & cui ante non p̄ditur reuertēti. Q uæ fuit ista multitudo: primum si tibi istā rationē non possum reddere: qd habet admirationis tali uiro aduenienti: candidato cōsulari obuiā p̄diisse multos: quod nisi esset factum: magis mirandum uideretur. Q uid si etiam illud addam: quod a cōsuetudine non abhorret: rogatos esse multos: nū aut criminosum sit: aut mirādum: qua in ciuitate rogati infimoꝝ hōminū filios ppe de nocte ex ultima s̄æpe urbe deductū uenire soleamus: in ea non esse grauatos hominis prodire hora tertia ī cāpum martium præsertim talis uiri nomine rogatos. Q uid si omnes societates uenerunt: quarum ex numero multi hic sedent iudices: Q uid si multi homines nostri ordinis honestissimi: Q uid si illa officiosissima quæ neminē patitur nō honeste in urbem introire tota natione candidatorum: Si deniq; ipse accusator noster Postumius obuiam cū bene magna caterua sua uenit: quid habet ista multitudo admirationis: Omitto cliētes uicinos tribulis exercitū totum Luculi: qui ad triumphum per eos dies uenerat. hoc dico frequentiā in isto officio gratuitam non modo dignitati ullius unquam: sed nec uoluntati quidē defuisse. At lectabantur multi. doce merce-

ORATIO.

de. Cōcedā esse crimen hoc quidem remoto: quid reprehendis? quid opus est inquit Cato sectatoribus a me tu id quæris? quid opus sit eo quo semper usi sumus: homines tenues unum habent in nostrū ordinē aut promerendi: aut pro ferendi beneficii locū. hanc in nostris petitionibus operam atq; assestantem esse oportet. Neq; enim fieri pōt: neq; postulādum est a nobis: aut ab equitib; Romanis: ut suos necessarios candidatos non sectent̄ toto dies: a quib; si dominus nostra celebrat̄: si interdum ad forum deducimur: si uno basilicæ spacio honestamur: diligenter obseruari uidemur & colī. Tenuiorum amicor; & non occupatorum est ista assiduitas: quorū copia bonis uiris & beneficis deesse nō solet. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominū fructū officii Cato. si ne eos qui omnia a nobis sperant: habere ipsos quoque aliquid: quod nobis tribuere possint. Si nihil erit præter eorū suffragium tenuē est. si ut suffragantur nihil ualēt gratia. ipsi deniq; ut solent non loq; non dicere p; nobis: non sponde re: non uocare domum suam possint. Atq; hæc a nobis perunt omnia. Neq; uila re alia: quæ a nobis consequunt̄: nisi opera sua compensari posse putant. Ita que & legi fabiæ: quæ est de numero sectatorū: & senatus cons. quod ē. L. Cæsare consule factum restiterunt. Nulla est. n. pœna quæ possit obseruantiam tenuiorum ab hoc ueterē instituto officiorum excludere. At spectacula sunt tributim data: & ad prandium uulgo uocati. Et si hoc factum a Murena omnino iudices non est ab eius amicis autem more & modo factum est: tamen admonitus re ipsa recordor quantum haec conuestiones in senatu habitæ punctorū nobis Serui detraxerint. Quod enim tempus fuit: aut nostra: aut patrum nostrorum memoria: quo hæc siue ambitio ē: siue liberalitas nō fuerit: ut locus & in círcō & in foro daretur amicis & tribulibus? Hæc homines tenuiores primū nondum qui ea suis tribulibus ueterē instituto assequebant̄:

præfectum fabrū seimel locum tribulibus suis dedisse: quid statuent in uiros primarios: qui in círcō totas tabernas tribulum cā compararunt? Hæc omnia sectatorum spectaculo rum prandiorum Item criminā a multitudine in tuam nimiam diligētiā Serui coniecta sunt: in quibus tñ Murena a senatus auctoritate defendit̄. Quid enim senatus? Num obuiam prodire crimen putat? Non. sed mercede: conuīce. Num sectari multos? Non: sed conductos: doce. Nū locum ad spectandū dare aut ad prandium inuitare: minime: sed uulgo: passim. Quid est uulgo: uniuersos. Nū igitur si. L. Nacta summo loco adoleſcens: q; & quo animo iā sit: & qualis uir futurus sit: uidemus in equitum centuriis uoluit eē: & ad hoc officium necessitudinis: & ad reliquum tēpus gratiosus: id erit eius uitrico fraudi ac criminī. Nec si uirgo uestalis huius propinqua & necessaria locum suum gladiatorum concessit huic: nōne & illa pie fecit: & hic a culpa est remotus. oīa hæc sunt officia necessariorum: cōmoda tenuior; munia candidator; At enim agit mecum austere & Stoice Cato, negat uerum eē allici beniuolētiā cibo: ne-

PRO.L.MVRENA.

gat iudiciū hominum in magistratibus mandandis corrūpi uoluptatibus oportere. Ergo ad cœnam petitionis cā si quis uocat: cōdēnet. Qui ppe inq̄ tu mihi summū imperium: summā auctoritatem: tu gubernacula Reip. petas fouēdis hominū sensibus: & deliniendis animis & adhibendis uoluptatib⁹. Vtrum lenociniū inq̄ a grege delicate iuuentutis: an orbis terrag. impium a. P. R. petebas: horribilis oratio: sed eam usus: uita: mores: ciuitas ipsa respuit. Neq; tñ lacedæmonii auctores istius uitæ atq; orationis tuæ: q̄ quotidianis epulis in robole accūbunt. Neq; uero cretes: quorū nemo gustauit unquā cubans melius q̄ Romanī homines: q̄ tēpora uoluptatis laborisq; disptiunt: Resp. suas retinuerunt: quorū alteri uno aduentu nostri exercitus deleti sunt: alteri nostri iperii præsidio disciplinā suā legesq; cōseruāt. Quare nolí Cato maiorū instituta quæ Resp. ipsa quæ diuinitas imperii cōprobat: nimium seuera orōe reprehendere. fuit eodem ex studio uir eruditus apud p̄fes nostros & honestus & nobilis. Q. Tubero. is cum epulum. Q. Maximus. P. Africani patrui sui nomine P. R. daret: rogatus est a Maximo: ut tricliniū sterneret. cū esset Tubero eiusdem Africani sororis filius: atq; ille hō eruditissimus ac Stoicus stravit pelliculis hædinis lectulos punicanos: & exposuit uasa famia quasi uero esset Diogenes cynicus mortuus: & nō diuini hoīnis Africani mors honestare: quē cū supremo eius die Maximus laudaret: gratias egit diis īmortalib⁹: q̄ ille uir ī hac Rep. potissimum natus esset. Necessē. n. fuisse ibi esse imperiū terrarum: ubi ille esset. Huius in morte celebranda grauiter tulit. P. R. hāc puersam sapientiā Tuberonis. Itaq; homo integrissimus ciuis optimus cum esset. L. Pauli nepos P. Africani ut dixi sororis filius: his hædinis pelliculis p̄itura deiectus est. Odit Po. R. priuatā luxuriā. publicā magnificētiā diligit. nō amat p̄fusas epulas: sordes & inhumanitatē multorum. us. distinguit rōem officiorū & temporū: uicissitudinem laboris ac uoluptatis. Nam q̄ ais nulla re allici hominū mentes oportere ad magistratū mandādū nisi dignitate: hoc tu ipse in quo summa ē dignitas: nō seruas. Cur. quēq; ut studeat tibi: ut te adiuuet: rogas: Rogas tu me ut mihi præfis: ut cōmittam me tibi: Quid tandem istuc an ne me rogarī oportet abs te: an te potius a me: ut p̄ mea salute labore periculumq; suscipias. Quid q̄ habes nomēclatorem: in eo quidē fallis & decipis. Nā si nomine appellari abs te ciues tuos honestū est: turpe ē eos notiores eē seruo tuo q̄ tibi. Sin etiā noris. tñ p̄ monitorē appellādi sunt. Cur aut̄ petis quē nō nosti: aut qd cū admoneris: tñ quasi tute noris: ita salutas: Quid posteaq; es designatus: multo salutas negligētius: Hæc oīa ad rōem ciuitatis si dirigas: recta sunt. sin pp̄deſ ad disciplinæ p̄cepta uelis: repianē prauissima. Quā nec plebi. ro. eripiēdi frustus isti sunt ludorū gladiatorū: cōuiuiorū: quæ oīa maiores nři cōpauerūt. nec cādūtatis ista benignitas adimēda ē: quæ liberalitatē magis significat q̄ largitionē. At. n. te ad accusandum Resp. adduxit. credo Cato te isto animo atq; ea opinione uenisse. sed tu imprudentia laberis. Ego quod facio iudices: cū ami-

ORATIO.

cicis dignitatisq;. L. Murenæ ḡfa facio: tū me pacis :ocii: concordia: libertatis:
salutis: uitæ: deniq; oīum nostrum cā facere clamo atq; testor. Audite audite cō
sulē iudices. Nihil dicā arrogantius. tātū dicā totos dies atq; noctes de Rep. co
gitantē usq; eo. L. Catilina Remp. despexit atq; contēpsit: ut ea copia quā secū
eduxit: se hanc ciuitatē oppressurū arbitraref. latius patet illius sceleris conta
gio q̄ q̄ putat. Ad plures p̄tinet. intus inquā ē equus troianus. a quo nūq̄ me
consule dormiētes opprimemini. Q uæris a me qd ego Catilinā metuā. nihil,
& curauī ne qs metueret. Sed copias illius quas hic uideo: dico eē metuendas.
nec tā timēdus ē nūc exercitus. L. Catilinæ q̄ isti q̄ illū exercitū deseruisse dicū
tur. Nō. n. deseruerūt: sed ab illo in speculis atq; insidiis relictī in capite atq; in
ceruicib; nostris restiterūt. hi & integrū consulē & bonū impatorē & natura &
fortuna cum Reip. salute coniunctū deiici de urbis præsidio & de custodia ci
uitatis uīis sententiis deturbari uolunt. Q uoꝝ ego ferrū & audaciā reieci in cā
po: debilitaui in foro: cōpressi ēt domi meæ lāpe iudices. his uos si alterū con
sulē tradideritis: plus multo erunt uīis sentētiis q̄ suis gladiis cōsecuti. Magni
interest iudices id qd ego multis repugnantibus egī atq; pfeci. eē. Kl. Ian. i rep.
duos consules. Nolite arbitrari mediocrib; cōsiliis: aut uītatis uītiis: aut nō lex
improba: non pñciosa largitionū: auditū aliquādo aliquid malū Reip. quæri
tur. Initā sunt in hac ciuitate cōsilia iudices urbis delēdæ: ciuiū trucidādorum:
nominiſ Romani extingueſi. Atq; hæc ciues ciues inq;: si eos hoc nomine ap
pellari fas ē: de patria sua & cogitāt & cogitauerūt: hoꝝ ego quotidie cōsiliis oc
curro: audaciam debilito: sceleri resisto. Sed moneo iudices. in exitu iā est me
us consulatus. Nolite mihi subtrahere uicarium mēæ diligentia. Nolite adime
re eum cui R̄ep. cupio tradere in columem: ab his tātis pīculis defendēdā. Atq;
ad hæc mala iudices quid accedat aliud non uidetis? T e te appello nōne p̄spī
cis tempestatē āni tui. Iā. n. hesterna cōcione itonuit uox pñciosa designati tri
buni collegæ tui: contra quē multum tua mens: multū oēs boni puiderunt: q̄ te
ad tribunatus petitionem uocauerunt. Oia quæ p̄ hoc triēniū agitata sunt iam
ab eo tempore: quo a. L. Catilina & Cn. Pisone initū consilium senatus interfici
endi scitis eē: in hos dies: in hos mēses: si hoc tēpus erūpunt. Q ui locus ē iu
dices: quod tēpus? quæ dies? quæ nox? cū ego nō ex istoꝝ insidiis ac mucro
nib; nō solū meo sed multo etiā magis diuino cōsilio eripiar atq; euolē: Neq;
isti me meo noīe interfici sed uigilantē consulē de Reip. p̄silio demouere uo
lūt. Nec minus uellēt Cato te quoq; aliqua rōne si possent: tollere: id quod mi
hi crede agunt & moliuntur. Vident quātū in te sit animi: quantū ingenii: q̄tū
auctoritatis: quātū Reip. p̄silio. Sed cum cōsulari auctoritate & auxilio spolia
tā uim tribunitiam uiderint: tñ se facilius inermē & debilitatum te oppressuros
arbitrantur. Nam ne sufficiatur consul non timent. Vident in tuoꝝ potestate
collegas fore. sperāt sibi Syllanū claq; uirum sine collega: te sine cōsule: R̄ep.
sine præsidio obiici posse. His tantis in rebus tantisq; periculis est tuum. M. Ca

PRO L.MVRENA

to:qui non mihi non tibi:sed patriæ natus es:uidere qd agatur:retinere adiuto rem defensorē in Rep.consulem non cupidum:consulē/quod maxime tēpus hoc postulat / fortuna constitutum ad amplexādū ocium:sciētia ad bellum ge tendum:animo & usu ad quod uelis negocium.Q uāquam huiusce rei potestas omnis in uobis sita est iudices:totam R ép.uos in hac cā tenetis:uos gubernatis.Si.L.Catilina cum suo consilio nefario& hominū quos secū eduxit:hac de re posset iudicare:cōdēnaret.L.Murenā .si interficere posset:occideret. pertinet.n.ratō es illius ut orbē auxilio Resp.ut minuatur contra suū furorem imperatorum copia:ut maior facultas Tr.pl.detur:depulso aduersario seditionis ac discordiæ concitandæ:iidem ne igitur delecti ex amplissimis ordinib⁹ hone stissimi atq; sapientissimi uiri iudicabūt:quod ille importunissimus gladiator hostis Reip.iudicaret ! Mihi credite iudices in hac cā non solum de.L.Murenā:uerumetiā de nostra salute sententiam feretis .In discriminem extremū uenimus .nihil est iam unde nos reficiamus:aut ubi lapsi resistamus .Non solū enī minuenda non sunt auxilia quæ habemus:sed etiam noua si fieri possit:comparanda .Hostis est.n.non apud Anienē:quod bello punico grauissimum uisum est :Sed in urbe & in foro:Dii imortales sine gemitu hoc dici non potest Non nemo etiam in illo sacrario Reip.in ipsa inquam curia non nemo hostis est.Dii faxint ut meus collega uir fortissimus hoc Catilinæ nefarium latrociniū armatus opprimat. Ego togatus uobis bonisq; omnibus adiutoribus hoc quod conceptum Resp.periculum parturit:consilio discutiam & comprimā: Sed quid tandem fiet:si hæc elapsa de manib⁹ nostris: in eum annum:qui cō sequitur:redundarint:Vnus erit consul : & is non in administrando bello:sed in sufficiendo collega occupatus .Hunc qui iam impedituri sunt.

illa pestis ī
manis importuna Catilinæ prorumpet qua poterit & iam Popu.Roma.mina tur .in agros suburbanos repente aduolabit .uersabitur in castris furor :in curia timor:in foro coniuratio ,in campo exercitus :in agris uastitas :omni autem in sede ac loco ferrum flammamque metuemus : Q uæ iam diu comparrantur :eadem ista omnia si ornata suis præsidiis erit Respubli .facile & magistratum consiliis & priuatorum diligentia opprimentur . Q uæ cum ita sint iudices primum Respubli.causa:qua nulla res cuiquam debet esse potior. uos pro mea summa & uobis cognita in Respubli.diligentia moneo : pro auctoritate consulari hortor :pro magnitudine periculi obtestor :ut ocio :ut paci :ut saluti:ut uitæ uestræ cæterorumque ciuium consulatis . Deinde ego fidem uestram uel defensoris & amici officio adductus oro atque obsecro iudices :ut ne hominis miseri & cum corporis morbo tum animi dolore cōfecti.L.Murenæ recentem gratulationem noua lamentatione obruatis :modo maximo beneficio Popu.Roma.ornatus fortunatus uidebatur: q primus in familiam ueterem:primus in municipium antiquissimum consulatum attulisset.

ORATIO.

Nunc idem squalore & sordibus confectus lachrymis ac mœrore perditus uester est supplex iudices: uestram fidē obtestatur: misericordiā implorat: uestra potestatem ac uestras opes intuet̄. Nolite p̄ deos īmortales iudices hac eum requa se honestiorem fore putauit: etiam cæteris ante ptis honestatibus atq; oī dignitate fortunaq; priuaf. Atq; ita uos sic. L. Mu. orat atq; obsecrat: si iniuste nemine lœsit: si nullius auris uolūtate ue uiolauit: si nemini ut leuissime dicā: odio nec domi nec militiæ fuit: sit apud uos modestiæ locus: sit demissis hominibus pfugium: sit auxilium pudoris. Misericordiā spoliatio consulatus magnā debet habere iudices. Vna. n. eripiuntur cū consulatu oīa. Inuidiā uero his tēporibus habef consulatus ipse nullā pōt. Obiicit̄. n. cōcionibus seditionis orum: insidiis cōjurator̄: telis Catilinæ: ad omne deniq; piculū atq; ad oēm iuidiam solus opponit̄. Quare qd inuidēdū Murenæ aut cuiq; nostrū sit in hoc p̄claro cōsulatu nō uideo iudices. Quæ uero miserāda sint: ea & mihi ante oculos uerantur: & uos uidere & p̄spicere potestis. Si quod Iuppiter omne auertat: hunc uestris sententiis afflixeritis: quo se miser uertet? Domum ne? ut eam imagi-
nē clarissimi uiri parentis sui: quā paucis ante diebus laureatā in sua gratulatiōne conspexit: eandē deformatā ignominia lugētēq; uideat? An ad matrem? quæ misera modo cōsulē osculata filiū suū: nūc cruciat̄ & sollicita ē: ne eundē paulopost spoliatum omni dignitate cōspiciat. Sed qd ego matrem aut domū appello? quē noua pœna legis & domo & parente & oīum suor̄ consuetudine cōspectuq; priuat. Ibit igit̄ miser in exilium? quo? Ad orientis ne partes? in quibus ānos multos legatus fuit: & exercitus duxit: & res maximas gessit. At habet magnum dolorem: unde cum honore decesseris: eodem cū ignominia reuerti. An se in contrariam partem terrar̄ abdet? Vt Gallia trāsalpina quē nūper summo cum imperio libētissime uiderit: eundē lugētē mœrentē exulē uideat? In ea porro prouincia: quo animo. C. Murenam fratrem suum aspiciet? qui huius dolor q illius mœror erit q utriusq; lamentatio? quanta aut̄ perturbatio fortunæ atq; sermonis? quod qbus in locis paucis ante diebus factum esse cōsulē Murenā nunci litteræq; celebrassent: & unde hospites atq; amici gratulatum Romā concurrerint: repente excidet ipse nūcius suæ calamitatis. Quæ si acerba: si misera: si luctuosa sunt: si alienissima māsuetudine & misericordia uestra iudices cōseruate. P. R. beneficium reddite Reipub. cōsulem. Date hoc ipsius pudori. date patri mortuo. Date generi & familiæ. Date etiā Lanuuino municipio honestissimo: quod in hac tota cā frequens mœstūq; uidistis. Nolite a sacris patriis Iunonis sospitæ: cui oēs cōsules facere necesse ē domesticum & suum consulē potissimum auellere. Quē ego uobis si quid habet aut momēti cōmendatio: aut auctoratis cōfirmatio mea: cōsul consulē iudices ita cōmenido: ut cupidissimum hostem malorum studioſissimum bonor̄: acerrimum contra seditionem: fortissimum in bello: inimicissimum huic coniurationi: quæ nūc Rép. labefactat: futur̄ eē p̄mittā & spondeam.

M.T.C. DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

ORATIO XXII.

ST HOC IN MORE POSITVM QVIRITES: IN,
stitutoq; maiorū: ut hī q; beneficio uestro imagies familiæ suæ
consecuti sunt: eā primā habeant cōtionē: q; gratiā beneficii ue
stri cum sacerum laude coniungant. Qua in oratione nōnulli
aliquando digni maiorum loco repiuntur. Plerique autē hoc
pficiūt ut tātū maiorib; eoꝝ debitū eē uideat: Vnde ēt qd̄ po
steris solueret redūdaret. Mihi qd̄ apud uos de meis maiorib; dicēdi facultas
nō datur: nō quo non tales fuerit: quales nos illoꝝ sanguie creatos disciplinis/
q; istitutos uidetis. sed q; laude populari atq; honoris uestri luce caruerunt. De
me aut̄ ipo uereor: ne arrogantis sit apud uos dicere: i grati tacere. Nā & qb; stu
diis hāc dignitatē cōsecutus sim: memetipsum cōmemorā p̄q graue ē: & silere
de tātis uestris beneficiis nullo mō possum. Quare adhibebit a me certa ratio
moderatioq; dicēdi: ut quid a uobis acceperī cōmemorē. Quād dignus uestro
sūmo honore singulariꝝ iudicio sim: ip̄e modice dicam: ut si necesse erit. Vos
eosdē existimatueros putē qui iudicauistis. me longo iteruallo ppe memoriae tē
porūq; nostroꝝ primū hominē nouū cōsulē fecistis: & eū locū quē nobilitas p̄/
fidiis firmatū: atq; omni ratione obuallatū tenebat: me duce rescidistis: uirtutū/
q; in posterꝝ patere uoluistis. Neq; me tātūmō cōsulē: quod ē ipsum p̄ se am
plissimū: sed ita fecistis: quō pauci nobiles i hac ciuitate consules facti sunt: no
uus ante me nemo. Nā pfecto si recordari uolueritis: repietis eos q; sine repul/
sa consules facti sunt diurno labore atq; aliꝝ occasione eē factos. Cū multis
ānis post petissent: q; p̄tores fuissent: aliꝝ serius: q; p̄ xatā ac p̄ leges liceret: q;
autē āno suo petierit: sine repulsa nō eē factos. Me eē unū ex oīb; nouis homini/
bus: de qbus meminisse possumus: q; cōsulatū petierim: cū primū līcitū sit. Cō
sul factus sim: cum primum petierim: ut uester honos ad mei temporis diem
petitus non ad alienæ petitionis occasionem interceptus: nec diurnis preci/
bus efflagitatus: sed dignitate impetratus esse uideatur. Est illud amplissi/
mum quod pauloante commemorauit Q uir. q; hoc honore ex nouis homini/
bus primum me multis posthabitūs affecistis: q; prima petitione: q; anno meo.
Sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil potest: q; meis co/
mitiis non tabellam indicem tacitæ libertatis: sed uocem unam p̄a uobis: in/
dicem uestrarum erga me uoluntatum ac studiorum tulistis. Itaque me non
extrema tribus suffragiorum: sed primi illi uestri concursus: neque singulæ
uoces p̄aconum: sed una uoce uniuersus. Pop. Roma. consulem declarauit.
Hoc ego tam insigne: tam singulare uestrum beneficium Q uir. cum ad ani/
mi mei fructum atque lāticiam duco esse permagnū: tum ad curam solicii/
tudineq; multo magis. Versantur enim Q uirites in animo meo multæ & gra
ues cogitationes: quæ mihi nullā partē neq; diurnæ neq; nocturnæ getis iptūt.

ORATIO.

Primū tuendi cōsulatus:quæ cum quidem omnībus est difficilis & magna ratiō: tum uero mihi præter cæteros:cum errato nulla uenia:recte facto exigua laus:& ab inuitis expressa pponit: nō dubitanti fidele cōsilium:nō laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur . q̄ si solus in discrimen aliquod adducerer: ferrem Q uir.animo æquiore.Sed mihi uidentur certi homines si qua in re me non modo consilio:uerūetiā casu lapsū eē arbitrabunt' uos uniuersos qui me antetuleritis nobilitati uitupatūri.Mihi aut̄ Q uir.oīa potius ppetranda esse duco: q̄ non ita gerendum consulatum:ut in omnībō meis factis atque consiliis unum de me factū consiliūq̄ laudet'. Accedit etiam ille mihi sūmus labor ac diffīllima ratio consulatus gerendi:q̄ non eadem qua superioribus Coss. lege & conditione utendum esse decreui:qui aditū huius loci conspectū q̄ uestrum partim magnopere fugerunt:partim non uehementer seuti sunt.

Ego autem non solum hoc in loco dicam ubi est id dictu facillimum: sed in ipso senatu in quo esse locus huic uoci non uidebatur popularē me futurū esse consulem prima illa mea oratione Kal.Ianua.dixi . Neq; n.ullo modo facei possum:ut cum me intelligam non hominū potentī studio: nō excellentibus gratiis paucor̄:sed uniuersi Po.Ro.iudicio consulem ita factum ut nobilissimis hominibōs longe præponerer:non & in hoc magistratu & in omni uita essem popularis.Sed mihi ad huiusce uim & interpretationem uehemeter opus est uestra sapientia.Versat enim magnus error propter insidiosas nonnullor̄ simulationes:qui cum populi non solum cōmoda uerumetiā salutē oppugnat & impediunt:oratione assequi uolunt:ut populares esse uideantur. Ego qualē kal.Ianua.acceperim Remp.Q uir.intelligo plenam solitudinis:plenā timoris:in qua nihil erat mali:nihil aduersi quod non boni metuerent:improbi expectarent:omnia turbulenta consilia contra hunc.R.P.statum & contra uestiḡ ocium partim iniri:partim nobis Consulibus designatis inita esse dicebantur. Sublata erat de foro fides:non iectu aliquo nouæ calamitatis:sed suspitione ac perturbatione iudiciorum :infirmatione rerum iudicatarum : nouæ dominationes:extraordinaria non imperia sed regna quæri putabantur.Q uæ cū ego nō solum suspicerer: sed plane cernerē (Neq; n.obscure gerebantur) dixi in Senatu:in hoc magistratu me popularem cōsulē futurum. Q uid.n.ē tā populare q̄ pax:qua non modo ii quibus natura sensum dedit:sed etiam tecta atq̄ agri mihi lātari uidentur. Q uid tam populare q̄ libertas:quā non solum ab hominibōs:uerumetiam a bestiis expeti atq̄ omnibus rebus anteponi uidetis. Q uid tam populare q̄ ocium:quod ita iucundum est:ut & uos & maiores uestri & fortissimus quisq; uir maximos labores suscipiendo putet:ut aliquando in ocio possit esse:præsertim imperio ac dignitate:qui iccirco etiam maioribus nostris præcipuam laudem gratiamque debemus:q; eorum laborem est factum:ut impune in ocio esse possemus.Q uare qui possum non esse popularis: cum uideam hæc omnia Q uir.pacem externam:libertatē p̄priā generis

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

ac nōmīnis uestri : ocium domesticum : denique omnia quæ uobis cara atque ampla sunt in fidem & quodāmodo in patrocinium mei cōsulatus eē collata. Neque enim quirites illud uobis iucundū ac populare debet uideri largitio ali, qua pmulgata:quæ uerbis ostentari potest:reuera fieri (nisi exhausto ærario) nullo pacto potest. Neque uero illa popularia sunt existimāda iudiciorū per turbationes : rerum iudicatarum infirmationes:restitutio dānatōꝝ : q̄ ciuitatiū afflictarum pditis iam rebo extremi exitioꝝ solēt eē exitus. Nec si q̄ agros Po. Ro. pollicentur: sed si aliud qdē obscure molunt̄ aliud spe ac specie simulatio nis ostentāt:populares existimādi sunt. Nam uere dicā. Quir. genus ipsum le gis agrariae uitupare non possum. Venit enim mihi in mēte:duos clarissimos ī geniosissimos amātissimos plebis Romanæ uiros : Tyberium & Caiū Grac chos plebem in agris publicis cōstituisse:qui agri a priuatis antea possideban tur. Non sum autem ego is consul:qui ut pleriqꝝ nefas esse arbitrarer Gracchos laudare:quorū consiliis: sapientia:legibus multas esse uideo Rei.partis cōstitu tas. Itaqꝝ ut initio mihi designato cōsuli nunciabat̄ legem agrariam tri.ple.de signatos conscribere. Cupiebam qd̄ cogitaret̄ cognoscere. Etenim arbitrabar: quoniā eodē āno gerēdī nobis essent magistratus:esse aliquā oportere iter nos reip.bene administrādæ societatem: Cū familiariter me ī eorū sermonē insinua rem ac darē. Cælabar:excludebar. Et cū ostēderē si lex utilis plebi romanæ mi hi uideret̄ : auctorem me atqꝝ adiutorem futurū. Tñ aspnabant̄ hanc liberalitatem meā. Negabat̄ me adduci posse ut ullā largitionē pbarem. Finē feci offe rendi mei:ne forte mea sedulitas aut iſidiosa aut impudēs uideret̄ . Interea nō desistebant clā inter se conuenire :priuatos quoſdam adhibere:ad suos cōctus occultos noctem adiungere:& solitudinē:qbus quanto in metu fuerim? ex ue stra sollicitudine:in qua illis tēporibꝫ fuisti;facile asseq̄ conjectura poteritis. Inēut tandem magistratus tr.pl.contio tandem expectata. P.Rulli:quod & prin ceps erat agrariae legis & truculētius se gerebat quā cæteri. Iam designatus alio uultu :alio uocis sono:alio incessu esse meditabat̄ . Vestitu obsoletiore:corpo ūiculō & horrido:capillatior quā antea:batbaqꝝ maior: Vt oculis & aspectu dei nunciare oībꝫ uim tribunitiā & minitari Reip.uideret̄ . Legē hominis cōcio neqꝝ expectabā. Lex initio nulla pponit̄ . Concionē in primis aduocari iubet: summa cū expectatiōe concurrit̄ . Explicat orationē sane lōgam : & uerbis ual de bonis. Vnū erat quod mihi uitiosum uidebat̄ :quod tanta ex frequētia iue nirī nemo potuit:qui intelligere posset quid diceret. Hoc ille Vtrum insidiarū causa fecerit: An hoc genere eloquētiæ delectetur:Nescio . Tamen si qui acutiōres in contione steterant:de lege agraria nescio quid uoluisse eum dicere su spicabant̄ :Aliquādo tandem me designato lex ī publicum proponit̄ .concur runt iussu meo plures uno tempore librarii descriptā legem ad me afferunt . Omni hoc ratione uobis confirmare possum Quirites hoc animo me ad legē, dā legē cognoscendāqꝝ uenisse:ut si eam uobis accommodatam atqꝝ utilem esse

ORATIO.

intelligerem: auctor eius atq; adiutor essem. Non enim natura: neq; dissidio: neq; odio penitus insito bellum nescio quod habet susceptum consulatus cū tribunatu: quia persæpe seditionis atq; improbis tribunis pl. boni & fortis consules obstiterunt. Et quia uis tribunitia non unquam libidini restitit consulari: non potestatum dissimilitudo sed animorum disiunctio dissensione facit. Ita q; hoc animo legem sumpsi in manus: ut eam cuperem esse aptam uestris com modis & huiusmodi: quam consul re: non oratione populari: sed & honeste & libenter posset defendere. Atq; ego a primo capite legis usq; ad extremum re perio Q uir. nihil aliud cogitatum: nihil aliud susceptum: nihil aliud actū: nisi uti decem reges ærarii: uectigalium: prouinciarum omnium totius Reip. regno rum: liberorum populorum: orbis deniq; terrarum domini constituerent Legis agrariae simulatione atq; nomine. Sic confirmo Q uir. hac lege agraria pul chra atq; populari dari uobis nihil: condonari certis hominibus omnia ostentari po. ro. agros: eripi etiam libertatem. priuatorum pecunias augeri: publicas exhaustiri. Deniq; quod est indignissimum per Tr. Pl. quem maiores præsidē libertatis custodēq; eē uoluerunt / reges in ciuitate constitui. Q uæ cum expo suero. Si falsa uobis uidebuntur eē sequar auctoritatem uestram: mutabo me am sentētiā. Sin insidias fieri libertati uestræ simulatione largitionis intelli getis: nolitote dubitare plurimo sudore & sanguine maiorū uestrorum partam uobisq; traditā libertatem: nullo uestro labore consule adiutore defendere. pri mū caput est legis agrariae: quo ut illi putant tentamini leuiter quo animo li bertatis uestræ diminutione ferre possit. iubet. n. Tr. Pl. qui eam legem tule rit creare decēuiros p. trib⁹ septē decem: ut quem nouē tribus fecerint: is decē uir sit. Hic quātro quam ob causam initium reg ac legum suaq; hinc duxerit: ut po. ro. suffragio priuaret. totiens legibus agrariis curatores constituti sunt triū uiri: quinq; uiri: decēuiri. quāero a populari tri. pl. hoc quando nisi p. xxxv. tribus creati sint? Etenim cum oēs potestates: impia: curationes ab uniuerso po. Ro. pficiisci conuenit: tamen eas profecto maxime quæ constituunt ad populi fructum aliquem & cōmodum: in quo & uniuersi deligant: quem po. ro. maxime consulturum putent: & unusquisq; studio & suffragio suo uiā sibi ad be neficiū impetrādum munire possit. Hoc Tr. pl. potissimum uenit in mentem Po. Ro. uniuersum priuare suffragiis: paucas tribus non certa conditione iuris: sed sortis beneficio fortuitu ad usurpandam libertatem uocare. Itē inquit eodēq; modo: capite altero ut comitiis pontificis maximi. Ne hoc quidem uidit: maiores nostros tam fuisse populares: ut quod p. populum creari fas non erat ppter religionē sacrorum: in eo tamen ppter amplitudinē sacerdotii uoluerint populo supplicari. Atq; hoc idem de cateris sacerdotiis Cn. Domitius Tr. Pl. uir clarissimus tulit: Quod populus p. religionem sacerdotia mandare non poterat: ut minor pars populi uocare: ab ea parte qui esset factus: is a collegio cooptaret: Videte quid inter sit inter Cn. Domitiū Tr. Pl. hominē no-

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

bilissimum & P. Rullum: qui temptauit ut opinor patientiam uestram: cū se nobilem esse diceret. Domitius quod per ceremonias populi fieri nō poterat: ratione assecutus ē: ut id quoad poīlet: quod fas eslet: quod liceret: populi ad partes daret. Hic quod populi temp̄ pprium fuit: quod nemo iminuit: nemo mutauit qn iū: qui populo agros escent assignaturi ante acciperent a populo beneficium q̄ darent: id totum eripere uobis atq; e manibus extorquere conatus ē. ille qd dari populo nullo mō poterat in quodammodo dedit: Hic quod adim̄ nullo pacto poterat potestate: quadam ratione eripe conatur. Quāret q̄ spiam in tāta iniuria tātaq; impudētia quid spectarit: non defuit consilium. fides erga plebē Romanam & eqtas in uos libertatemq; uestrā uehementer defuit. Iubet enim comitia decēuiris habere creandis eū q̄ legem tulerit. Hoc dicā planū us. Iubet Rullus hō nō cupidus neq; appetēs habere comitia. Nullū nōdū rep̄hendo. V ideo fecisse alios illud quod nemo fecit de minore pte populi quo pri neat uidete. habebit comitia uolet eos denunciare quib; regia potestas hac legē quārit. uniuerso populo neq; ipse cōmitiūt: neq; illi horū consiliog; auctores committi recte putant posse. Sortit̄ tribus idem Rullus homo fœlix. Educit quas uolet tribus. quos nouē tribus decemuiros fecerint ab eodem Rullo edūctæ. hos omnium regū ut iam ostēdam dños habebimus. Atq; hi ut grati ac me mores beneficii eē uideantur: Aliquid se nouē tribuū notis hominibus debere confitebuntur. Reliquis uero sex & uiginti tribubus nihil erit quod non putet posse suo iure denegare. Quos tandem igitur decēuiros fieri uult: se primum. q̄ licet: Leges. n. sunt ueteres: neq; hæ contulares si qd interesse hoc arbitrami ni: Sed tribunitiæ nobis maioribusq; nostris uehementer gratæ atq; iucundæ. Licinia est lex: & altera ebutia: quæ non modo eum qui tulerit de aliqua cura tione ac potestate: sed etiam collega eius cognatos affines excludit: ne eis ea potestas curatio ue mandet. Etenim si populo cōsulis remoue te a suspitione alii cuius tui cōmodi. fac fidem te nihil nisi populi utilitatem & fructum quārere: sine ad illos potestates ad te gratiam beneficii tui puenire. Nam hoc qdem uix est liberi populi: uix uestroq; animoq; ac magnificentiæ. Quis legē tulit: Rullus. Quis maiorem ptem populi suffragiis phibuit: Rullus. q̄s comitiis p̄fuit: quis tribus quas uoluit uocauit nullo custode sortitus: quis decemuiros quos uoluit renunciauit: Idem Rullus. quem principem renunciauit: Rullū. Vix me hercule seruis hoc eum suis: non uobis oīum gentium dominis pbatu rum arbitrarer. Optimæ leges igit̄ hac lege sine ulla sui picione tollentur. Idem legis sibi sua lege curatione petet. Idem maiore pte populi suffragiis spoliata comitia habebit: quos uolet atq; unus se ipsum renunciabit. & uidelicet collegas suos & scriptores legis agrariæ non repudiabit: a quibus ei locus primus si uidiæ & in p̄scriptione legis cōcessus est cæteri fructus omnium rerum: qui in spe legis huius positi sunt: cōmuni cautione atq; æqua sibi pte retinentur. at uidete hominis diligentia si aut Rullum cogitasse: aut si Rullo potuisse i mē-

ORATIO.

tem uenire arbitramini. uiderunt hi qui hæc machinabant si uobis ex omni populo deligendi potestas esset data: quæcumque res esset: in qua fides: integritas: uirtus: auctoritas quereretur: uos eam sine dubitatione ad Cn. Pompeiu[m] principem delatu[ro]s. Et n. quæ unum ex cunctis delegissetis: ut eum oib[us] oium g[ener]it[u]m bellis terra & mari p[ro]poneretis certe i[de]cēuiris facie[re]dis: siue fides habere[re]t siue honos: & cōmitti huic optime: & ornare h[ab]uc iustissime posse intelligebat: itaq[ue] excipit hac lege non adolescentia: non legitimū aliquod impedimentū: nō potestas: non magistratus ullus. aliis negotiis ac legibus impeditus: reus deniq[ue] quo minus decēuir fieri possit p[re]sentem. n. profiteri iubet: quod nulla alia in lege unquam fuit ne in his quidem magistratibus: quo[rum] certus ordo est: siue accepta lex esset ullum sibi collegam ascriberetis: custodē ac uindicem cupiditatum. Hic quoniam uideo uos homines dignitate & contumelia legis esse commotus renouabo illud quod initio dixi regnum comparari libertatem uestrā hac lege funditus tolli. an uos aliter estimabitis: cum ad omnia uestra pauci homines cupiditatis oculos adiecissent non eos in primis id acturos: ut ex omni custodia uestræ libertatis: ex oī potestate curatione patrocinio uestros cōmodor[um] Cn. Pompeius depellere[re]. uiderūt & uident: si p[ro] imprudentiā uestrā: negligētiā meam: legem incognitam acceperitis: fore uti postea cognitis insidiis: cū decēuiros crearitis: tum uitiis omnibus & sceleribus legis Cn. Pompeii præsidium opponēdum putetis: & hoc paruum argumentum uobis erit a certis hominibus dominationem potestatēq[ue] omniū reg[is] quæri: cum uideatis eum quæ custodem uestræ libertatis fore uideant exptē fieri dignitatis? Cognoscite nūc quæ potestas decēuiris & quanta detur. Primū lege curiata decēuiros ornat. Iā hoc inauditum & plane nouo more uti Curiata lege magistratus detur cui nulis comitiis ante sit datus. Eā legem ab eo prætore q[ui] sit primus factus ferri iubet. At quomodo? ut hi decemuiratū habeāt quos plebs designauerit. oblitus est nullos a plebe designari. Et is orbem terrarum cōstringit nouis legibus. Quicquid in secūdo capite scriptum est: nō meminit in tertio. Atq[ue] hic p[ro]spicuum est quid iuris a maioribus accepitis. quid ab hoc tr. pl. uobis relinqua[re]. Maiores de singulis magistratibus bis uos sententiam fere uoluerūt. Nā cū centuriata lex censorib[us] ferebat: cum curiata cæteris patriis magistratibus: tū iterū de eisdem iudicabat: ut eslet reprehendēdi potestas: si populū beneficij sui p[ro]moteret. Nūc qa illa prima comitia tenetis centuriata & tributa: curiata tantum auspiciorum cā remāserunt. Hic autem tr. pl. qa uidebat potestatē nemine in iussu populi aut plebis posse habere: curiatis ea comitiis quæ uos nō sinitis confirmavit. tributa quæ uestra erant sustulit: Ita cū maiores his comitiis uoluerunt uos de singulis magistratibus iudicare: hic homo popularis ne unam q[ui]dē populo comitiorū potestatē reliqt. Sed audite hominis religionem & diligētiā. Videlicet p[ro]spexit sine curiata lege decemuiros potestatē habere nō posse: quoniam per nouem tribus essent constituti. Iubet ferre de his legem cen-

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

turiatam.prætori imperat:quam id ipsum absurde:nihil ad me attinet.Iubet.n.
qui primus sit prætor factus eum legem curiatam ferre.Sin is ferre non posset
q postremus sit:ut aut lusisse in tatis rebus:aut pfecto nescio quid spectasse ui
deat'.Verū hoc quod est aut ita puerum:aut ita malitiosum:ut obscurū sit re/
linquamus.ad religionē hominis reuertamur.Videt sine lege curiata nihil agi
p decemuirs posse.Q uid postea si ea lata non erit.Attendite ingenium:tum
hi decemuiri inquit eodē iure sint quo qui optima lege.Si hoc fieri potest ut in
hac ciuitate quae iure longe libertatis cæteris ciuitatibus antecellit:quisquā nul
lis comitiis imperium aut potestatem assequi posset:quid attinet tertio capite
legem curiatam ferre iubere:quoniā quarto permittas ut sine lege curiata idē
iuris habeant quod haberent:si optima lege a populo essent creati.Reges con
stituuntur non decemuiri Q uir.itaq; ab iis initis fundamētisque nascuntur:ut
non modo cū gerere cœperint.sed etiam cum cōstituentur omne nostrum ius:
potestas libertasq; tollatur.At uidete q diligenter retineat ius tribunitiæ pot
estatis .Consulibus legem curiatam ferentibus a Tr.pl.sæpe est intercessum .
Neq; tamen nos id querimur esse hanc tr.pl.potestatem tantummodo si quis
ea potestate temere est usus existimamus.Hic tr.pl.lege curiata quam .P.R.
ferat adimit intercedendi potestatem .Atq; hoc cum in eo reprehendendum
est q per Tr.pl.tribunitia potestas minuitur:tum in eo deridendum:quod cō/
suli si legem curiatam non habet:attingere rem militarem non licet.Huic cui
uetat intercedendi potestatem :etiam si intercessum sit :tamen eandem consti
tuit:q si lata esset lex:ut non intelligam:quare aut hic uetus intercedeñ:aut quē
quam intercessorum putet:cum intercessio stultitiam intercessoris significatu
ra sit:non rem impeditura.Sint igitur decemuiri neq; ueris comitiis:hoc ē po
puli suffragiis:neq; illis ad speciem atq; ad usurpationem uetus statis per .xxx.li
ctores auspicioꝝ cā adumbratis constituti:uidete nunc eos qui a uobis nihil po
testatis acceperint:qto maioribus ornamentis afficiat:q omnes nos affecti lu
mus/qui bus uos amplissimas potestates.dedistis iubet auspicia coloniarꝝ dedu
cendarum cā decemuiros habere pullarios / eodem iure inqt quo habuerunt tres
uiri lege sempronia.Audes etiam Rulle mentionem facere legis semproniae:
nec te ea lex ipsa commonet talis uiros illos .xxxxx.tribuum suffragio esse crea
tos:& cum tu a.T.Gracchi æquitate ac pudore lōgissime remotus sis :id quod
dissimillima ratione factum sit:eadem iure putas eē oportere:dat præterea po
testatem uerbo prætoriam:re uera regiam definit in quinquennium:facit sem
piternam.Tantis enim confirmat opibus & copiis:ut inuitis eripi nullo modo
possit:deinde ornat apparitoribus :lribis: librariis:præconibus :architectis: p
tere mulis tabernaculis :centuriis:supplectili :sumptū haurit ex ærario:sup
pediat a sociis.Ianitores ex equestri loco ducentos in annos singulos : stipato
res corporis constituit:eosdem ministros & satellites potestatis:formam adhuc
habetis Q uir.& speciem ipsam tyrānorū ;insignia uidetis potestatis:non

ORATIO.

dum ipsam potestatem.dixerit enim fortasse quispiā quid me ista ledunt? scriba litor præco pullarius? Omnia sunt hæc huiusmodi Q uir.ut ea qui habeat si ne uestris suffragiis aut rex non ferendus:aut priuatus furiosus esse uideatur. Perspicite quanta potestas pmittat'.non priuatorū insaniā sed intollerantiā regum esse dicetis. Primum pmittit infinita potestas inumerabilis pecuniæ cōficiendæ de uestris uectigalibus non fruendis:sed alienādīs.deinde orbis terrarū gentiumq; omniū datur cognitione sine cōsilio:pœna sine puocatione ani maduersio sine auxilio.iudicare p quinquenīū uel de consulib; uel de ipsis tr. pl.poterunt.de illis interea nemo iudicabit.magistratus iis petere licebit:causā dicere non licebit.emere agros a quibus uolent uel quos uolent q uolent magno poterunt.colonias deducere nouas:renouare ueteres:totam italiā suis coloniis ut cōplere liceat pmittitur.omnes prouicias obeundi:liberos populos agris mulctandi:regnorum uel dandorum summa potestas daf: cum uelint Romæ esse cum cōmodū sit:quacūq; uelint sumo cum impio iudicioq; rerū omnium uagari ut liceat concedit'.interea dissoluat iudicia publica.de consiliis abducat quos uelint.singuli de maximis rebus iudicent.quæstori pmittant: finitorem mittant.ratum sit q finitor uni illi a quo missus erit renunciauerit.Verbum mihi deest Q uir.cum ego hanc potestatem regiam appello:sed pfecto maior est quædam.Nullum enim regnum fuit unq:quod non si minus iure aliquo/at re gionibus tñ certis contineret'.Hoc infinitū est:quo & regna oia:& uestræ impe riū quod latissime patet:& ea quæ partim libera a nobis;partim etiam ignora ta a uobis sunt permisso legis continentur.Datur igitur eis primum ut liceat eis uendere omnia de quibus uendendis.S.C.facta sunt.M.Tullio Cn.Cornelio con.postra cur hoc tam est obscurum:atq; cæcū? quid ista omnia de qb? Senatus censuit:nominatim in lege pscribi nōne potuerunt? Duæ sunt huius obscuritatis causæ Q uir.una pudoris si quis pudor esse pōt in tam insigni im pudentia:altera sceleris.Nam neq; ea quæ Senatus nominatim uendenda cen sult audet appellat:sūt enim loca publica urbis. Sūt sacella: quæ post restitutā tribunitiam potestatem nemo attigit:quæ maiores in urbe partim periculi pufgia esse uoluerunt:hæc lege tribunitia decēuiri uendent? Accedet eo mōs gau rus:accident salicta ad minturnas / adiunget' & illa uia uendibilis herculæta multæ delitiae& magnæ pecuniæ.permulta alia quæ Senatus pp angustias ærarii uendenda cēsunt:Cons.ppter inuidiam non uendiderunt. Verum hæc fortasse ppter pudorem in lege reticentur.Sed illud magis est credendum:& p timescendum:quod audaciæ decemuiralí corrūpenda& tabularum publicarū fingendorumq;.S.C.quæ facta nūq; sunt:cū ex eo numero q p eos ānos Cōs. fuerunt:multi mortui sint:magna potestas pmittitur.nisi forte nihil ē æquum nos de eorum audacia suspicari: quorū cupiditati nimium angustus orbis terrarum eē uideat'.Habetis unum uenditionis genus:quod magnum uideri uobis intelligo.Sed attendite animos ad ea quæ consequunt'.Hunc quasi gradū

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

quendā atq; aditū ad cætera iactū itelligetis. Q uia grī quæ loca:quæ edificia.
Q uid est præterea? multa in mācipiis:in pecore/auro:argēto:ebore:ueste:sup
pellectili:cæteris rebus.Q uid dicam? inuidiosum putasset hoc fore: si omnia
nominasset,nō metuit inuidiam.Q uid ergo? lōgū putauit & timuit. ne qd p/
teriret, ascripsit:aliud ne quid? qua breuitate rem nullā eē exceptā uidetis:qc/
qd ergo sit extra italiā:qd' publicū.P.R.o,factū sit.L.Sylla.Q .Pōpeio Con.
aut postea id decēuiros iubet uēdere:hoc caput quirites oīs gentis: natōes:puī
cias:regna:decēuirum ditioni iudicio potestatiq; pmissa : & cōdonata eē dico.
Primum hoc:quæro enim q tādē locus usq; sit quē nō possint decēuiri dicef pu
blicū po.ro.esse factū? Nā cū idem possit:iudicare q dixerit.qd est q nō liceat
ei dicere.cui nō liceat idē iudicare? Cōmodū erit pgamum.lmitnā.T rallis,e/
phesum.Miletū.Cizicum:totā deniq; Asiā.quæ post.L.Syllam.Q .Pompe
ium Cons.recupata sit.po.ro.factā eē dicere: Vtq; oratio ad eius rei disputatio
nē deerit? An cū idem & differet & iudicabit impelli non poterit ut falsum iu
dicet? An si cōdēnare Asiam uolet:terrorē dānationis & minas non quāti uo
let æstimabit? qd q disputari contra nullo pacto pōt:quoniā statutū a nobis ē
iudicatū quā hæreditatem iam creuimus .Regnū bithyniæ quod certe publi
cum est po.ro.factū.Nū quid causæ est quin oēs agros:urbes:statiua:portus:
totā deniq; bithyniā decēuiri uēdituri sint.Q uid mitylene? quæ terræ uestræ.
Quir.belli lege ac uictoriæ iure factæ sunt urbs & natura:ac situ:& descriptio
ne ædificior: & pulchritudine in primis nobilis:Agri iucundi & fertiles nēpe
eodē capite inclusi continent'.Q uid Alexātria cūctaq; egyptū: ut occulte la
tet:ut recondita sunt:ut furtim tota decemuiris traditur.quis enim uestig; hoc
ignorat dici illud regnū testamento regis Alexandrini.p.ro.eē factum hic ego
Cons.Po.R.o,nō modo nihil iudico:sed ne qd sentiā quidē pfero.Magna enī
mihi res nō modo ad statuēdum sed etiā ad dicēdum uidet eē. Video q testa
mentum factū esse cōfirmet:auctoritatē Senatus extare hæreditatis aditæ se
tio.tū quādo Alexādrino mortuo legatos tyrū misimus,q ab illo pecuniā de
positā nostris recuperant.hac Luciū Philippū sāpe i senatu cōfirmasse memo
ria teneo:eū qui regnū illud teneat hoc tempore neq; genere neq; animo regio
esse.inter omnes fere uideo conuenire.Dicit' cōtra nullū eē testamētū:nō opor
tere.P.R .omniū regnoq; petentem fieri.Demigraturos in illa loca nostros ho
mines pp agroq; bōitatē & oīum rex copiā.hac tāta de Rep .Rullus cū cæteris
decēuiris collegis suis iudicabit? Et uerum iudicabit? Nam utrāq; ita magnū
est ut nullo modo neq; concedēdū neq; ferendum sit.Volet eē popularis Po.
Ro.adijudicabit.Ergo ex sua lege uēdet egyptū urbis copiosissimæ pulcherri
morūq; agroq; iudex:arbiter:dominus:R ex deniq; opulentissimi regni repe
riet.Nō sūmet sibi tātū non appetet: iudicabit Alexātriā regis esse a Po.Ro.
abiudicabit.Primū tum Po.R.o.hæreditatē decemuiri iudicent:cum uos uo
lueritis de priuatis hæreditatibus centūuiros iudicare? Deinde qs aget causam

ORATIO.

Po.Ro.ubi res ista agetur? qui sunt isti decemuir? quos perspiciamus regnum
Alexandriæ ptolemæo gratis adiudicaturos? q; si alexadria petebatur non eos
dem cursus hoc tempore quos. L.Cotta.L.Torquato Cons.cucurrerunt? Cur
non aperte ut antea? Cur non item ut cum decreto:& palam regionem illā pe-
tierunt? An quietis iis:qui per cursum rectum regnum tenere non potuerunt.
Nunc tetricis tenebris & caligine se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt.
Atque illud circunspicie uestris mentibus unaque legatos uestros auctorita-
te tenui qui rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt: tamen exteræ
nationes ferre uix possunt. Graue est enim nomen imperii. Atq; id etiam in le-
ui persona pertimescit: propterea q; uestro non suo nomine cum hinc eges-
si sunt abutuntur. Quid censem cum isti decemuir? cum imperio: cum fasci-
bus: cum illa delecta finitorum iuuentute per orbem terrarum uagabuntur?
Quo tandem animo: quo metu: quo periculo: miseras nationes futuras? Est
in imperio terror: patientur. & in aduentu sumptus. ferent: imperabitur ali-
quid muneris non recusabunt. Illud uero quantum est Quir. cum is decem-
uir qui aliquam in urbem aut expectatus ut hospes aut repente ut dominus ue-
nerit: illum ipsum locum quo uenerit. Illam ipsam sedem hospitalem in qua
erit deductus publicam. P.R. esse dicet. At quanta calamitas populi: si dixe-
rit, quantus ipsi quæstus si negarit. Atque idem qui hoc appetunt queri nonū
quam solent omnis terras. Cn.Pomp. atque omnia maria esse permissa. Simi-
le uero est multa committi & condonari: omnia labori & negocio proponi: An
prædæ & quæstu? mitti ad socios liberandos? An ad opprimendos? Denique
si quis est honos singularis: Nihil ne interest: Vtrum Populus Romanus eu-
cui uelit deferat. An is impudenter Popu.Roma. per legis fraudem surripiat?
Intellexistis quot res & quantas decemuir legis permisso uendituri sint: Non
est satis: cum se sociorum: cum exterrarum nationum cum regum sanguine im-
plerint: incident neruos Popu.Roma. adhibeant manus uectigalibus uestris:
irrumpent in ærarium. Sequitur enim caput: quo capite ne pmittit quidem si
forte desit pecunia quæ tanta ex superioribus recipi potest: ut deesse non debe-
at. Sed plane quasi ea res uobis saluti futura sit: ita cogitat atq; imperat: ut dei-
ceui uestra uectigalia uendant nominatim. Quam tu mihi ex ordine reci-
ta de legis scripto. Po.Ro.auctionem: quam me hercule ego præconi huic ip-
sam luctuosam. & acerbam prædicationem futuram puto: ut in suis rebus ita
in Repub.luxuriosus nepos: qui prius siluas uendat q; uineas: Italiam percen-
suisti. perge in Siciliam. nihil est in hac prouincia quod aut in oppidis aut in a-
gris maiores nostri proprium nobis reliquerunt: quin id uenire iubeat: quod
partum recenti uictoria maiores uobis in sociorum urbibus ac finibus. & uin-
culum pacis & monumentum belli reliquerunt: id uos ab illis acceptū hoc au-
ctore uendetis? Hic mihi parumper mentes uestras Quir. commouere uide-
or: dum patescio uobis quas isti penitus abstrusas infidias se posuisse arbitra-

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

tur contra Cn. Pompeii dignitatem: mihi quæso ignoscite si appello talem ui-
rum sæpius:uos mihi prætori biénio ante Q uir.hoc eodem in loco personam
hanc imposuisti ut quibuscumq; rebus possem illius absentis dignitatem uo-
biscum una tuerer.Feci adhuc quæ potui: neque familiaritate illius adductus:
neq; spe honoris:atque amplissimæ dignitatis quam ego & si libente illo:tamē
absente illo per uos consecutus sum. Quamobrem cum intelligam hanc to-
tam fere legem ad illius opes euertendas tanquam machinam comparari: & re-
sistam consiliis hominum: & perficiam profecto quod ego video comparari:
ut id uos uniuersi non solum uidere uerum etiam tenere possitis .Iubet uenire
quæ attalensium : quæ phasiletum quæ olimpinorum fuerint/agrumque age/
rensem & orindicum & gedusanum : hæc.P.Seruili imperio & uictoria claris
simi uiri uestra facta sunt :adiungit agros bithyniæ regios:quibus nunc publi-
cani fruuntur.Deinde attalicos agros in cheronefso i macedonia :qui regis Phi-
lippi siue per se fuerunt : qui item a censoribus locati sunt : & certissimum ue/
ctigal ascribit.idem auctioni corinthios agros opimos & fertiles & cyreneses:q;
apionis fuerunt & agros in Hispania propter Carthaginem nouam:& in Afri-
ca ipsam ueterem Carthaginem uendit:quam uidelicet .P.Africanus non pro-
pter religionem sedium illarum ac uetus statis de consilii sententia consecrauit:
sed ut ipse locus eorum qui cum hac urbe de imperio decertarunt certa nūc ue/
stiglia calamitatis ostenderet.sed non fuit tam diligens q; est Rullus:aut fortas
se emptorem ei loco reperire non potuit. Verum inter hos agros regios cap-
tos ueteribus bellis uirtute summorum imperatorum adiungit : regios agros
Mithridatis qui in paphlagonia:qui in ponto:qui in Cappadocia fuerunt / ut
eos decemuiri uendant . ita ne uero non legibus datis : non auditis uerbis im/
peratoris :nondum denique bello confecto :cum rex mithridates amissio exer-
citu regno expulsus : tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc molliatur : at/
que ab inuicta.Cn.Pompei manu Meote & illis paludibus & itinerum angu/
stiis atque altitudine montium defendatur cum imperator in bello uersetur.
in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit :eos agros : quorū ad/
huc penes .Cn.Pompeium omne iudicium & potestas more maiorum debet
esse:decemuiri uendent? Et credo .P.Rullus : Is enim sic se gerit : ut sibi iam
decemuir designatus esse uideatur.ad eam auctionem potissimum proficiisci/
tur .is uidelicet anteq; ueniat in pontum :Iras ad .Cn.Pompeiu mittet: quarum
ego iam exéplum ab istis compositū eē arbitror.P.Seruilius Rullus Tr.pl.de
cœur.S.D.Pópeio. Cn.F.nō credo ascriptū eē Magno:nō,n.uidet' id quod i/
minuere lege conat:cōcessurus uerbo .Te uolo curare:ut mihi synope p̄sto sis
auxiliūq; adducas:dū eos agros quos tuo labore cepisti ego mea lege uēdā. an
Pópeiu nō adhibebit :in eius puincia uēdet manubias ipatoris :ponite ante o/
culos uobis Rullū in poto iter nostra atq; hostiū castra hasta posita cū suis for/
mosis finitorib; auctionātem ,Neq; in hoc solū inest cōtumelia: quæ uehemē

ORATIO.

ter & insignis est & noua: ut ulla res parta bello. nondum legibus datis etiam
 tum imperatore bellum administrante nō modo uenierit: uer locata sit. plus
 spectant homines certe quam contumeliam. Sperant si concessum sit inimici.
 Cn. Pompeii cum imperio: cum iudicio omnium rerum: cum infinita potesta
 te: cum innumerabili pecunia nō solum aliis in locis uagari: uerum etiam ad ip
 sius exercitum peruenire: aliquid illi insidiar fieri. aliquid de eius exercitu: co
 piis: gloria detrahi posse putant: si quam spē in Cn. Pompe. exercitus habeat:
 aut agrorum aut aliorum commodorum hanc non habiturum: cum uiderint
 earum rerum omnium potestatem ad decemuiros esse translatam. Patior nō
 moleste tam stultos esse qui hæc sperent: tam impudentes qui conetur. illud q̄
 ror: tam me ab iis esse contemptum ut hæc portenta me Cons. potissimum co
 gitarent. atque in omnibus his agris ædificiis que uendendis permittitur decē
 uiris ut uendant quibusunque in locis uideatur. O perturbatam rationem: o
 libidinem refrenandam: o consilia dissoluta atque perdita. Vectigalia locare
 nusquam licet: nisi in hac urbe. Hoc aut illo ex loco sine hac uestrum frequē
 tia uenire nostras res proprias & in perpetuum ab uobis abalienari: in pa
 phagoniæ tenebris: atq; in Capadociæ solitudine licebit? L. Sylla cum bo
 na indemnatorum ciuium funesta illa auctione sua uenderet. & se prædam su
 am diceret uendere: tamen ex hoc loco uendidit: nec quorum oculos offen
 debat eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. decemuiri uestra vectiga
 lia non modo ne uobis quidem arbitris sed ne præcone quidem P. teste uen
 dent. Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore: non ut antea
 ab Sylla & Pomp. Cons. cognitio decemuirum: priuatus sit an publicus: sic
 que agro pergrande vectigal imponitur: hoc quantum iudicium q̄ tolerandū:
 q̄ regium sit: quem preterit: posse quibusunque locis uelint: nulla disceptatio
 ne: nullo consilio priuata publicare: publica liberare: excipitur hoc capite a
 ger Siciliæ recentoricus quem ego excipi & propter hominum necessitudinē:
 & propter æquitatem Q uir. s̄æpe uehementer gaudeo. Sed quid hæc impu
 dentia: qui agrum recentoricum possident uelut state possessionis se non iure
 misericordia Senatus: non agri conditione defendunt. Nam illum agrum pu
 blicum esse fatentur: se moueri possessionibus: amicissimis sedibus ac diis pe
 natibus negant oportere: at si est priuatus ager recentoricus: quid eum exci
 pis: sin autem publicus: quæ est ista æquitas: cæteros etiam si priuati sint per
 mittere ut publici iudicentur. hunc excipere nominatim qui publicus esse fa
 teatur ergo eorum ager excipitur qui apud Rullum alia ratione ualuerunt: cæ
 teri agri omnes qui ubique sunt sine ullo delectu: sine Popu. Roma. notio
 ne: sine iudicio Senatus decemuiris addicentur: atque etiam est alia superio
 ri capite quo omnia ueniunt: quæstusfa exceptio. quæ tegit eos agros de qb⁹
 scedēt cautū ē. audiuit hæc ré nō a me. sed ab aliis agitari. s̄æpe i senatu. nōnūq̄
 ex hoc loco: possidēt agros i ora maritima regē hyepsalē: quos. P. African⁹. p. r.

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

adiudicarit. Et tamen postea per C. Cottam Con. cautū eē fōdere, hoc quia
uos fōdus non iussitis uerere hyempsal ut satis firmū sit & ratum. quid eius
modi est illud? tollitur uestrum iudicium: fōdus totum excipit? & cōprobat:
quod mīnuit auctionem decēuiralē: laudo: quod regi amico cauet: non repre/
hendo: quod non gratis fit: indico. Volitat. n. ante oculos istorū Iubæ regis fi/
lius adolescens non mīnus bene nūmatus q̄ bene capillatus: uix iam uidet eē q̄
tantos aceruos pecunīæ capiat. auget: addit: accumulat aurum argētum ex præ/
da. ex manubiis: ex coronario: ad quod cūq; peruenit: quod neq; relatum ē in
publicum: neq; in monumento consumptum id p̄fiteri apud decemuiros & ad
eos referri iubet. hoc capite etiam quæstionem de clarissimis uiris qui Po. R. O.
bella gesserunt: iudiciūq; de prædis repetundis ad decemuiros trāslatum uide/
tis. Horum erit nullum iudicium: quantæ cuiusq; manubiæ fuerint qd relatū:
quid residuum sit. Imposterum uero lex hæc imperatoribus nostris constituit:
ut quicūq; de prouincia deceaserit apud eosdem decēuiros quantum habeat p̄/
de manubiarum: auri coronarii profiteatur hic tñ uir optimus eum quem amat
excipit. Cn. Pom. unde iste amor tam improuissus ac tam repentinus: qui ho/
nore decēuiratus excluditur ppe nominatim / cuius iudiciū legūq; datio/capto
rum agrorum ipsius uirtute cognitio tollit: cuius nō in prouinciam sed in ipsa ca/
stra decēuirum cum imperio infinita pecunia: maxima potestate: & iudicio rerum
omniū mittunt: quod ius imperatorum: quod semper oībus ipatorib; est con/
seruatum soli eripitur. Is excipit unus ne manubias referre debeat: utrum tādē
hoc capite honos haberi homini? an inuidia quæri uidetur? remittit hoc Rul/
lo. C. Pom. beneficio isto legis: benignitate decemuirali nihil utitur. Nam si ē
æquum prædam ac manubias imperatores non in monumenta deoꝝ imortali
um neq; in urbis ornamenta conferre: sed ad decemuiros tāq; ad dominos re/
portare nihil sibi appetit. præcipue Pom. nihil: uult se in cōmuni atq; in eodem
quo cæteri iure uersari. sin est iniquum Q uir. si turpe: si intollerādum hos dei/
cemuiros portatores omnibus omnium pecuniis constitui: qui non modo re/
ges atq; exterarum nationum homines: sed etiam imperatores nostros excuti/
ant: non mihi uidentur honoris causa excipere Pom. sed metuere: ne ille ean/
dem contumeliam quā cæteri ferre non possit. Pom. autem hoc animo sit: ut qc̄
qd uobis placeat: sibi ferendum putet. quod uos ferre nō poteritis id pfecto p/
ficiet ne diutius inuiti ferre cogamini uerūtamen cauet: ut si qua pecunia post
nos consules ex nouis uectigalibus recipiatur: ea decemuiri utantur. noua por/
ro uectigalia uidet ea fore. Quæ Pomp. adiunxerit: ita remissis manubiis ue/
ctigalibus eius uirtute partis se frui putat oportere: parta sit pecunia Q uir.
decemuiris tanta: quanta sit in terris. Nihil prætermissum. Sed omnes urbes:
agri. regna deniq;: postremo etiā uectigalia uestra uenierint: accesserit / i cumu/
lū manubiæ uestroꝝ ipatoꝝ: q̄tæ & quā imanes diuitiæ decēuiris i tātis auctiōi
b;: tot iudiciis: tā iſinita potestate regi oīum q̄rāt: uidetis. Cognoscite nūc alios

ORATIO.

immensos atq; intolerabiles quæstus:ut intelligatis ad certorum hominū importunam avaritiam hoc populare legis agrariae nomen eē quæsitum,hac pecunia iubet agros emi:quo decumatu? non consueui appellare homines asperius Q uir,nisi lacesitus . V elim fieri posset ut a me sine contumelia nomina-rentur:ii qui se decemuiros sperant futuros . Iam uideretis quibus hominibus omnium rerum & uendendarum & emēdarum potestatem permitteretis . Sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum . uos tamen id potestis cum animis uestris cogitare . V num hoc certe uideor mihi uerissime posse dicere: tū cū haberet hæc R.P.Luscinos calatimos:accidinos homines non solum honoribus Po.rebusq; gestis:uerum etiam patientia paupertatis ornatos:& tum cum erant Catones Philippi Lælii:quorum sapientiam temperantiamq; in publicis priuatisq; in forensibus domesticisq; rebus perspexeratis: tamen huiuscmodi res cōmissa nemini ē:ut idē iudicaret & uenderet:& hoc faceret p quin quēniū toto in orbe terrarum . Idēq; agros uectigalis Po.Ro.abalienaret & cū sumā tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua uoluntate fecisset :tum deniq; emeret a quibus uellet . quod uideretur /committite uos nunc Q uir.hominibus hæc omnia/quos odorari hunc decemuiratum suspicamini . Repietis partē esse eorum: quibus ad habendum:partem quibus ad consumendum nihil sat is eē uideatur . hic ego iam illud quod expeditissimum sit .ne dispuo quidē Q uir.non eē hanc uobis a maioribus relictam consuetudinem ut emantur agrī a priuatis:quo plebes publice deducatur :omnibus legib;.agris publicis priuatos eē deductos.huiuscmodi me aliquid ab hoc horrido ac truce . Tr.pl. expectasse.hanc uero emendi & uendendi quæstuosissimam ac turpissimā mercaturam . Alienam actione tribunitia.alienam dignitate Po.Ro.semp putauit. libet agros emi: primum quæro:quos agros & quibus in locis: nolo suspensa & incertam plebē Ro.obscura spe & cæta expectatione pēdere . Albanus ager est/ setinus : priuernas : fundanus:uestinus :salernus:liternus:cumanus :casinias :Audio ab alia porta capenas :faliscus:Sabinus ager/reatinus:uenafran?: alifanus/trebulanus.habes tantam pecuniam qua hōfce omnis agros & cæteros hōr similis non modo emere uerūtiā coaceruare possis? Cur? eos non definis? neq; nominas? ut saltem delibera plebes Ro.possit. Q uid intersit sua:quid expediāt.Q uantum tibi in emendis & uendendis rebus cōmittendū putet .Definio inqt Italiam:satis certa regio .Et enim quantulum interest.utrū in massici radices an in Italiam alioue deducamur . Age non definis locum:qd nam agrī uero inquit:q arari aut coli possit .q possit arari inqt aut coli:non qui aratus aut cultus sit : utrum hæc lex est an tabula ueratianæ auctionis: in qua scriptum fuisse aiunt iugera.cc.in quibus oliuetum fieri potest,iugera.ccc. ubi institui uineæ possunt:hoc tu emes ista innumerabilē pecunia: quod arari aut coli possit .quod solum tam exile aut macrum est quod aratro p̄stringi non pos sit:aut quod est tam asperum saxetum in quo agricolarum cultus nō elaboret.

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

Iccirco inquit agros nominare non possum: qā tāgā nullū ab inuito. hoc quoq; multo ē quæstuosius q̄ si ab iuitō sūmeret . In iuitō nō quæstus de uestra pecunia : & tū deniq; ager emetur; cū idē expediet emptori & uendori . Sed uide ut uim legis agrariæ: nec hi qdē q agros publicos possident/decedēt de possessione: nisi erunt deducti optima cōditione & pecunia maxima. cōuersa ratio: ante a Tr.pl.mētio legis agrariæ facta cōtinuo: q agros publicos: aut qui possessiones inuidiosas tenebāt exptimescebāt. hæc lex eos homines fortunis locupletat inuidia liberat. q multos enī Q uir. existimatis eē q latitudinē possesiōnū tueri. qui inuidiā syllanoꝝ agrorū ferre nō possint q uendere cupiāt. emptorē nō repiant: pdere iā deniq; illos agros ratione aliqua uelint: q paulo ante diem noctēq; tribunitium nomen horrebant: uestrā uim : mentionē legis agrariæ ptimescebant: ii nunc etiam ultro rogabunt: atq; orabuntur ut agros partū publicos: partim plenos inuidiæ: plenos periculi: quanti ipsi uelint decemuris tradant. atq; hoc carmen hic Tr.pl. non nobis: sed sibi intus canit. habet socerum uirum optimum / qui tantum agrum in illis R.e.pu.tenebris occupauit: quantum concupiuit huic subuenire uult succumbenti iam & oppresso syllanis oneribus graui sua lege: ut liceat illi inuidiam deponere: pecuniam condeire. Et uos non dubitatis qn uectigalia uestra uendatis plurimo maiorum uirorum sanguine & sudore quæsita: ut syllanos possessores diuitiis augeatis periculo liberetis. nam ad hanc emptionem decemuiralem duo genera agrorum spectant Q uir. eorum unum propter inuidiam domini fugiunt: alterum propter uastitatem . Syllanus ager certis hominib; latissime continuatus tantam habet inuidiam/ut ueri ac fortis tr.pl. stridorem unum pferre non possit. hic ager omnis quoq; precio coemptus erit: tamen ingenti pecunia uobis inducetur. alterum genus agrorum propter sterilitatem inculum. ppter pestilentiam uustum atq; desertum emetur ab iis: qui eos uident sibi esse si non uendiderit relinquendos: & nimirum idem est: quod ab hoc Tr.pl. dictum est in Senatu, urbanam plebem nimium in. R.P. posse/exhauriēdam esse . Hoc enī est usus quasi de aliqua sentina ac non de optimorum ciuium genere loqueretur. Vos uero Q uirites si me audire uultis R etinete istam possessionem gratiæ.libertatis: suffragiorum dignitatis: urbis: fori.ludorum : festorum dierum : cæterorū omnium commodorum nisi forte mauultis R elictis his rebus ac hac luce R.p.in siphontina siccitate aut in Salpinorum pestilentia finibus Rullo duce collocari. at dicat quos agros empturus sit: ostendat: & quid & quibus datum sit: ut uero cum omnes urbes agros uectigalia uendiderit: tum arenam aliquam aut paludes emat: id uos potestis quæso concedere. quamquam illud est egregium. quod hac lege ante omnia ueneunt: ante pecuniæ coguntur & coaceruantur / quam gleba una ematur . deinde emi iubet ab inuito uetat. Quæro si qui uelint uendere non fuerint: quid pecuniæ fiet: & referre in æxarium lex uetat: exigi prohibet . Igitur pecuniam omnem decemuiri te-

ORATIO.

nebunt: uobis ager non emetur: uectigalibus ab alienatis / sociis uexatis / Regibus atq; omnibus gentibus exinanitis illi pecunias habebunt: uos agros non habebitis. Facile inquit adducuntur pecuniae magnitudine: ut uelint uendere. ergo ea lex est qua nostra uendamus quanti possumus: aliena emamus quanti possessores uelint. atq; in hos agros qui hac lege empti sint colonias ab his de cemuris deduci iubet. Quid omnis ne locus eiusmodi ē: ut nihil interficit. r.p. colonia deducat in eum locum: nec ne ē an est locus qui coloniā postulet? est plane rectius & quo in genere sicut in cæteris. R.P. partib; est opæpcū diligētiam maiorū recordari: q; colonias sic idoneis in locis cōtra suspicionē piculi collocarū: ut ēē non oppida Italiæ: sed ppugnacula imperii ēē uiderent. hi deduent colonias in eos agros quos emerint: etiam ne si R.eip. non expediatur? & in quæ loca præterea uidebitur. quid igitur ē causæ qn coloniā in ianiculum possint deducere? & suum p̄sidium in capite atq; ceruicibus uestris possint collcare. Tu non diffinias quo colonias: in quæ loca: quo numero colonorū deduci uelis. tu occupes locum quem idoneū ad uim tuam etiam iudicaris. Cōpleas numero: cōfirmes præsidio quo uelis. P.R. uectigalibus atq; oībus copiis ipsum Po.R.o. coerceas opprimas: redigas in istam decēuiralem ditionem ac potestatem: ut uero totam Italiam suis præsidii obſidere atq; occupare cogitent: quæſo Q uir. cognoscite. pmittit decēuiris ut in omnia municipia ī omnis colonias totius Italiæ colonos deducant: quos uelint: hisq; colonis agros dari iubet. Num obscure maiores opes q̄ libertas uestra pati potest: majora præsidia queruntur: Num obscure regnū cōſtituitur? Num obscure uestra libertas tollit? Num cū iidem omnem pecuniam maximam multitudinē idest totam Italiam suis opib; obſidebūt: iidem uestrā libertatem suis p̄ſidiis & coloniis ī terclusam tenebūt: quæ ſpes tandem: quæ facultas recuperandæ noſtræ libertatis reliquetur? At enim ager Campanus hac lege diuidetur orbis terræ pulcher rimus & Capuam colonia deducet urbem amplissimā atq; ornatissimam: atq; qd ad hæc possumus dicere. De cōmodo primū uestro dicam Q uir. deinde ad amplitudinem & dignitatē reuertar: ut si quis agri aut oppidi bonitate delectetur: ne quid expectet: si quem rei indignitas cōmouet ut huic simulatæ largitioni resistat. Ac primum de oppido dicam. Si quis est forte quem Capua magis q̄ Roma delectat: quinq; milia colonorum Capua scribi iubet ad hunc numerū quinquagenos ſibi ſinguli ſumunt. Quæſo nolite uos metiſlos consolari. Vere ac diligenter cōſiderate nū uobis aut ueſtri ſimilibus integris quietis ociosis omnibus in hoc numero locum fore putatis? si ē omnibus uobis aut maiori uerſum parti q̄ me uester honos uigilare dies atq; noctes & intētis oculis omnis R.P. partis intueri iubet: Tamen paulisp si ita cōmodū ueſtrū feret commouebor. Sed si quinq; hominū milibus ad rim facinus cædēq; delectis locus atque urbs quæ bellum facere instrueſ possit queritur: n̄ ne patiemini uestro nomine contra uos ſirmari opes: armari præſidia urbes: copias comparari? Nā

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

agrum quidem Cāpanū quē uobis ostentant ipsi concupuerunt.deduent suos quorum nomine ipsi teneantur & fruantur:coemant. Præterea ista dena iugera continuabunt. Nam si dicent p legem id non licere:ne p Corneliam qdē licet. At uidemus ut longinqua mittamus : agrum prænestinū a paucis posside ri: neq; istorum pecuniis quicq; aliud deesse video : nisi eiusmodi fundos: quo rum subsidio familiae magnitudines & Cumanorum & puteolanorū prædio rum sumptus sustentare possint: quod si uestrum cōmodū spectat: ueniat & corā mecum de agri cāpani diuisione disputet. quæsiui ex eo Kal.Ian.qb'hoīnibus & quēadmodum illum agrum eēt distributurus: respondit a Romilia tribu se initium eē factur;. primum quæ est ista supbia & contumelia ut populi pars amputet: ordo tribuū negligatur. ante rusticis det' ager q habēt: quā urbanis q' bus ista agri spes & iucūditas ostendit. aut si hoc ab se dictum negat & satisfaciere oībus uobis cogitat: pferat in iugera dena describat ab usura: nam usq; ad arniensem nomina uestra pponat: si non modo dena iugera dari uobis: sed ne constipari qdem tantum numerum posse hominum in agrum campanū inteligetis, tamen ne uexari.r.p. contēni maiestatē Po.Ro. deludi uos metipso diutius a Tr.pl. patiemini? q; si posset ager iste ad uos puenire: non ne eum tñ in patrimonio uestro remanere malletis: unū ne fundum pulcherrimū Po. Ro. caput uestræ pecuniae pacis ornamentum: subsidium belli fundamētū uectiga liū: horreū legionū: solaciū ānonæ disperire patiemini? An oblii estis italico bello amissis cūctis uectigalibus quātis agri cāpani fructibus exercitus alueritis. An ignoratis cætera illa magnifica Po.Ro. uectigalia: pleui sāpe momēto fortunæ inclinatione temporis pendere. Quid uos A siæ portus? qd syriæ cura? quid omnia trāsmarina uectigalia iuuabunt: tenuissima suspitione prædonum aut hostium iniecta? At uero hoc agri cāpani uectigal cū eiusmodi sit: ut cū domi sit: & oībō p̄sidiis oppidorū tegat. tū neq; bellis infectū: nec fructibus uarium: nec cælo nec loco calamitosum eē solet. Maiores nostri nō solū id quod cāpanis cepant nō iminuerunt: uerūtiā quod & tenebāt: quib; adimī iure non poterāt coemerunt: qua de causa nec duo Gracchi q de plebis Ro. cōmodis plurimū cogitauerunt. Nec L.Sylla q oīa sine ulla religione quib; uoiuit est diligitus: agrum cāpanū attingere ausus est. Rullus extitit q ex ea possessione rempu. demoueret: ex qua nec Gracchorū benignitas eā nec Syllæ dominatio deiecisset. Quē agrum nunc prætereuntes uestrū esse dicitis: & quem par iter qui faciunt externi homines uestrū eē audiunt: Is cum erit diuisus nec uester dicetur. At qui homines possidebunt: primo quidem acres: ad uim própti: ad seditionem parati: qui simulac decemuirī increpuerint. armati ī ciues & expediti ad cædē esse possint. Deinde ad paucos opībus & copiis affluentis totum agrum cāpanū pferri uidebitis: uobis interea qui illas a maioribus pulcherrimas uectigaliū sedes armis captas accepistis: gleba nulla de paternis atque auitis possessionibus relinquetur. at tantum intererit inter uestram & pri-

ORATIO.

uatorum diligentiam: quod cum a maioribus uestris. P. Lentulus qui princeps senator in ea loca missus esset ut & priuatos agros/ qui in publicū campanū in- currebant pecunia publica coemeret: Dicit renūciasse; nulla sese pecunia fun- dum cuiusdam emere potuisse: eūq; qui nolet uendere ideo negasse se adduci posse uti uēderet: qd cū plures fundos haberet: ex illo fundo solo nūq malū nū ciū audisset. Ita ne uero priuatū hæc cā cōmouit in Po. Ro. ne agrū cāpanū pri- uatis gratis Rullo rogāte tradat nō cōmouebit: at idē Po. Ro. de hoc uectigali pōt dicere. qd ille de suo fundo dixisse dicit'. A sia multos ānos nobis fructum mithridatico bello nō tulit: hispanorū uectigal temporib; sertorianis nullū fu- it. Siciliæ ciuitatib; bello fugiuorū. M. Attilius etiam mutuū frumentū dedit, at ex hoc uectigali nūq malus nūcius auditus est. cā tera uectigalia belli facul- tatibus affligunt'. hoc uectigali etiam belli facultates sustentant': deinde i hac assignatione agrorū ne illud quidem dici potest: quod in cæteris : agros deser- totis a plebe atq; cultura hominū liberorū eē nō oportet. Sic enim dico si cam- panus ager diuidat exturbari & expelli plebem ex agris: nō cōstitui & colloca- ri. totus enim ager campanus colit' & possidet' a plebe & a plebe optima & mo- destissima: quod genus hominū optime moratū optimorū & aratorū & militū ab hoc plebicolorū Tr. pl. funditus elicit'. Atq; illi miseri nati in illis agris & edu- cati: glebis subigendis exercitati: quo se subito cōferant nō habebūt. His robu- stis & ualentib; & audacib; decemuirū satelitib; agri cāpani possessio tota tra- dat'. Et ut uos de uestris maioribus prædicatis: hūc agrū uobis maiores uestri reliquerūt. Sic uestri posteri de uobis prædicabūt. Hūc agrū patres uestri acce- ptum a patrib; suis perdiderunt. Et qdem existimo si iam campus martius di- uidatur :& unicuiq; uestrum ubi consistat bini pedes assignentur: tamen pro- miscue toto q pprie parua frui pte malletis. Quare ēt si ad uos esset singulos aliquid ex hoc agro puenturum q uobis ostēdit': aliis cōparat': Tamen hone- stius eum uos uniuersi quam singuli possideretis. Nūc uero cū ad uos nihil per- tineat: sed paretur aliis. eripiat' uobis: nō ne acerrime tāq armato hosti: sic huic legi p uestris agris resistetis? Adiungit stellatem cāpum agro campano. Et in eo duodena describit in singulos homines iugera: quasi uero paulū differat a- ger campanus ac stellatis. & multitudo Q uir. lege qua ritur: qua illa omnia op- pida compleat'. Nā dixi antea lege pmitti ut quæ uelint municipia: quas ue- lint ueteres colonias suis occupent. Calenū municipium complebunt: Theanum oppriment: atellam: cumas: Neapolim: Pompeios: Nuceriam suis præfidiis deuincient. Puteolos uero qui nunc in sua potestate sunt suo iure li- bertateq; utuntur: totos nouo populo atq; aduentitiis copiis occupabunt. Tūc illud exilium campanæ coloniæ uehementer huic imperio timendum Capuā a decemuiris inferetur. Tunc contra hanc Roman communem patriam om- nium nostrum illa altera Roma quæretur. In id oppidum homines nefarie remp. uestram trans ferre conantur: quo i oppido maiores nostri nullam omni-

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

no Remp. esse uoluerunt. qui tres solum urbes in terris omnibus Carthaginē Corinthum Capuam statuerunt posse imperii grauitatem ac nomen sustine re. Deleta carthago est: quod cum hominum copiis tum ipsa natura ac loco suc cincta portubus :armata muris excurrere ex africa: iminebat Ita fructuosissimis i sulis Po, Roma. uidebatur: Corinthi uestigium uix relictū est. Erat enim posita in angustiis atq; in fauicib; græciæ: sic ut terra claustra loco teneret: Et duo maria maxime nauigationi diuersa pene coniungeret: cum pertenui discrimine seperarentur .haec quæ procul erant a conspectu imperii non solum affixerūt: sed etiam ne quando recreata exurgere atq; erigere se possent: funditus ut dixi sustulerunt. De capua multum & diu consultum: extant litteræ Quir. publi cæ: sunt. S.C. complura: statuerunt homines sapientes si agrum campanū ad emissent: magistratus Senatum publicum ex urbe illa consilium sustulissent: imaginem reip. nullam reliquissent: Nihil fore quod capuam timeremus. Itaq; hoc perscriptum in monumentis ueteribus repietis: ut esset urbs: quæ res eas qbus ager campanus coleretur suppeditare posset: ut esset locus comparandis colendisq; fructibus: ut aratores cultu agrorum defessi urbis domiciliis uteretur: Iccirco illa ædificia non esse deleta. Videlicet interuallum sit interiectū inter maiorum nostrorū consilia: & inter istorū hominum dementiam. Illi Capuam receptaculum aratorum: nundinas rusticorum: cellam atq; horreum cāpani agri esse uoluerunt. hi expulsis aratoribus: effusis ac dissipatis fructibus uestris: eandem Capuam sedem nouæ reip. constituunt: molem contra ueterem Rempu. comparant: Quod si maiores nostri existimauissent quenquā in tā illustri impio & tam præclara Po. Ro. disciplina Bruti aut. P. Rulli similem futurum (hos enim nos duos adhuc uidemus: qui hanc Remp. Capuam totam transferre uellent) pfecto nomen illius urbis non reliquissent. Verum arbitrabant̄ corintho & carthagini etiam si senatum & magistratum sustulissent agrū q; ciuib; ademissa: tamen non defore qui illa restituerent: atq; qui antea omnia cōmutarent q; nos audire possemus. hic uero in oculis Senatus Po. q; Ro ma. nihil posse existere: quod nō ante extingui atq; opprimi posset: q; plane extortum ac natum: Neq; uero ea res se fefellit homines diuina mente & consilio peditos. Nam post. Q. Fulgium. Q. Fabium Cons. quibus cons. Capua deuicta atq; capta est: nihil ē in illa urbe contra hanc Remp. non dico factum: sed nihil omnino excogitatum: multa postea bella gesta cum regibus Philippo: Antiocho: psa: pseudo Philippo. Aristonico: mithridate & cæteris. multa præterea bella grauia Carthaginem Corinthus: numantium. Multæ in hac Rep. seditiones domesticæ: quas prætermitto. Bella cum sociis fregellanū/ marficum: quibus omnib; domesticis: externisq; bellis Capua non modo non obfuit: sed oportuissimam se nobis præbuit: & ad bellum instruendū & ad exercitus ornandos & tectis ac sedibus suis recipiendos, homines non inerant iurbe: qui malis conditiōib; turbulentis. S.C. inquis imperiis, R. P. miscerent:

ORATIO.

& rerum nouarum causam aliquam quererent. Neque enim concessionandi potestas erat cuique nec consilii capiundi publici: non gloriae cupiditate efferebantur, propterea quod ubi honos publice non est: ibi gloriae cupiditas esse non potest. Non contumelie: non ambitione discordes. Nihil enim supererat de quo certarentur. Nihil quod contra peterent. Nihil ubi dissiderent. Itaque illam Campanam arrogatiā atque intollerandam ferociam ratione & consilio maiores nostri ad inertissimum & desidiosissimum ocium puderunt. Sic & crudelitatis infamiam effugerunt: quod urbem ex italia pulcherrimam non sustulerunt: & multū in posterum prouiderunt: quod neruis urbis omnibus exactis urbe ipsam solutā ac debilitatam reliquerunt. Haec consilio maiorum. M. Brutus ut antea dixi reprehendēdā & P. Rullus uisa sunt: neque te. P. Rulle omina illa. M. Brutus atque auspicia a simili furore deterrent Nam & ipse qui deduxit & qui magistratus Capua & lucienati cœpunt: & quod aliquam partem illius deditōnis: honoris: munieris attigerūt: omnes acerbissimas impiorū pœnas patuerunt. Et quoniam bruti atque illius temporis feci mentionē: cōmemorabo id quod egomet uidī cum uenisse Capuā coloniā deductā. L. Considio & S. Saltio quēadmodū ipsi loquebantur prōtoribus: ut intelligas quātam locus ipse afferat suppiciā: quæ paucis diebus quibus illo colonia deductā sit p̄spici atque intelligi potuit. nam primum id quod dixi cū cæteris in coloniis duum uiri appellantur hī se prōtores appellari uolebāt. Quibus primus annus cū hanc cupiditatē attulisset nōne arbitramini paucis annis fuisse consulū nomē appetituros. deinde anteibāt lictores nō cū bacillis: sed ut hic prætoribus anteeunt cum fascibus duobus. erant hostiæ maiores in foro constitutæ: quæ ab his prætoribus de tribunalī sicuti a uobis consulibus de consiliī sententia probatis ad præconē & ad tibicinē imolabantur. deinde. P. C. uocabantur. Iam uero uultum considiū uidere ferendū uix erat: quem hominē ut grādi macie torridum Romæ contemptum abiectum uidebamus: hūc Capuæ cāpano præsidio ac regio sp̄itu uideremus. blossois mihi uidebar illos uidere ac iubellios. Iam uero quod metus erat tunicatorum illorum & in albana & seplasia: quæ concursatio p̄cūstantium: qd. P. R. edixisset ubi cœnaret: quod enunciasset. nos autem hinc Roma quæ ueneramus iam non hospites sed peregrini atque adueniæ nominabamur. Haec quod p̄spexerit maiores nostros dico quirites nō eos in deorum immortalium numero uenerādos a uobis & colēdos putatis: qd enim uiderunt: hoc quod nunc uos quæso perspicite atque cognoscite. Non ingenerantur hominibus mores tam ex stirpe generis ac seminis quod ex his rebus: quæ ab ipsa natura bonis auita consuetudine suppeditantur: quibus alimur & uiuimus carthaginenses fraudulenti & mendaces non genere sed natura loci. quod pp̄ portus suos multis & uariis mercatorum & adueniarum sermonibus ad studiū fallendi studio quaestus uocabantur. ligures montani duri atque agrestes: docuit ager ipse nihil ferendo nisi multa cultura & magno labore quæsitum. Campani semper superbi bonitate agrorum: & fructuum magnitudine: urbis salubrit

DE LEGE AGRARIA CONTRA RVLLVM.

tate : descriptione pulchritudine . ex hac copia atq; oīum rerū affluentia primū
illa nata sunt : arrogantia : quæ a maioribus nostris alterum Capua consulē po-
stulauit . deinde ea luxuria quæ ipsum Hannibalem armis etiam tunc inuidū
uoluptate uicit . huic isti decēuiri cum modo colonorum ex lege Rulli deduxer-
unt centum decuriones : decem augures : sex pontifices cōstituerunt . quos illo
rum animus : quos impetus : quam ferociam fore putatis ? Romam in monti-
bus positam & cænaculis sublatam atq; suspensam non optimis suis angustissi-
ctorem . P. Seruiliū: qui ante me sententiā dixit uirum clarissimum & cū in uni
uersam remp. tum etiam erga meā salutē fidē ac beniuolētia singulari. Q uod
si ille & pauloante & quotienscūq; ei locus dicendi ac potestas fuit Gabiniū &
Pisonem duo Reip. portenta ac pene funera cum propter alias causas: tum ma
xime ppter illud insigne scelus eorū & importunam in me crudelitatem: nō so
lum sententia sua: sed etiam uerborū grauitate esse notandos putauit: Q uonā
me animo esse oportet in eos: cuius illi salutem pro pignore tradiderū ad expi
andas suas cupiditates: Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori
meo: nec iracūdīæ seruiam. Q uo animo unusquisq; uestrum debet ē in illos
hoc ero. præcipuum illū & proprium sensum doloris mei quem tamen uos cō
munē semper uobis mecum ēē duxistis: a sententia dicenda amouebo: ad ulci
scendi tempora reseruabo. Q uattuor sunt prouinciæ. P.C. de quibus adhuc i
telligo sententias ēē dictas. Gallia duæ: quas hoc tempore uno imperio uide
mus ēē coniunctas: & Syria & Macedonia: quas uobis inuitis & oppressis pe
stiferi illi consules pro euersæ Reip. pmiis occupauerū decernendæ uobis sūt
lege sempronia duæ. Q uid est q̄ possimus de Syria Macedoniaq; dubitare?
Mitto q̄ eas ita partas habent hi qui nunc optinent: ut nō ante attigerint: q̄ hūc
ordinē condēnarint: q̄ auctoratatem uestrā & ciuitatem exterminarint: q̄ fidem
publicam: q̄ ppetuā. P.R. salutem: q̄ me ac meos omnes foedissime crudelissi
meq; uexarint. Omnia illa domestica atq; urbana omitto: quæ tāta sunt: ut nū
quam Hānibal huic urbi tantū mali optarit: q̄tum illi effecerit. Ad ipsas uenio
prouincias: quarum Macedonia: quæ erat antea munita plurimorum impera
torum non turribus: sed trophæis quæ multis uictoriis erat iam diu triumphis/
q; pacata: sic a barbaris quibus ē propter auaritiam erepta pax/ uexat: Ut thesi
salonicenses positi in gremio imperii nostri relinquerere oppidū: & arcem muni
re cogant: ut uia illa nostra quæ p Macedonia ē usq; ad hellespontum milii
taris: non solum excursionibus barbarorum sit infesta: sed etiam castris thra
ciis distincta ac notata. Ita gentes hæ quæ ut pace uerentur: uim argenteā de/
GG

ORATIO.

derant præclaro imperatori nostro:ut exhaustas domos replere possent:perem
pta pace bellum nobis prope iustum intulerunt.Iam uero exercitus noster illo
superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus omnis interiit.Mai-
gno hoc dico cum dolore.miserandum in modum milites .Popu.Roma.cap-
ti : necati:deserti:dissipati sunt:incuria:fame : morbo : uastitate consumpti : ut
quod est indignissimum scelus is imperator in pœnam exercitus expeditus es-
se uideatur.Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis : barba-
riaque compressa pacata ip[s]am per se & quietam tenui præsidio atque exi-
guia manu etiam sine imperio per legatos nomine ipso Popu.Ro.tuebamur:
qua[n]t[u]m nunc consulari imperio atque exercitu ita uexata e[st]:ut uix se possit diuturi-
na pace recreare.Cum interea quis uestrum hoc no[n] audiuit?qs ignorat?Achæ-
os ingetem pecuniam pendere,L.Pisoni:quot annis uectigal ac portoriū dir-
rachinorum totum in huius unius quæstum esse conuersum?Vrbem Byzant-
iorum uobis atque huic imperio fidelissimam hostilem in modum esse uexa-
tam?Quo ille postea q[uod] nihil exprimere ab egentibus:nihil ulla uia miseriis ex-
torquere potuit:cohortes in hyberna misit:his præposuit quos putauit diligen-
tissimos fore satellites scelerum:ministros cupiditatum suarū.Omitto iuriſdi-
ctionem in libera ciuitate contra leges Senatusconsultū : cædes relinquo:libi-
dines prætereo quarum acerbissimū extat indicū & ad insignē memoriam tur-
pitudinis:& pene ad iustum imperii nostri odium:q[uod] constat nobilissimas uir-
gines se in puteos abiecisse:& morte uoluntaria necessariā turpitudinem depu-
lisse.Nec hæc iccirco omitto:q[uod] non grauissima sint:sed quia nunc sine teste di-
co .Ip[s]am uero urbē Byzantiorum fuisse refertissimam atque ornatissimā si-
gnis quis ignorat?qua illi exhausti sumptib[us] bellisq[ue] maximis cum mithrida-
ticos impetus totūque pontū armatum efferuercentem in Asiam : atq[ue] erumpē-
tem ægre repulsum:& ceruicibus interclusum suis sustinerent: Tum inquam
Byzantii & postea signa illa & reliqua urbis ornamenta sanctissime custodita
tenuerunt:te imperatore infelicissimo & tetterimo Cesonine caluenti ciuitas li-
bera:& proximis suis beneficiis a Senatu & a.P.R.liberata:sic spoliata atque
nudata est:ut nisi .C.Virginius legatus uir fortis & innocēs interuenisset:unū
signum Byzantii ex maximo numero nullū haberent .Quod fanū in achaia:
qui locus aut lucus in græcia tota tam sanctus fuit:in quo ullum simulacru[m]:ul-
lum ornamentum reliquum sit?Emisti a fœdissimo Trib.Pleb.tum i illo nau-
fragio huius urbis cum tu idem qui gubernare debueras:euerteres:tu inquam
emisti grādi pecunia:ut tibi de pecuniis creditis dicere liceret ius in liberos po-
pulos contra Senatus consulta & contra legem generi tui.Id emptum ita uen-
didisti:ut aut ius non diceres:aut bonos ciues Ro.euerteres.Q[uod] uorum ego ni-
hil dico nunc.P.C.hominem ipsum relinquo.de prouinciis disputabo.Itaque
omnia illa qua[n]t[u]m & s[ecundu]m audistis:& tenetis animis etiam si non audiatis præter-
mitto.Nihil de hac eius urbana quam ille præsens in oculis uestris mentibusq[ue]

DE PROVINCIIS CONSULARIBVS.

defixit: audacia loquor: nihil de superbia: nihil de contumacia: nihil de crudelitate dispuo: latent libidines eius illae tenebricosæ: quas fronte & superciliosæ non pudore & temperantia contegebant. de prouincia quod agitur id dispuo. Huic uos non summittetis? Hunc diutius manere patiemini? cuius ut prouinciam tetigit: sic fortuna cum improbitate certauit: ut nemo posset utrum deterius an infelior esset iudicare. An uero in Syria diutius est Semiramis illa retinenda: cuius iter in prouinciam fuit eiusmodi: ut rex Ariobarzanes consulem uestrum ad cædem faciendam tanquam aliquem Thracem conduceret. Deinde aduentus in Syria primus equitatus habuit interitum. post concisæ sunt optimæ cohortes. Igitur in Syria in imperatore illo nihil aliud actum est: nisi pactio[n]es pecuniarum cum tyrannis decisiones: latrocinia: cædes: cum palâ. P.R. imperator instructo exercitu dextrâ tēdens non ad laudem milites hortaretur: sed omnia sibi empta & emenda esse clamaret. Iam uero publicanos miseros: me etiam miserum illorum ita de me meritorum miseriis ac dolore: tradidit in seruitutem Iudeis & syris nationibus natis seruituti. statuit ab initio & in eo p[ro]seuerauit ius publicano nō dicere. pactio[n]es sine ulla iniuria factas rescidit. custodias sustulit. uectigales multos ac stipendiarios liberauit. quo in oppido ipse esset: aut quo ueniret: ibi publicanum aut publicani serum eē uetuit. Quid multa: crudelis haberetur: si in hostem animo fuisset eo: quo fuit ī ciues Roma. eius ordinis p[ro]fessi qui est semp dignitate sua benignitate magistratus sustentatus. Itaq[ue]. P. Conf. uidetis non temeritate redemptionis aut negocii gerendi inscitia: sed auaritia: superbia: crudelitate Gabinii pene aflictos iam atque euersos publicanos: quibus quidem uos in his angustiis ærarii tamen subueniatis necesse est. & si iam multis non potestis: qui propter illum hostem Senatus inimicissimum ordinis equestris: bonorumq[ue] oīum non solum bona: sed etiā honestatem miseri perdiderunt: quos non parsimonia: nō continentia: nō uirtus. non labor: non splendor tueri potuit contra illius helluonis & præditoris audaciam. Quid qui se etiam nunc subsidiis patrimonii aut amicorū liberalitate sustentant: hos perire patiemur? An si qui frui publico non potuit per hostem: hic tegitur ipsa lege censoria: quem is frui non sinit: qui ē: etiā si non appellatur hostis: huic ferri auxilium non oportet? Retinet in prouincia diutius eū: qui de sociis cum hostibus: de ciuibus cū sociis faciat pactio[n]es. Qui hoc etiā si pluris eē q[uod] collegam putet: quod ille uos tristitia uultuq[ue] déceperit: ipse nunquam se minus q[uod] erat: nequam esse simularit. Piso autē alio quodā modo gloriatur se breui tempore perfecisse: ne Gabinius unus omniū nequissimū existimaretur. hos uos de prouinciis si non aliquando deducendi essent: diripiendos non puraretis? & has publicas pestes sociorum: militum clades: publicanorū ruinas: prouinciarum uastitates: imperii maculas teneretis? At iidem uos anno superiori hos eosdem reuocabatis. cū in prouincias iam peruenissent: quo tempore si liberum uestrū iudicium fuisset: nec totiens dilata res: nec ad extre-

ORATIO.

mum e manibus erpta : restituissetis id quod cupiebatis : Vestrā auctoritatem : his per quos erat amissa reuocatis : & his ipsis premiis extortis quae erant p scelere atq; euersione patriæ consecuti. Quia pœna si tum alienis opibus nō fu is inuitissimis uobis euolarunt : at aliam multo maiorem grauioremque subierunt. Quæ enim homini in quo aliquis si non famæ pudor : at supplicii timor est : grauior pœna accidere potuit : q; non credi litteris his : quæ rem bene gestam in bello nunciarent ? Hoc statuit Senatus cū frequens supplicationē Gabinio denegauit . primum homini sceleribus flagitiis contaminatissimo nihil eē credendum . Deinde a proditore : atq; eo quem præsentem hostem R eip. cognoset bene rem geri non potuisse. Postremo ne per deos : quidem imortales uelle aperiri sua templa & sibi supplicari hominis impurissimi & sceleratissimi nomine. Itaq; ille alter : ut ipse est homo doctus . & a suis græcis subtilius eruditus quibus cum iam in exedra helluatur : antea post lipparium solebat : ut amicos habet prudentiores q; Gabinius : cuius nullæ litteræ perferuntur. hosce igitur imperatores habebimus : quorum alter non audet nos certiores facere : ne imperator appelletur. Alterum si tabellarii non cessarint : necesse est paucis diebus pœniteat audere : cuius amici si q; sunt : aut si belluæ tam imani tāq; tetræ possunt ulli eē amici : hac consolatione utuntur. T. Albutio supplicationem hunc ordinem denegasse . Quod est primum dissimile. Res in Sardinia cum mastruatis latrunculis a proprætore una cohorte auxiliaria gesta : & bellū cum maximis Syriæ gentib; tyrānis consulari exercitu imperioq; confectum . deinde qd' Albutius a Senatu petebat ipse sibi in Sardinia ante decreuerat. Constabat enim græcum hominē ac leuē in ipsa prouincia quasi triumphasse. Itaq; hanc eius temeritatem senatus supplicatione denegata notauit. Sed fruatur sane hoc solatio : atq; hanc insignem ignominia : quoniam nemini præter se inusta est : putet esse leuorem : dūmodo cuius exemplo se consolatur : eius exitum expectet : præsertim cum in Albutio nec Pisonis libidines : nec audacia Gabini fuerit. Hac tamen hac una plaga conciderit ignominia senatus. At qui duas Gallias decernit consulibus duobus . hos retinet ambos : qui autem & alteram Galliā & aut Syriam : aut Macedoniā : tamen alterū retinet : & in utriusq; pari scelerare disparem conditionem facit. Faciam inquit illas prætorias : ut Pisoni & Gabini succedatur statim : si hic sint . tum enim tribunus intercedere poterit. Nūc non potest. Itaq; ego idem qui nūc consulibus . his qui designati erunt Syriam Macedoniā que decerno : decernam easdem prætorias : ut & prætores annas pruincias habeant : & eos quāprimum uideamus : quos animo æquo uidere non possumus. Sed mihi credite nūquam succedetur illis : nisi cum ea lege referatur : qua intercedi de prouiciis non licebit. Itaque hoc tempore amissō annus est integer uobis expectandus : quo interiecto ciuium calamitas : sociorum erumna : sceleratissimorum hominū impunitas propagatur. Quod si essent illi optimi uiri : tamen ego mea sententia , C. Cæsari succedendum nōdum putarem.

DE PROVINCIIS CONSULARIBVS.

qua de re dicam. P. Cons. quod sentio. atq; illam interpellationē trrei familiaris simi: qua paulo ante interrupta est oratio mea: non pertimescam. Negat me uir optimus inimiciorem Gabinio debere esse q̄ Cæsari. omnem illam tempestatem cui cesseram Cæsare impulsore atq; adiutore esse excitatam: cui si primum sic respondeam: me cōmuni utilitatis habere rationem non doloris mei: possum ne probare: cum id me facere dicam: quod exemplo fortissimorum & clariſſimorū ciuiū facere possim. An Tiberius Gracchus patrem dico: cuius utinā filii non degenerassent a grauitate paterna: tantam laudem est adeptus: q̄ Tr. Ple. solus ex toto illo collegio. L. Scipioni auxilio fuit inimicissimus & ipsius & fratribus eius Africani: iurauitq; in concione se in gratiam non rediisse: sed alie num sibi uideri dignitate imperii: quo duces essent hostium Scipione triūphā, te ducti: eodem ipsum duci: qui triumphasset. Q uis plenior inimicorū fuit. C. Mario: L. Crassus. M. Scaurus alii ue inimici omnes Metelli: at hi non modo illum inimicum ex gallia sententiis suis non detrahebant: sed & propter rationem gallici belli: prouinciam extra ordinem decernebant. bellum in gallia maximum gestum est. domitæ sunt a Cæsare maximæ nationes: sed nondū legibus: nondum iure certo: nondum satis firma pace deuictæ. bellum affectum uidemus & uere ut dicam pene confectum: sed ita ut si idem extrema persequitur: qui incohauit: iam omnia perfecta uideamus. si succeditur: periculū fit ne instauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. Ergo ego Senator inimicus: si ita uultis homini: amicus esse ut semper fui: Reip. debeo. Q uid si ipsas inimicicias depono Reip. cā: quis me tandem iure reprehendat: presenti cum ego omniū meo & consilioiū atq; factorum exempla semper ex summi rum hominū factis mihi censuerim petenda. An uero. M. ille Lepidus: qui bis consul & pontifex maximus fuit: non solum memoria & testimonio sed etiā annalium litteris: & summi poetæ uoce laudatus est. Q uod cum. M. Fulvio collega quo die censor est factus homine inimicissimo in campo statim rediit in gratiam: ut cōmune officium censuræ cōmuni animo ac uolūtate defenderet. Atq; ut uetera quæ sunt innumerabilia mittam: tuus pater Philippe nōne uno tempore cum suis inimicissimis rediit in gratiam: quibus cum omnib; eadem Res pu. reconciliauit: quæ alienarat. Multa prætero: q̄ intueor coram hæc lumina atq; ornamenta Reipu. Publum Seruiliū & M. Lucullum. Vtinam etiam L. Lucullus ille uiueret. quæ fuerunt inimicicæ grauiores in ciuitate: q̄ Lucullorum atq; Seruiliorū: quas in uiris fortissimis non solum extinxit Reipu. dignitas & ipsorū: sed etiā quandoque ad amiciciam consuetudinē que traduxit. Q uid. Q . Metellus nepos: non ne consul in templo Iouis optimi maximip motus tum auctoritate uestra: tum illius Publii Seruiliī incredibili grauitate dicens: absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiā? An ego huic possum esse inimicus: cuius litteris: fama: nunciis celebrantur aures quotidie meæ nouis nominibus gentium: nationum: locorum: Ardeo mihi credite. P. C. id

ORATIO.

quod uos met de'me existimatis:& facitis ipsi icredibili quodam amore patriæ qui me amor & subuenire olim impendentibus periculis maximis cū dimicazione capitīs/& rursum cum omnia tela undiqꝫ eē intēta in patriam uiderē subire coegit: atqꝫ excipere unum pro uniuersis: hic me meus ī Remp. animus pristinus ac perēnis cum.C. Cæsare reducit: reconciliat: restituit ī gratiam . Quid uolent deniqꝫ homines existiment: Nemini ego possum esse hominī bene mei renti de Rep. nō amicus. & enim si his qui omnia hæc flāma ac ferro delere uoluerunt: non inimicicias solū sed etiā bellū indixi atqꝫ intuli:cū partim mihi illorum familiares : partim etiam me defendantē capitīs iudiciis essent liberati: cur eadē resp. quæ me in amicos inflāmare potuit: inimicis placare non possit? Q uod m̄ hi odium cum Clodio fuit: n̄isi qꝫ perniciosum patriæ ciuē fore putabam: qꝫ turpissima libidine incensus duas res sanctissimas religionem & pudiciciam uno scelere uiolasset. Nū ē igit̄ dubium ex his rebus quas is egit agiti qꝫ quotidie: quin ego in illo oppugnādo Reip. plusqꝫ ocio meo/nōnulli in eodē defendēdo suo plus ocio qꝫ cōmuni pspexerūt. Ego me a.C. Cæsare in Rep. dis sensisse fateor : & sensisse uobiscū . Sed nūchisdem uobis assentior cū q̄b̄ antea sentiebam. Vos enim ad quos litteras. L. Piso de suis rebus non audet mittere:q Gabinii litteras insigni quadam nota atqꝫ ignominia noua condēnastis: Cæsari supplicatiōes decreuistis numero ut nemini ullo ex bello:honorē ut oī no nemini. Cur igit̄ expectē hominē aliquē qꝫ me cū illo in ḡam reducat. Reduxit ordo amplissimus & ordo is qui ē & publici consilii & meor̄ oīum cōsilii orū auctor & princeps. Vos sequor. P. C. uobis obtēpo : uobis assentior. q̄diu C. Cæsarīs consilia in Repu. non maxime diligebatis: me quoqꝫ cum illo minus coniunctum uidebatis. postea qꝫ rebus gestis mentes uestræ: sed etiam laudatorē uidiſtis. Sed quid est quod in hac cā maxime hoīes admirentur:& reprehēdant meū consilium: cū ego idē antea multa decreuerim: quæ magis ad hominīs dignitatē qꝫ ad reip. necessitatē uel utilitatē ptinerēt: Supplicationē quindecim diei rū sūia mea decreui. Reip. satis erat tot dieꝫ quot. C. Mario. nō erat exigua eadem diis īmortalibꝫ gratulatio: quæ ex maximis bellis. Ergo ille cumulus diei rum hominis est dignitati tributus: in quo ego consule referente primū decē di erum est supplicatio decreta. Cn. Pōpeio Mithridate interfecto:cōfectoqꝫ mithridatico bello/& cuius sententia primū duplicata est supplicatio consularis. Mihi enim estis assensi cum eiusdem . Cn. Pom. litteris recitatis confessis omnibus maritimis terrestrībusqꝫ bellis supplicationē dieꝫ .xii. decreuistis . Sum Cn. Pom. uirtutem & animi magnitudinē admiratus: qꝫ cū ip̄e cæteris omnibꝫ esset omni honore antelatus: ampliorem honorē alteri tribuebat: qꝫ ip̄se erat cōsecutus. Ergo in illa supplicatione quam ego decreui: res ipsa tributa ē diis īmortalibꝫ & maior̄ institutis:& utilitatī Reip. Sed dignitas uerbor̄: honos & nouitas & numerus dieꝫ Cæsarīs ipsius & laudi et gloriæ cōcessus ē. Relatū est

DE PROVINCIIS CONSULARIBVS.

ad uos nuper de stipendio exercitus: nō decreui solū: sed etiā ut uos decerneretis laborauit: multa dissentientibus respondi: scribēdo affui: tū quoq; homini plus tribui: q; nescio cui necessitatī. Illū enī arbitrabar etiā sine hoc subsidio pecuniæ retinere exercitū præda ante parata & bellū cōficeū posse. Sed decus illud & ornamenti triumphi minuendū nostra parsimonia non putauit. Actū est de decē legatis: quos alii omnino nō dabant: alii exēpla quærebāt: alii tempū differebant: alii sine ullis uerboꝝ ornamētis dabant. In ea quoq; re sic sum locutus: ut oēs intelligerēt me id quod R eip. causa sentire: facere uberius ppter ipsius Cæsarī dignitatē. At ego idem nunc in prouinciis decernēdis: q; illas oēs res egi si lentiō interpellor: cum superioribꝫ causis hoīnis ornamēta fuerint: i hac me nihil aliud nisi ratio belli: nisi sūma utilitas. R eip. mouēt Nā ipe Cæsar qd ē cur in pruincia cōmorari uelit: nisi ut ea quæ p eū affecta sunt: pfecta R eip. tradat. Amcēnitas eū credo locoꝝ urbium pulchritudo: hominū religionūq; illarꝫ humanitas: & lepos/ uictoriæ cupiditas: finium imperii nostri propagatio retinet. Q uid illis terris asperius? Q uid porro tot uictoriis præstabilius? Q uid oceano longius inueniri pōt? An reditus in patriā habet aliquā offensionē? Vtrū a pud populū a quo missus est: an apud Senatum a quo ornatus ē? An dies aget eius desideriū? An magis obliuionē? An laurea illa magnis periculis parta: amittit longo interuallo uiriditatē? Quare si qui hominē nō diligūt: nihil est q; eū de pruincia deuocēt. ad gloriā deuocāt: ad triumphū ad gratulatōnem: ad summū honorem senatus: equestris ordinis gratiā: populi caritatē. Sed si ille hac tam eximia fortuna propter utilitatē R eip. frui non properat: ut omnia illa conficiat: qd ego senator facere debeo: quē etiam si ille aliud uellet: R eip. consulere oporteret. Ego uero sic intelligo. P.C. uos hoc tempore in prouinciis decernēdis perpetuæ pacis habere oportere rationē. Nam quis hoc non sentit omnia alia esse nobis uacua ab omni periculo: atque etiam ab omni suspicio, ne bellī? Iam diu mare uidemus illud immensum / cuius fertuore nō solū maritimī cursus: sed urbes etiam & uiæ militares iam tenebant: uirtute Cn. Pom. Sica Populo Romano ab oceano usq; ad ultimum pontum/ tāquam unum alii quem portum tutum & clausum teneri: nationesque eas quæ numero hominum ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redundare: ita ab eodem esse partim recisas partim represas: ut Asia quæ imperium antea nostrū terminabat: Nunc tribus nouis prouinciis ipsa cingatur. Possum de omni regione: de omni hostiū genere dicere. Nulla gēs ē: quæ nō aut ita subacta sit: ut uix extet: aut ita domita: ut quiescat: aut ita pacata: ut uictoria nostra īperioꝝ latet. Bellū Gallicū. P.C. Cæsare imperatore gestū est antea tātūmodo repulsum. Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello q; lacesendas putauerūt. Ipse ille. C. Marius cuius eximia atq; diuina uirtus magnis Po.R. iuctibꝫ funeribusq; subueni: i fluētis in Italā galloꝝ maximas copias repellit: nō ipse ad eos urbes sedesq; penetrauit: modo ille meoꝝ labore: piculorꝫ

ORATIO.

consilio& socius .C. Pontinius fortissimus vir ortu repente bellu Allobrogum
 atq; hac scelerata coniuratione excitatum præliis fregit: eosque domuit qui la-
 cessierant:& ea uictoria contentus Repu. metu liberata quieuit .C. Cæsar is lo-
 ge aliam uideo fuisse rationem . Non enim sibi solum cū his: quos iam arma-
 tos esse contra Pop. Ro. uidebat bellandum esse duxit : Sed totam Galliam in
 nostrā ditionē esse redigendam. Itaque cum acerrimis nationibus & maximis
 germanorum & Heluetiorum præliis felicissime decertauit / cæteras contriuit:
 compulit: domuit . Imperio Popu. Ro. parere assuefecit : Atque quas religio-
 nes quasque gentes nullæ nobis antea litteræ : nulla uox nulla fama notas fe-
 cerat : Has noster imperator nosterq; exercitus & Pop. Ro. arma peragrarunt.
 Semitam tantum Galliæ tenebamus antea. P. Cons. Cæteræ partes a gentibus
 aut inimicis huic imperio: aut infidis: aut incognitis: aut certe imanibus & bar-
 baris & bellicosis tenebantur. Quæ nationes nemo unquā fuit qui non frā-
 gi domarique cuperet . Nemo sapienter de repub. nostra cogitauit iam inde a
 principio huius imperii: quin Galliam maxime timendā huic imperio putaret
 sed propter uim ac multitudinē gentium illarū nunquā est antea cum omni-
 bus dimicatum . Restitimus semper lacesisti. nunc denique est perfectū: ut im-
 perii nostri terrarūq; illarū idē esset extremū . Alpibus Italiam munierat ante na-
 tura non sine aliquo numine diuino . Nam si ille aditus gallorū imanitati mul-
 titudinique patuisset: nunquā hæc urbs summo imperio domiciliū ac sedē p-
 busset . Quæ iam licet considant. nihil est enī ultra illā altitudinē munitū us-
 que ad oceanū : q; sit Italæ pertimescendū . Sed tamē una atq; altera ætas uel
 metu: uel spe uel poena: uel premiis: uel armis: uel legibus potest totam Galliā
 sempiternis vinculis astrigere . Impositæ uero res & acerbæ si erunt relictae: q;
 quā sunt abscessæ tamen efferent se aliquando:& ad renouandū bellū reuire-
 scerent . Quare sit in eius tutela Gallia: cuius uirtuti fidei felicitati cōmendata
 est . Et si fortunæ muneribus amplissimis ornatus sæpius eiusdem dæx peri-
 culum facere nollet: si in patriā: si ad eos penates: si ad eam dignitatem: quā
 in ciuitate sibi propositā uidet: si ad iucundissimos liberos: si ad clarissimū ge-
 nerū redire properaret: si in capitoliū inuehi uictor cū illa insigni laude laurea
 gestiret: Si denique timeret casum aliquem: qui illi tantū addere iam non po-
 test: quantū auferre: Vos tamen oporteret ab eodē illa omnia a quo profligata
 sunt: confici uelle . Cū uero ille suæ gloriæ iā pridē: Reip. nōdū satisficerit: &
 malit tñ tardius ad suorū laboř fructus peruenire: q; nō explere susceptū Reip.
 munus: nec imperatore incēsum ad R. ep. benegerendā reuocare: nec totā galli-
 ci bellū rationē prope iam explicatā perturbare atq; impedire debemus . Nā il-
 læ sententiæ uiroq; clarissimorū minime probādæ sunt: quoq; alter ulteriorē gal-
 liam decernit cū Syria: alter citeriorē . Qui ulteriorē oīa illa dīq; bōdū differui pau-
 loante: pturbat . Simul ostendit eam se sciscere legē: quā eē legē neget. & quæ
 pars pūiciæ sit: cui nō possit itercedi hāc se Auellere. quæ defensorē habeat: nō

DE PROVINCIIS CONSULARIBVS.

tangere. simul & illud facit: ut quod illi a populo datū sit: id non uiulet: qd Sei
natus dederit: id senator properet auferre. Alter belli Gallici rationem habet.
fungitur officio boni senatoris. legem quam nō putat eam quoque seruat. præ
finīt enim successorī diem. qui mihi nihil uidetur minus a dignitate disciplina
que maiorum dissidere: q ut qui consul. Kalē. Ianua. habere prouinciam debet:
is ut eam despōsam nō decretam habere uideatur: fuerit toto in consulatu si-
ne prouincia: cui fuerit antequam designatus consul esset: prouincia decreta i-
sortietur an non? Nam & nō sortiri absurdum est. Et q sortitus sis: non habe-
re proficiscitur paludatus i quoque ante certam diem peruenire non licebit.
Januario: Februario prouinciam non habebit. Kalē. ei denique Martii nasce-
tur repente prouincia: Attamen his sententiis Piso in prouincia permanebit.
Quæ cum grauia sint: nihil grauius illo q multari imperatorem diminutio-
ne prouinciæ contumeliosum est. neque solum summo in uiro: sed etiam i me-
diocri homine ne accidat prouidendum. Ego uos intelligo. P. Cons. multos
decreuisse honores eximios. C. Cæsari: & prope singulares: q ita meritus e-
rat: gratis etiam ut q coniunctissimus huic ordini esset: sapiētes ac diuinī fuistis.
Neminem unquam est hic ordo complexus honoribus & beneficiis suis: qui
ullam dignitatē præstabiliorē ea quam per uos prius esset adeptus: puta-
rit. Nemo unquam hic potuit esse princeps: qui maluerit eē popularis. Sed ho-
mines aut propter dignitatē suā diffisi ipsi sibi: aut propter reliquorum ob-
testationem ab huius ordinis coniunctione depulsi: sēpē ex hoc portu se in illi
los fluctus prope necessario contulerunt. qui si ex illa iactatione cursuq; popu-
lari benegesta Repub. referunt aspectum in curiam: atque huic amplissimā di-
gnitati esse cōmendati uolunt: non modo nō repellendi sunt: uerum etiam exi-
petendi. Monemur a fortissimo uiro atque optimo post hominum memoriā
consule: ut prouideamus ne citerior gallia nobis in uitis alicui decernatur. post
eos consules qui nūc erunt designati perpetuoque post hac ab his qui hunc or-
dinem oppugnēt: populari ac turbulentā ratione teneatur. Quām ego plagā
& si non contēno. P. Cons. præsertim monitus a sapientissimo consule & dili-
gentissimo custode pacis & ocii: tamen uehementius arbitror pertimiscendā:
si hominum clarissimorum atque potentissimorum aut honorem mīuero: aut
studium: quod habēt erga hūc ordinē repudiāro. Nā ut. C. Julius omnib; a sei-
natū eximiis ac nouis rebus ornatus p manus hāc pruinciā tradat ei cui mīime
uos uelitis: p quem ordinē īpē amplissimā gloriam consecutus sit: ne liberta-
tem quidē relinquat. adduci ad suspicādum nullo mō possum. postremo quo
quisq; animo futurus sit nescio. qd spēm uideo: p̄stare hoc senator debo quā
tū possum: ne qs uir clarus aut potēs huic ordinī iure irasci posse uideaſ. Atque
ego hāc si inimicissimus essem. C. Cæsari sentirē tñ reip. cā. sed nō alienū eē ar-
bitror: quo minus sāpe aut iterpeller a nōnullis: aut tacitor& æstimatōe rephen-
dar: explicare breuiter quæ mihi sit ratio & causa cum Cæsare: At primū illud

ORATIO.

tempus familiaritatis ac consuetudinis : quæ mihi cū illo : quæ fratri meo : quæ C. Varroni consobrino nostro ab omnium nostrū adolescētia fuit prætermitto . posteaquā sum penitus in Répub. ingressus : ita dissensi ab illo : ut in disiunctione sententiæ coniuncti tamen amicicia maneremus : consul ille egit eas res : quarum participē me esse uoluit : quibus ego si minus assentiebar : tamen illius mihi iudicium gratum esse debebat . Me ille ut quinqueuiratum acciperē : rogauit . me in tribus sibi coniunctissimis consularibus eē uoluit . Mihi legationem quā uellem : quanto cū honore uellem : detulit . Quæ ego omnia non ingrato animo : sed obstinatione quadam sententiæ repudiaui : Quā sapienter : non dispuo . multis enī non probabo . constanter quidem & fortiter certe . qui cum me firmissimis opibus contra scelus inimicorū munire : & popularis impetus populari præsidio possem propulsare : quāuis excipere fortunā : subire uim atque iniuriā malui . q̄ aut a uestris sanctissimis mentibus dissidere : aut de meo statu declinare . sed non is solū gratus eē debet qui accepit beneficium : uerum etiā is cui potestas accipiendi fuit . Ego illa ornamenta : quibus ille me ornabat : decere me & conuenire his rebus quas gesseram : non putabā . Illū quidem amico animo me habere eodē loco quo principem ciuiū suum generū sentiebam . Traduxit ad plebē inimicum meum siue iratus mihi q̄ me secum ne in beneficiis quidē uidebat posse coniungi : siue exoratus : ne hoc quidem fuit iniuria . Nam postea me ut sibi essem legatus non solū suasit : uerū etiā rogauit . Ne id quidē accepi : non quo alienū me a dignitate arbitrarer : sed quod tantū Reipubli . sceleris impendere a consulibus proximis nō suspicabar . Ergo adhuc magis est mihi uerēdum : ne mea superbia in illius liberalitate : q̄ ne illius iniuria in nostra amicicia reprehendatur . Ecce illa tempestas caligo bonorum & subita atque improuisa formido : tenebrae Reipubli . ruina atque incēdium ciuitatis . terror iniectus Cæsari de eius actis . metus cædis bonis omnibus : consulū scelus : cupiditas : egestas : audacia . si non sum adiutus non debui . si desertus : sibi prouidit : si etiam oppugnatus : ut quidā aut putant aut uolunt : uiolata amicicia est . accepi iniuriam : inimicus esse debui . non ego : sed idem ille tum me saluum esse uoluit . Tū uos me ut carissimum filium desiderabatis . Et si uos idem pertinere ad causam illam putabatis : uoluntatem C. Cæsaris a salute mea non abhorrese : & si illius uolūtatis generum eius habeo testem : qui idē Italiam municipiis : Popu. Roma . in concione uos mei semper cupidissimos in capitolio ad meam salutem incitauit . Si denique . Cn. Pō. idem mihi testis de uoluntate Cæsaris & spōsor est illi de mea : Nonne uobis uideor & ultimi temporis recordatione & proximi memoria : medium illud tristissimū tempus debere : si ex rerū natura non possum euellere : ex animo quidē certe excidere ? Ego uero si mihi non licet per aliquos ita gloriari me dolorem atque inimicicias meas R eipub. concessisse : quod magni cuiusdā hominis & persapientis uidetur : Vtar hoc qđ nō tā ad laudē adipiscēdā : q̄ ad uitādā

DE PROVINCIIS CONSULARIBVS.

uituperationem ualet.hominem me esse gratū:& non modo tantis beneficiis:
sed etiam mediocri hominū beniuolentia commoueri.A uiris fortissimis & de
me optime meritis quibusdā peto : ut si ego illos meorū laboꝝ & incommodo
rum participes eē nolui:ne illi me suag̃ inimiciaꝝ socium uelint esse : præseri
tim cum iidem illi conesserint:ut etiam acta illa Cæsarīs quæ neq; oppugnaui
antea neque defendi:meo iam iure possim defendere.Nam summi ciuitatis ui
ti:quorum ego consilio Rēpublī.conseruaui : & quorum auctoritate illam
coniurationem Catilinæ defugi:iulias leges & cæteras illo consule rogatas iu
re lataſ negant . Iidem illam proscriptionem capitis mei contra salutem Reip.
sed saluis auspiciis rogatam esse dicebant . Itaque uir summa eloquentia di
xit grauiter casum illum meum funus esse. Reipu.sed funus iustum & indi
ctum mihi ipſi omnino perhonorificum / discessum meum funus dici Reipu.
reliqua non reprehendo : sed mihi ad id quod sentio : assumo. Nam si id iure
rogatum dicere ausi sunt : quod nullo exemplo fieri potuit : nulla lege licuit:
nemo de cælo esse seruatum dixit . Q uia si plebeius omnino eē non potuit.qui
tribunus plebis potuit esse ? & cuius tribunatus si ratus est : quod irritum ex a
ctis Cæsarīs possit esse:eius non solum tribunatus : sed etiam perniciosissimæ
res auspiciorum religione conseruatæ iure latæ uidebuntur ? Q uare aut uobis
statuendum est legem Heliam manere:legem Fusiam non esse abrogatam:nō
omnibus fastis legem ferre licere:cum lex feratur de cœlo obseruari obnuncia
ti:intercedi licere . Censorium iudicium ac notionem & illum morem seueris
simum magistratum non esse nefariis legibus de ciuitate sublatum . Si pa
tricius Trib.pleb.fuerit: contra leges sacratas : Si plebeius contra auspicia fu
isse:aut mihi concedant homines.oportet:aut in rebus bonis non exquirere iu
ra ea:quæ ipſi in perditis non exquirunt:præsertim cum ab illis aliqua condi
tio . C.Cæsari lata sit:ut easdem alio modo ferret:qua conditione auspicia re
quirebant : leges comprobantur . in Clodio auspiciorum ratio sit eadem:leges
omnes sint eversæ atque perditæ ciuitatis. Extremum illud est cum ego si es
sent inimiciaꝝ mihi.cum.C.Cæsare:tamen hoc tempō.R.P.consulerem:ini
micicias in aliud tempus reseruare deberem.possem etiam summorum uiros
rum exemplo inimicicias Reipub.causa deponere . & cum inimiciciaꝝ fuerint
nunquam opinio iniuriaꝝ beneficio sit extincta : sententia mea. P.Consf .si di
gnitas agitur Cæsarīs : homini tribuam.si honos quidem : senatus concordiaꝝ
consulam . si auctoritas decretorum uestrorum:constantiam ordinis ī eodem
ornando imperatore seruabo . Si perpetua ratio gallici belli : Reipub.proui
debo . si aliquod meum priuatum officium : me non ingratum esse præstabō.
Atque hoc uelim probare omnibus .P.Consf.Sed leuissime feram si forte aut
his minus probaro qui meum inimicum repugnante me auctoritate texerunt:
aut his si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam uituperabunt : cum
ipſi & cum meo & tum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

I QVIS ANTEA IVDICES MIRABATVR
 quid esset q̄ pro tantis operib⁹ Reip. tātaq; dignitate impii nei
 quaq; satis multi ciues fortes & magno animo inuenirentur : q̄
 auderent se & salutem suam in discrimen offerre pro statu ciui-
 tatis: & pro cōi libertate: ex hoc tempore miret̄ potius si quem
 bonum & fortē ciuem uiderit: q̄ si quem aut timidum aut sibi potius q̄ Reipu.
 consulente. Nā ut omittatis de unius cuiusq; casu cogitando recordari: uno as-
 pectu intueri potestis eos qui cū Senatu cum bonis omnibus Rēp. afflictā ex-
 citarint: & latrocinio domestico liberarint: moestos: sordidatos : reos de capite:
 de fama: de ciuitate: de fortunis: de liberis dimicātes. eos aūt q̄ oīa diuina & hu-
 mana uexarint: uiolarint: perturbarint: euenterit: non solum alacres lātosq; uoi-
 litare: sed etiā fortissimis atq; optimis ciuib⁹ periculū moliri: de se nihil time-
 re: in quo cum multa sint indigna: tum nihil minus est ferendum: q̄ q̄ iam non
 p̄ latrones suos: non p̄ homines egestate & scelere p̄ditos: sed p̄ uos nobis p̄ op̄i-
 timos uiros optimis uiris piculū inferre conantur. & quos lapidibus quos fer-
 ro: quos facibus quos ui: manu: copiis delere non potuerunt: hos uestra aucto-
 ritate: uestra religione: uestris sententiis se oppressuros arbitrantur. Ego autem
 iudices qua uoce mihi in agendis gratiis cōmemorandoq; eorum qui de me or-
 ptime sunt meriti: beneficio eē utendum putabam: ea nunc uti cogor: in eorū
 piculis depellendis: iis potissimum uox hāc seruiat: quorum opa & mihi & uoi-
 bis & Po.Ro. restituta est. & q̄q a.Q. Hortensio uiro clarissimo & eloquenti-
 simo cā ē publice porata: nihilq; ab eo p̄termissum ē: quod aut p̄ Rep. conque-
 rendum fuit: aut pro reo disputandū: tamē aggrediar ad dicēdum: ne mea pro-
 pugnatio ei potissimum defuisse uideat: p̄ quem est p̄fectum ne cæteris ciuib⁹
 deesset. Atq; ego sic statuo iudices in hac cā atq; in exercitatione dicendi a me
 locum pietatis potiusq; defensionis: querelam q̄ eloquētiā: doloris q̄ ingenii p̄-
 tes eē suscepas. Itaq; si aut acrius egero: aut liberius: q̄ qui ante me dixerunt:
 peto a uobis: ut tantum orationi meæ concedatis quātum & pio dolori & iustæ
 iracundiæ concedēdum p̄uetis. Neq; n. officio coniunctior dolor ullius eē po-
 test: q̄ hic meus suscep̄tus ex hominis de me optime meriti periculo: neq; iracū-
 dia magis ulla laudanda: q̄ ea quæ me inflāmat eōq; scelere: q̄ cum oībus meæ
 salutis defensoribus bellū esse gerendū sibi iudicarunt. Sed quoniam singulis
 criminib⁹ cæteri responderunt. Dicam ego de omni statu. P. Sextii: de gene-
 re uitæ: de natura: de morib⁹: de incredibili amore in bonos: de studio conser-
 uandæ salutis cōmuniis atq; ocii: contendāq; si modo id consequi potero: ut in
 hac confusa atq; uniuersa defensione nihil a me quod ad nostram quæstionē:
 nihil quod ad reum: nihil quod ad Remp. ptineat p̄termissum eē uideat. &
 quoniam in grauissimis tēporib⁹ ciuitatis atq; in ruinis euersæ atq; afflictæ

PRO PVBLIO SEXTIO.

Reipub. Sextii tribunatus est a fortuna ipsa collocatus : non aggrediar ad illa maxima atq; amplissima: priusq; docuero quibus initis ac fundamentis hæ tātē summis in rebus laudes exortæ sunt. Parente. P. Sextius natus est iudices homine ut pleriq; meministis & sapiente & sancto & severo: qui cum Tri. ple. primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset : reliquis honoribus uti non tam uoluit: q; dignus uideri eo auctore duxit honestissimi et sapientissimi uiri. C. Albini filiam : ex qua hic est puer: & nupta iam filia duabus grauissimæ antiquitatis uiris. sic probatus fuit ut utriq; eorum & carus maxime & iucundus esset. Ademit Albino saceri nomen mors filiæ: sed caritatem illius necessitudinis & beniuolentiam non ademit. hodie sic hūc diligit: ut uos facillime possitis ex hac uel assiduitate eius uel sollicitudine & molestia iudicare. Duxit uxorem patre uiuo optimi & calamitosissimi uiri filiam. C. Scipiōis. Clara in hoc. P. Sextii pietas extat: & omnibus grata: q; quidem & Massiliam statim profectus: ut sacerum uidere consolariq; posset: fluctibus Reip. expulsum: in alienis terris iacentem: quem in maiorum suorum uestigiis stare oportebat. & ad eum filiam eius adduxit: ut ille insperato affectu complexuq; si nō omnem: at aliquam partem meritoris depōeret: & maximis officiis & illius erūnam quoad uixit: & filiæ solitudinem sustentauit. Possum multa dicere de liberalitate: de domesticis officiis: de tribunatu militari: de prouiciali in eo magistratu & abstinentia. sed mihi ante oculos obuersatur. R. P. dignitas quæ me ad se rapit: hæc mīora reliquæ hortatur. Q uæstor hic. C. Antonij collegæ mei Iud. fuit sorte: sed societate consiliorum meus. Impedior non nullius officii ut ego interpretor religione: quominus exponam q; multa detulerit: quanto ante prouiderit. Atq; ego de Anto. nihil dico præter unum: nūquam illum illo summo timore ac periculo societatis: neq; cōmunem metum omnium: nec p̄priam nō nullorum de ipso suspicionem aut inficiando tollere: aut dissimulando se dare uoluisse. In quo collega sustinendo aut moderando si meam in illum cōiectam indulgentiam cum summo studio. P. R. laudare solebat: par prope laus. P. Sex. esse debet: qui ita suum cōsulem obseruavit: ut & illi Q uæstor bonus & uobis omnibus optimus ciuis uideref. Idem cū illa cōjuratio ex latebris atq; ex tenebris erupisset palāq; armata uolitaret: uenit cum exercitu Capuam. quam urbem propter plurimas belli opportunitates ab illa ipia & scelerata manu temptari: cōspiciebamus. C. Meulanum Tr. mil. Anto. Capua præcipitem proiecit hominem pditum & non obscure Pisauri: & in aliis agri Gallici p̄tibus in illa coniuratione uersatum. Idēq;: C. Marcellum cum is non solum Capuam uenisset: uerumetiā se quasi armey studio in maximā familiam conieciisset: exterminandum cū illa urbe curauit. qua de causa & tum conuentus ille Capuae qui pp salutē illius urbis consulatu conseruatam meo: me unum patrum adoptauit: huic apud me. P. Sex. maximas gratias egit. Q uo quidē tempore homies nemine cōmutato coloni Decurioneſq; fortissimi atq; optimi uiri

ORATIO.

beneficium. P. Sextii testimonio declarant. periculū decretō suo deprecantur. Recita quæso. P. Sexti quid decreuerit Capuae Decuriōes ut iā uirilis tua uox possit aliqd significare inimicis nostris: quidnā cum se corroboraret: effectura esse uidebat. Decreta Decurionū. Nō recito decretū officio aliquo expressum uicinitatis aut clientelæ autho spicii publici: aut ambitionis aut cōmendationis gratia: sed recito memoriā perfuncti periculi: prædicationē amplissimi beneficii uicem officii præsentis testimonium præteriri temporis. Atq; illis tēporibus eisdem cum iam Capuam metu Sextius liberaasset urbem: Senatus atq; omnes boni deprehensis atq; oppressis domesticis hostibus me duce ex periculis maximis extraxissent. ego litteris. P. Sexti Capua accersiū cū illo exercitu. quē tum secum habebat. quibus hīc litteris lectis ad urbem confestim incredibili celeritate aduolauit. Atq; ne illius temporis atrocitatē recordari possitis: claudi te litteras. & uestrā memoriā ad timoris preteriti cogitationem excitate. Hoc P. Sextio Tr. pl. nouorum: qui tum extremis diebus consulatus mei res eas q̄s gesseram: uexare cupiebant: reliquiq; cōiurationis impetus & conatus sunt reitardati. Ac posteaq; est intellectum Catone Tr. Pl. fortissimo atq; optimo ciue. R. P. defendantē per seipsum. S. P. Q. R. sine militū præsidio tueri facile maiestatem suā dignitatē eorum qui salutem cōem periculo suo defendissent: Sextius cum illo exercitu summa est celeritate Antonium consecutus. hīc ego qđ prædicem: quibus hīc rebus consulem ad rem gerendam excitarit: quot stimulos admouerit homini fortassis studio so uictoriz: sed tamen nimiū cōmunem Martē bellicosūq; intuenti longum est dicere: sed hoc breue dicā: si. M. Petreii non excellens animo & amore. r. p. non præstans in. R. P. uirtus nō summa auctoritas apud milites non mirificus usus in re militari extitisset: neque adiutor R. P. Sex. ad excitandū Antonium cohortandū accusandum impellendū fuisset datus illo in bello: nequaquā Catilina tū e pruina Apēnini atq; e niuib; ilis emersisset. atq; æstatem integrā nactus Italiae Callis & pastorum stabula p̄ clara cœpisset: nec sine multo sanguine ac sine totius Italiae uastitate miserrima cecidisset. Hūc igitur animū ad tribunatū attulit. P. Sextius: ut præturā Mace doniæ reliquā: & aliquando ad hæc: propiora ueniā: quanq; non est omittenda singularis illa integritas prouincialis: cuius ego nuper in Macedonia uidi uestigia non pressa leniter ad exigui prædicationem temporis: sed fixa ad memoriā illius prouinciæ sempiternam. Verum hæc ita prætereamus: ut tamen intuentes & respectantes relinquamus. Ad Tribunatum quia ipse ad se se iam dudū uocat: & quodāmodo obseruat orōnem meam contento studio cursuq; ueniā. De quo quidem Tribunatu ita dictum ab Hortensio: ut eius oratio defensionem non modo criminum uideretur continere: sed etiā memoria digna uti. R. P. capessendæ auctoritatē disciplinamq; præscribere. Sed tamen quoniam Tribunatus quidem totus. P. Se. nihil aliud nisi meum nomen cāmq; sustinuit: necessario mihi de hisdem rebus eē arbitror: si non subtilius disputandum:

PRO PVBLIO SEXTIO.

at certe Iud. dolentius deplorandū. Quia in ratione si asperius in quosdam homines inuehi uellem: quis nō concederet: ut eos quorum scelere furore uiolatus essem: uocis libertate perstringerem: Sed ut quā moderate & huic potius tē porī seruā: q̄ dolori meo: si q̄ occulte dissentiant a salute nostra lateant: si q̄ fecerunt aliqd aliquādo: atq; iidem nūc tacent: & quiescunt: nos quoq; simus oblitū. Si q̄ offendunt: insequunt: quoad ferri poterit preferemus: neq; quēquā offendet oratio: nisi qui se ita obtulerit ut in eum non inuasisse: sed icurrisse uidetur. Sed necesse ē anteq; de tribunatu. P. Sextii dicere incipiā: me totū superioris anni. R. P. naufragiū exponere. In quo colligendo ac reficiendo saluti cōmuni omnia reperientur. P. Sextii dicta: facta: consilia uersata. fuerat ille annus tāq; in. R. P. Iud. in magno metu & multorū timore intentus arcus ī me uenum: sicut uulgo ignari rerū loquebant: re quidem uera in uniuersam. R. p. tradiuctione ad plebem furibundū hominis ac pditi mihi irati: sed multo acrius occii & cōmunis salutis inimici. Hunc uir clarissimus mihi multis repugnantib; amicissimus. Cn. Pompeius omni cautione scēdere exercitatione deuīxerat: nihil in Tribunatu contra me esse facturum. At ille sceleratissimus ex oīum scelerū colluuiōe natus par se scēdus uiolaturū arbitratus nīsi ipsum cautorē alie ni piculi suis ppriis piculis terruisset: Hanc tetrā īmanēq; beluam uinctā auspicis alligatā more maiori constrictā legum sacrarum catherinis soluit subito legū consul uel ut ego arbitror exhortatus uel ut nō nemo putaret miratus. Ignarus qdem certe & imprudens impendentū scelerū tantorū ac malorū: qui Tri. Pl. felix in euertenda. R. P. fuit nullis suis neruis. Qui enim in eiusmodi uita nerui esse potuerunt hoīs fraternis flagitiis: sororis stupris: omni īaudita libidine infani? Sed fuit profecto quādam illa. R. P. fortuna fatalis: ut ille cecus atq; amens Tr. pl. nancisceret. Quid dicā Consules hoccine ego appellē nomini īne euersores huius imperii? proditores uestræ dignitatis: hostes bonorū omnium? qui ad delendum Senatum af ligendū equestrem ordinē extinguēda omnia iura atq; instituta maiorū: se illis fascibus cæterisq; insignibus summi honoris atq; imperii natos esse arbitrantur. Quorum p̄ deos īmortales si nondū sclera uulneraç; in ista. R. P. uultis recordari: uultū & incessum animis intuemini. facilius facta eorum occurrit mentibus uestris: si ora ipsa oculis uestris proposueritis. Alter unguenti aſ fluens calamistrata coma despiciens consciens stuprorū ac ueteres uexatores etatulæ suæ putealis & sceneriorū gregibus inflatus atq; pculsus: olim esculeio illo æris alieni in freto ad columnam adhære sceret: ni in tribunatus portū infugeret: contēnebat equites ro. minitabatur Se natui uenit ab se opis: atq; ab iis se erexit ne de ambitu causam diceret: p̄ dicabat: ab iisdem se etiam inuitō Senatu prouinciam sperare dicebat: eāq; ni si adeptus esset: se in columē nullo modo fore arbitrabat: Alter o dii boni q̄ ter incedebat: q̄ truculentus: q̄ terribilis aspectu: unum aliquem te ex barbatis illis exemplum imperii ueteris imaginem antiquitatis columnen. R. P. dices

intueri: uestitus a sp e n r a hac purpura plebeia ac pene fusca capillo illo horrido
 ut Capua: q i p a tū imagis formādæ cā Duū uirū gerebat səpius iā sublatus ui-
 deret. Nā q dego de supcilio dicā: quod tū hoībus nō superciliū sed pignus. R.
 P. uidebat. Tanta erat grauitas in oculo: tanta contractio frontis: ut illo super
 cilio amantius ille niti tanq uideretur: Erat hic omnium sermone tamē. R. P.
 magnum firmūq; subsidiū: habeo quem opponam labi illi atq; ceno. Vultū
 mediustidius collegæ sui libidinē leuitatēq; frangeret. habebit Senatus i hunc
 ānū quem sequat̄: non deerit auctor & dux. Boni mihi deniq; homines præci-
 pue congratulabantur: quod habiturus essem contra Tri. pl. furiosum & auda-
 cē cū & amicum & affinem tū etiam fortē & grauē Cons. atq; eoꝝ alter sefeli-
 lit nemine. Q uis enim clauū tanti imperii tenere & gubernacula. R. P. tracta-
 re in maximo cursu ac fluctibus posse arbitrareſ: hoīne emersum subito ex diu-
 turnis lustroꝝ tenebris ac stuproꝝ: uino: ganeis: lēociniis: adulteriisq; cōfectū ſ
 Cū is p̄ter spem in altissimo gradu alienis opibus positus esſet: qui non mō tē-
 pestatem intueri impendētē temulentus: sed ne lucē quidem insolitam aspice-
 re posset: Alter multos plane in omnes partes feſellit. erat. n. hominū opinio-
 ne nobilitate ipsa blāda conciliatrica cōmēdatus. Oēs boni ſemp nobilitati
 fauemus: & quia utile eſt. R. P. nobiles eſſe homines dignos maioribus suis. et
 quia ualet apud nosclaroꝝ hominū & bene de. R. P. meritorum memoria etiā
 mortuoꝝ: quia tristem ſemp quia taciturnū: quia subhorridum atq; incultū ui-
 debant: & quod erat eo nomine ut ingenerata familiæ frugalitas uideret: faue-
 bant: gaudebant: & ad integritatē maiorꝝ ſpe ſua hominem uocabant materni
 generis obliti. Ego hoc uere dicam Iud. tātū eē i hoīnes/ ſceleris audaciæ crude-
 litatis quātū ipſe cum. R. p. ſensi Nunquā putau: neq; eē hominē & leuē & fal-
 ſa opinione errore hoīnū ab adolescentia cōmēdatum ſciebam. Etenim aīus
 eius uultu: flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obſtructio nec diuturna eſt:
 nec obducta ita: ut curiosis oculis perſpici non poſſit. Videbamus genus uitæ.
 desidiā/ inertiam. inclusas eius libidines q paulo propius acceſſerant intueban-
 tur. Deniq; et ſermohis anſas dabat qbus recōditos eius ſensus tener possem⁹.
 Laudabat homo doctus philoſophos nescio quos: neq; eōꝝ tamen omnia po-
 terat dicere. Sed eos tñ laudabat quos nouit præter cæteros eē auctores & lau-
 datores uoluptatis. quouis & quo tempore & quomō nō quærebant. uerbū ipſū
 omnibꝝ modis animi & corporis deuorat: eosdē præclare dicere aiebat: ſapien-
 tes omnia ſua cā facere. r. p. capessere hominē benesānū non oportere. nihil eē
 præſtabilius ociosa uita & conferta plena uoluptatibus. Eos hoc q dicerent di-
 gnitati eē ſeruiēdū. r. p. consulēdū: officiū rōnem in omni uita nō cōmodi eē du-
 cēdam: ſubeunda p patria pīcula: uulnera excipiēda: mortē oppetēdā: uaticina-
 ri atq; iſfanire dicebat. Ex his affiduis eius quotidianisq; ſermonibꝝ & quod
 uidebam: quibus cū hoīnibus interiori pte ageret: ne diem uideret: & quod ita
 domus ipſa ſumabat. ut multa eius ſermonis iudicia redolerent: ſtatuebam ſic:

PRO PVBLIO SEXTIO.

nes/ quibus paret curia. sunt municipales rusticique Ro. sunt negocii gerentes sunt etiam libertini optimates. Numerus huius generis late & uarie diffusus ē. Si genus uniuersum ut tollat error breui circūscribi & diffiniri pót:oés optima tes sunt qui neq; nocentes sunt:neq; natura improbi:nec furiosi:nec malis do mesticis impediti. Esto igitur ut hi sint quā tu nationem appellasti:& q integri sunt & sani: & bene de rebus domesticis cōstituti:hoꝝ q uolūtati:cōmodis:opi nioni.in rep.gubernāda seruiūt defensores optimatū. Ipsiꝝ opūtates grauisi simi & clarissimi nominātūr & p̄sīcipes ciuitatis.Q uid ē igit̄ p̄positū his reip. gubernatoribꝫ: quod intueri & quo cursum suum dirigere debeat? Id quod ē p̄stantissimū maxime optabile sanis. & bōis & beatis cū dignitate ociū . hoc qui uolunt oēs optimates:qui efficiunt sūmi uiri & conseruatores ciuitatis pu tantur. Neq; enī reḡ gerenda dignitate homines efferri ita cōuenit:ut ocio nō p̄spiciant:neq; ullū amplexari ocium quod abhorreat a dignitate :huius autē ociosæ dignitatis hæc fundamēta sunt:hæc mēbra/quæ tuenda principibꝫ & capitīs pīculo defendēda sunt. religiones:auspīcia:potestates magistratum. Se natus auctoritas:leges mos maiorū:iudicia:iurisdictio:fides:puicīa:Socii:im perii laus:res militaris:ærarium.haḡ rerū tot atq; tantaꝝ eē defensorē atq; pa tronū magni animi est:magni ingenii:magnæq; constācīa:hāc ego uiā iudices si aut asperā atq; arduam aut plenam eē pīculoꝝ aut insidias negem mētiar pī fertim.Cū id non modo intellexerim semp sed ēt p̄ter cæteros senserim:maioribꝫ p̄sidiis & copiis oppugnat̄ Resp. q̄ defendit̄ p̄terea q̄ audaces homi nes & perditī nutu impellunt̄:& ipsi ēt sponte sua contra R emp. incitan̄.bo ni nescio quō tardiores sunt:& principiis rerum neglectis ad extremū ipade niq; necessitate excitant̄.Ita ut nōnunq; cunctatione ac tarditate dū ociū uolū etiam sine dignitate retineat̄:ipsi utrūq; amittant. ppugnatores aut̄ Reip. qui eē uolunt omnia Reip.cā perferunt qui tales sunt qualis pater tuus.M.Scaure fu it qui seditionis omnibus restitit:quem nulla unq; uis:nullæ minæ>nulla inuidia labefecit. Aut qualis.Q .Metellus patruus matris tuæ qui de ciuitate ma luit q̄ de sententia dīmoueri : Aut ut uetera exempla quorum ē copia digna hu ius imperii gloria relinquam : ne ue eorum aliquem qui uiuunt nominē.qua lis nup.Q .Catulus fuit:quem neq; periculi tempestas neq; honoris aura potu it unquā de suo cursu uitæ aut spe aut metu remouere. Hæc imitamini per de os imortales q̄ dignitatē:qui laudē:qui gloriā quæritis.hæc ampla sunt: hæc imortalia:hæc diuina:hæc fama celebrantur:monumentis ānaliū mādant̄/poi steritatī ppagan̄.Nunc nisi me fallit in eo statu ciuitas est:ut si operas condu ctōꝝ remoueris:omnes idem de R ep.sensuri eē uideantur. Etenim tribus locis significari maxime Po.Ro iudiciū & uoluntas potest.concione:comitiis:ludo rum gladiatoriūq; consensu.quæ concio fuit p̄ hos ānos:quæ quidē esset nō cō ducta sed uera:in qua Po.Roma,consensus perspici posset:habitæ sunt mul tæ de me a gladiatore sceleratissimo conciones ad quas nemo adibat incor

ORATIO.

ruptus : nemo integer . Erant enim illæ conciones pditorum hominum neces/
sario turbulentæ . habuit de eodē me . P. Lentulus consul concionē . cōcursus ē
Po.R . egit cām sūma cum grauitate copiaq; dicēdi:tāto silētio : tāta approba/
tione oīum : nīhil ut unquā uideref tā populañ ad po.r.aures accidisse , pductus
est ab eo Cn. Pom . q se nō solū auctore meæ salutis : sed et supplicē populo ex/
hibuit . huius oratio & pgrauis & grata in cōcionibus fuit . Q uo silentio audit̄
sunt de me cæteri principes ciuitatis : quos iccirco nō appello hoc loco / ne mea
oratio si minus de aliquo dixero ingrata sit : si satis de omnib⁹ infinita eē uide
atur . Cedo nunc eiusdē illius inimici mei de me eodē ad ueg populū in campo
martio concionē . quis non mō approbavit sed nō indignissimū facinus puta/
uit : illū non dicā loqui sed uiuere ac spirare ? Q uis fuit qui non eius uoce ma/
culari rēp . seq; si tū audiret scelere astringi arbitraref ? Venio ad comitia siue
magistratuū siue legū placet : de me / quē tyrānum atq; ereptore libertatis eē dī/
cebat illa ruina R ep . dicit se legem tulisse . Q uis est qui dū cōtra me ferebatur
inisse se suffragiū cōfiteatur ? Cum autē de me eodē ex Senatus consulto comi/
tiis centuriatis ferebatur : quis est qui non confiteatur se affuisse ? & suffragiū de
salute mea tulisse . utra igitur cā popularis debet uideri : in qua oēs honestates
ciuitatis omnes ætates oēs ordines una consentiunt . An in qua furiae concitatæ
tanq; ad funus R ep . conuolarent ? An sicubi aderit Gellius homo & fratre in/
dignus uiro clarissimo & ordine equestri : cuius ille nomen ordinis retinet / or/
namenta confecit . Id erit popularē : usq; eo nō fuit popularis ut bona solus co/
messet : libelli etiā p uino saepe oppignorarent . Manebat iſaturabile abdomen .
Copiæ deficiebant : q quasi mea culpa bona pdiderit : ita ob eā ipsam cām ē mi/
hi inimicus quia nīhil habet . V t̄ ego tibi patrimoniu eripui gelli : an tu come/
disti ? Q uid tu meo periculo gurges ac uorago patrimonii helluabare : ut si ego
consul R ep . cōtra te & gregales tuos defenderem : in ciuitate eē me nolles . T e
nemo tuor̄ uidere uult / oēs aditū : congressum : sermonē tuum fugiunt . plura di/
xi q dicendū fuit in furiosum atq; egentissimum Ganeonē : Veniamus ad lu/
dos . facit enim iudices uester iste in me animorum oculorūq; contuitus : ut mi/
hi iam licere putem remissiore uti genere dicendi . Et quæso hoc loco iudices :
ne qua me leuitate ductum ad insolitum genus dicendi labi putetis si de poe/
tis : de hystrionibus : de ludis in iudicio loquar . Non sum tam ignarus iudi/
ces causar̄ : non tam insolens in dicendo : ut omni ex genere orationem aucu/
per : & omnes undiq; flosculos carpam atque delibem . Scio quid grauitas ue/
stra : quid hæc aduocatio : quid ille conuentus : quid dignitas Popu.R oma . &
quid periculi magnitudo : quid ætas : quid honos meus postulat . Sed mihi
sumpsi hoc loco doctrinam quandam iuuentuti qui essent optimates : in ea
explicanda demonstrandum fuit non esse populares omnes qui putantur . Ex
te igitur Scaure qui ludos apparatiſſimos magnificētissimosque fecisti potiſ/
simum quero : ille ipſe maxime ludius non ſolum ſpectator ſed actor

PRO PVBLIO SEXTIO.

& acroma qui oīa sororis embolia nouit:q in cātu mulierum pro psaltria adducitur nec tuos ludos aspergit in illo ardenti tribunatu suo/nec ullos alios nisi eos a quibus uix uiuus effugit: uix se Po.Ro.tenuit:uix homines odium suū a corpore eius impuro atq; nefando represserunt.ne hystriones qdem sedenti pepererunt.Q uid fuit illud qd sumus artifex flens & recenti lāticia & mōsto dolore ac desiderio mei egit apte multo grauioribus uerbis meā cām q̄ egomet age re potuisse. sūmi.n. poetæ igenium non solum arte sua:sed etiā dolore exprimebat.tum illa quāto cum gemitu acta sunt?O pater/me me ille absentem ut patrem deplorandum putarat:quem.Q .Catulus quem multi alii sāpe i Senatu patrem patriæ nominarūt.Q uāto cum fletu cum patrem pulsū:patriā afflīctam:domum deploraret:incensam eversamq; sic egit:ut demonstrata pristina fortuna fletum etiā inimicis atq; inuidis excitaret.nominatim sum appellatus in Bruto tullius q libertatem ciuib⁹ stabilijerat.Millies reuocatus ē.in hunc consensum.P.Sextius tr.pl.cū ageret nihil aliud i eo magistratu:nisi me am cām egit.Is se populo dedit non plausus cupiditate sed ut ipsi inimici nostri uoluntatē uniuersi populi uiderent.Venit ut scitis ad colūnā æneam:tātus est ex omnib⁹ spectaculis usq; a capitolio:tantus ex fori cācellis plausus excitatus:ut nūq; maior consensio aut aptior Po.Ro.uniuersi fuisse ulla in causa dicere. Tū ēt mihi.M.Attiliū regulum cōmemoras q redire ipse carthaginē sua uolūtate ad suppliciū q sine his captiuis a quibus ad senatū missus erat R omæ manere:maluerit.Et mihi negas optādū redditū fuisse:hunc ego redditū repudia rem:qui ita florens fuit:ut uerear:ne quis me studio gloriae putet iccirco exisse ut ita redirem.quem.n.unq; Senatus ciue nisi me nationib⁹ exteris cōmendauit:quem curia magis requisiuit:quem forum luxit:quem ipsa tribunalia defiderauerūt:omnia discessu meo deserta:horrida:muta plena luctus & mōroris fuerunt.Q uis est Italæ locus in quo non fixū sit in publicis monumentis studium salutis meæ/testimonium dignitatis?Redditus uero meus q fuerit q̄ ignorat cum ipsis nonis sextilibus idē dies redditus mei fuisset.q & natalis meus fuisset idē & filiæ meæ carissimæ.Cūq; itinere toto urbes Italæ festos dies a gerēt aduētus mei:uiae multitudine legatorū undiq; missorū celebrabant.ad urbem accessus incredibili hominū gratulatione florebat:Redditus erat eiusmodi ut sūma in lātitia illud dolerem/ciuitatem tam grātā miseram atq; oppressā fuisse.Habes igitur quod ex me quæsisti:qui essent optimates:non ē natio ut dixisti:& cohortari ausus ē accusator i hac cā uos iudices:ut aliquando esestis seueri:aliquando medicinam exhiberetis Reip.non ea est medicina/cū sanæ partii corporis scalpellum adhibetur atq; integræ.carnificina est ista & crudelitas.hi medentur Reip qui execant pestem aliquam tāq; strumam ciuitatis.Sed ut extremum habeat aliquid oratio mea.& ut ego ante dicendi finem faciam q̄ uos me attente audiendi concludā illud de optimatibus eorūque principibus ac Reip,defensoribus:uosque adolescentes & qui nobiles estis ad ma-

ORATIO.

iorum uestrorum imitationem excitabo & qui ingenio ac uirtute nobilitatem
potestis consequi : ad eam rationem in qua multi homines & honore & glo-
ria floruerunt cohortabor. Hæc est una uia mihi credite & laudis & dignitatis
& honoris/a bonis uiris & sapientibus bene a natura constitutis laudari & dili-
gi: noscere descriptionem ciuitatis a maioribus nostris sapientissime constitu-
tam: qui cum regiam potestatem non tulissent ita magistratus annuos creaue-
runt: ut consilium Senatus Reip. præponerent sempiternū: deligeretur autem
consilium id ab uniuerso populo/aditusq; in illum summum ordinem omniū
ciuium industria ac uirtute pateret. Senatum Reip. custodē: præsidem : propu-
gnatorem collocauerunt. huius ordinis uti auctoritate magistratus & quasi gra-
uissimi ministros consilii esse uoluerunt. Senatum autem ipsum proximorum
homínium splendore confirmari: plebis libertatem & cōmoda tueri atq; augere
uoluerunt. hæc qui pro uirili parte defendunt optimates sunt cuiuscunq; sunt
ordinis. Qui præcipue suis ceruicibus tāta munera atq; Remp. sustinēt: ii sem-
per habitī sunt optimatum principes auctores & cōseruatores ciuitatis. huic ho-
minum generi fateor multos aduersarios nímium inimicos inuidos eē. multa
præponi pericula: multas inferri iniurias: magnos esse experiendos & subeun-
dos labores. Sed mihi omnis oratio est cū uirtute non cum desidia: cum digni-
tate non cum uoluptate: cum his qui se patriæ: qui suis ciuibus : qui laudi: q glo-
riæ: non qui sōno & conuiuiis & delectationi natos arbitrantur. Nā si qui uolu-
ptatib; dicātur & se uitiorū illecebris & cupiditatum lenociniis dediderūt mis-
flos faciāt honores: nec attingant Rép. patiant' uiros laboꝝ patiētes frui. qui au-
tem bonā famā bonoꝝ: quā tere sola gloria nominari potest expetunt aliis oi-
cium querere debēt & uoluptates nō sibi. sudādum est his pro communib; cō-
modis/adeundæ inimiciæ: subeundæ sāpe p Rep. tempestates: cū multis au-
dacibus improbis nōnūq; etiā patentibus dimicādum. hæc audiūimus de cla-
rissimorum uirorū cōsiliis & factis/hæc accepimus : hæc legimus. Neque eos i
laude positos uidemus qui incitarūt aliquādo populi animos ad seditionē: aut
qui largitione caxcarunt mētes imperitorum: aut qui fortes & claros uiros & be-
ne de Rep. meritos in inuidiā aliquā uocauerunt. Leues hos semper & auda-
ces & malos & periculosos ciues putauerunt . At uero qui horum impetus reſi-
serunt & conatus: qui auctoritate: qui fide: qui constātia: qui magnitudine ani-
mi consiliis audacium restiterunt/ hi graues: hi duces : hi principes: hi auctores
huius ordinis & dignitatis atq; imperii semper habitī sunt. & si quos eorum aut
aut iniqui iudicii quādam procella peruerit: aut aliqua repentina uis ac tempe-
stas peculit popularis: per populum tum ipsum erecti sunt atq; reuocati: aut oī
no inuulnerati inuiolatiq; uixerunt. At uero hi qui Senatus consilium qui au-
ctoritatē bonorum: qui instituta maiorum neglexerunt:& imperitae atq; cōi-
citatē multitudini iucundi esse uoluerunt: omnes fere rei publicæ poenas aut p
senti morti aut turpi exilio dependerunt. Q uod si apud athenienses homines

PRO .P.SEXTIO.

græcos longe a uestrorum hominum grauitate disiunctos non deerant q R̄p. contra populi temeritatem defenderent: cum omnes qui ita fecerunt a ciuitate eiicerent: si Themistoclem illum conseruatorem patriæ non deterruit a R̄p. defendēda nec Milciadis calamitas qui illam ciuitatem pauloante seruauerat: nec Aristidis fuga: qui unus oīum iustissimus fuisse tradit: Q uid nos tandem fa cere debeimus: primum in ea ciuitate nati: unde mihi orta grauitas & magnitu do animi uidet: tum in tanta gloria insistentes / ut omnia humana leuiora ui deri debeant. deinde ad eam R̄emp. tuendā aggressi: quæ tanta dignitate est ut eam defendantem occidere non aliud sit q̄ oppugnantem rerum potiri. Homines græci quos antea nominaui inique a suis ciuibus dānati atq; expulsi: tamē quia sunt de suis ciuitatibus benemeriti: tanta hodie gloria sunt non in græcia solum sed etiam apud nos atq; in cæteris terris: ut eos a quib; illi oppressi sūt nemo nominet: horum calamitatē dominationi illorum omnes anteponant. Q uis carthaginensium pluris fuit Hānibale consilio: uirtute: rebus gestis: q̄ unus cum tot ānos de imperio: de gloria cum Po.Ro. decertauerit hunc sui ci ues de ciuitate eiecerunt. Nos autem hostē litteris nostris & memoria uidemus eē celebratum. Q uaf imitemur nostros Brutos: Halas: Camillos: Decios: Cu rios: Fabricios: Maximos: Scipiones: Létulos: Emilios: innumerabiles alios q̄ hanc R̄emp. stabiliuerunt: quos equidem in deorum immortalium cœtu ac nu mero repono. Amemus patriam: pareamus senatui. consulamus bonis: præsen tes fructus negligamus: posteritati & gloriæ seruiamus. id eē optimū putemus quod erit rectissimum. speremus quod uolumus sed quod acciderit feramus. Cogitemus deniq; corpus uiros & fortium magnoꝝ hoīnū eē mortale. animi ue ro motus & uirtutis gloriā sempiternā. Neq; hanc opinionē si illo in san ctissimo hercule consecratā uidemus: cuius corpore combusto uitam eius & uir tutem immortalitas excepisse dicitur: minus estimemus eos: qui hanc tantam R̄e pub. suis cōfiliis ac laborib; aut auxerūt: aut defenderunt aut seruauerunt: eē i mortalem gloriā cōsecutos: sed me repente iudices de fortissimor; & clarissimo rum ciuium dignitate & gloria dicētem & plura etiā dicere parātem hog; aspe ctus in ipso cursu oratōis repressit. Vido. P. Sextiū meā salutis uestræ aucto ritatis/publicæ causæ defensorē ppugnatorē: auctorem: reū. Vido hunc præ textatū eius filium oculis lachrymātib; me intuētem. Vido Milonē uindicē libertatis uestræ: custodem salutis meā: subsidium afflictæ R̄ip. extinctorē domestici latrociniī: repressorē cædis quotidianæ/defensorē temploꝝ atq; tec torꝝ: præsidium curiæ sordidatū & reū. Vido. P. Lentulum: cuius ego patrē deum ac parentem statuo fortunā ac nominis mei & fratris rerumq; nostrarꝝ: i hoc miseroꝝ squalore & sordibus. cui superior annus idem & uirilem patris & p textam populi iudicio togam dederit. hūc in hoc āno in hac toga rogationis in iustissimæ subitā acerbitatē p patre fortissimo & clarissimo ciue deprecantē. Atq; hic tot & talium ciuium squalor: hic luctus: hæ sordes susceptæ sunt pro

ORATIO.

pter unum me:quia me defenderunt:quia casum meum luctumq; doluerunt:
quia me lugenti patriæ flagitanti senatu:poscenti Italiae:uobis omnibus oran
tibus reddiderūt: Q uod tantū est in me scelus: quid tantoper deliqui: illo die
cum ad uos indicia litteras confessionis cōmuniſ exitii detuli: cū parui uobis.
At si scelestum est amare patriam ptuli pœnaq; satis. euera domus est. Fortu
næ uexatæ.dissipati liberi.R apta coniunx frater optimus icredibili pietate:a/
more inauditō maximo in squalore uolutatus est ad pedes inimicissimorum.
Ego pulsus aris:focis:diis penatibus:distraetus a meis:carui patria:quā uti le
uissime dicam texerā.pertuli crudelitatē inimicorū:scelus infidelium:fraudem
inuidog;:si hoc non ē satis q; hæc omnia uidentur deleta reditu meo:multa mi
hi multo inq; iudices præstat in eandē recidere fortunā;q; tantam importare me
is defensoribus & conseruatoribus calamitatē.An ego in hac urbe eē possum
his pulsis: qui me huius urbis cōpotē fecerunt.Non ero. Non potero iudices.
Neq; hic unquam puer qui his lachrymis qua sit pietate declarat amissio patre
suo propter me :me ipsum incolumē uidebit:& quotienscūq; me uiderit inge
miscet.ac pestem suā ac patris sui se dicet uidere.Ego uero uos in omni fortu
na quæcūq; erit oblata: complectar nec me ab his quos meo nomine sordidatos
uidentis unquam fortuna diuellet.Necq; hæ nationes quibus me senatus comē
dauit:quibus de me gratias egit:hunc exulem propter me sine me uidebunt.
Sed hoc dñi immortales: qui me suis templis aduenientē receperunt stipatum ab
his uiris:&.P.Lentulus ac ipsa Resp.qua nihil est sanctius uestræ potestati cō
miserunt: V os hoc iudicio omniū bonorum mentes confirmare/improborum
mentes reprimere potestis.Q uare uos obtestor atq; obsecro:ut si me saluū eē
uoluistis: eos conseruetis:p quos me recuperauistis.

M.T.C.PRO.C.RABIRIO ORATIO.

XXVII.

T SI QVIRITES NON EST MEAE CONSVE
tudinis initio dicendi rationē reddere qua de causa quēq; de
fendā: ppṭere a q; cum omnibus ciuibus in eoq; periculis semp
satis mihi iustum causam necessitudinis eē duxi: tamē i hac de
fensione capitī famæ fortunarū omniū.C. Rabirii pponēda
ratio uideatur eē officiī meī:ppṭere a q; quæ iustissima mihi cā
ad hūc defendēdū eē uisa est: eadem uobis ad absoluēdum debet uideri. Nam
me cū amiciciæ uetus tas:tū dignitas hoīnis:tum ratio humanitatis:tū meæ ui
tæ perpetua consuetudo ad.C.Rabirium defendendū est adhortata. At uero
ut id studiosissime facerem salus Rep.consulare officiū:consulatus deniq; ip
se mihi una uobiscum cum salute .R.P.cōmendatus coegit. Non enim.C.Ra
birium culpa delicti non inuidia uitæ non deniq; ueteres iustæ grauesq; inimi
ciciæ tantum in discriminē capitī uocauerunt. Sed ut illud summum auxilium
maiestatis atq; imperii quod nobis a maioribus est traditum d Rep.tolleret: ut

PRO.C.RABIRIO.

nihil posthac auctoritas senatus:nihil consulare imperium:nihil consensio bonorum contra pestem ac perniciem ciuitatis ualeret. In circa in his rebus euertēdis unius hominis senectus infirmitas solitudoque tentata est. quā obrem si est boni consulis:cū cūcta auxilia Reip. labefactari conuelliique uideat: ferī opem patriæ succurrere saluti fortunisque cōmuniō: implorare ciuium fidem: suam salutem posteriorem salute cōmuni ducere: est etiam bonorum & fortū ciuium quales uos omnibus. R. P. temporibus extitistis: intercludere oēs seditionū uias/ munire præsidia Reip. summum in consulibus imperium/ summū in senatu consilium putare: ea qui secutus sit laude potius & honoř q̄ pœna & supplicio dignū iudicare. Quā obrem labor in hoc defendendo præcipue meus est. Studiū uero conseruandi hominis cōmune mihi uobiscum eē debebit. Sic. n. existimare debetis Q uir. post hominū memoriā rem nullam maiorem magis periculosa magis ab omnibus uobis prouidendam neq; a tr. pl. susceptam. neq; a consule defensam: neq; ad Po. R. o. eē delatā. Agitur. n. nihil aliud in hac cā Q uir. quā ut nullum sit posthac in Rep. publicum consilium: nulla bonorum consensio cōtra improborum furorem & audaciam: nullum extremis Reip. temporib; per fugium & præsidium salutis Reip. quæ cum ita sint primū quod in tanta dimicatione capitis fortunarūque omniū fieri necesse est: a ioue optimo cā terisq; diis deabusq; imortalibus: quorum ope & auxilio multo magis hæc Resp. quā ratione hominū & consilio gubernat: pacem ac ueniam peto: precorq; ab his ut hodiernū diem & ad huius salutē cōseruādam & ad R. emp. constituēdam illūxisse patientur. Deinde uos Q uir. quoru; potestas proxime ad deorum īmortaliū accedit: oro atq; obsecro quoniam uno tempore. C. Rabirii hominis misserrimi atq; innocentissimi salus Reip. uestris manibus suffragiisq; permittit: adhibeat in hominis fortunis misericordiā in Reip. salute sapientiam quam soletis. Nunc quoniā. T. Labiene diligentiae meae temporis angustiis obstitisti meq; ex compato & constituto spacio defensionis in semihoræ curriculum coegisti: parebitur & quod iniquissimum est accusatoris conditioni:& quod mitterimus inimici potestati: q̄q; in hac præscriptione semihoræ patroni mihi p̄tis reliquisti: consulis ademisti: propterea q̄ ad defendendum p̄pemodū satis erit hoc mihi temporis: ad conquerēdum uero parū: nisi forte de locis religiosis ac de lucis / quos ab hoc uiolatos esse dixisti: pluribus uerbis tibi respondēdū putas. Quo in crimen nihil eēt unquam abste dictum nisi a. C. Macro obiectum esset crimen id Rabirio: in quo ego demiror meminisse te quid obiecerit C. Rabirio Macer inimicus oblitum eē. quid æque & iurati iudices iudicarint. An de peculatu facto aut de tabulario incenso. longa oratio ē exprimēda quo in crimen propinquus. C. Rabirii iudicio clarissimo. C. Curius pro uirtute sua est honestissime liberatus. ipse uero Rabirius non modo in iudicium hoḡ crimini sed ne in tenuissimam quidem suspicionē uerbo est unq; uocatus. An de sororis filio diligentius respondēdū est: quem ab hoc necatū esse dixisti

ORATIO.

cum ad iudicii moram familiaris funeris accusatio quereretur. Quid enim est tam uerisimile quā cariore huic sororis maritum quā sororis filium fuisse? atq; ita cariorem ut alter uita crudelissime priuaretur cum alteri ad probationem iudicii biduum quereretur? an de seruis alienis contra legem fabiam retentis: aut de ciuibus R.o. contra legem portiam uerberatis aut necatis plura dicenda sunt. Cū tanto studio. C.Rabirius totius Apuliae singulari uolūtate campaniæ uicinitatis ornetur: cūq; ad eius propulsandum periculum non modo homines sed prope regiones ipse conuenerint: Aliquanto etiam latius excitatae q; ipsius uicinitatis nomen ac termini postulabant. Nam quid ego ad id longā orationem comparem? quod est in eadem multæ irrogatione præscriptū? hunc nec suæ nec alienæ pudiciciæ percipisse. Quin etiam suspicor eo mihi semihorā labieno præstitutā eē ut ne plura d' pudicicia dicerē. ergo ad hæc crimina quæ patroni diligentiam desiderat intelligis mihi semihoram istam nimis longam fuisse. Illam alteram partē de nece saturnini nimis exigua atq; angustam esse uoluisti. quæ non oratoris ingeniu sed consulis auxilium implorat. Nam de p. duellionis iudicio: quod a me sublatum esse criminari soles meum crimen est non Rabiri: quod utinam Quir. ego aut id primus aut solus ex hac Rep. sustulisse. Vt in hoc quod ille crimen esse uult: proprium testimonium meæ laudis esset. Quid enim optari potest quod ego mallem quam me in consula tu meo carnificē de foro crucem de campo sustulisse? Sed ista laus primum est maiorum nostrorum Quir. qui expulsis regibus nullum in libero populo uestigium crudelitatis regiæ retinuerūt. Deinde multorum uitorum fortium: qui uestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam sed lenitate legum mutantam esse uoluerunt. Quamobrem uter nostrum tandem labiene popularis est? Tu ne qui ciuibus R.o. in concione ipsa carnificem: qui uicula adhiberi putas oportere: qui campo Martio comitiis centuriatis auspicato in loco crucē ad ciuium. R. supplicium defigi & constitui iubes. an ego qui funestari concionē contagione carnificis ueto: qui expiandum forum Po. R.o. ab illis nefariis sceleris uestigiis esse dico: qui castam concionem / sanctum campum / inuiolatum corpus omnium ciuium R.o. integrum ius libertatis defendenda seruari oportere: popularis uero Tr. Pl. custos defensorq; iuris & libertatis. Portia Lex uirgas ab omnium ciuiū R.o. corpore amouit. Hic misericors flagella retulit: Portia Lex libertatem Ciuiū lictori eripuit: labienus homo popularis carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit ne de capite Ciuium R.o. iniussu uestro iudicare tur. hic popularis iniussu uestro iudicari de ciue R.o. sed indicta causa ciue R.o. capitis condemnari coegit: Tu mihi etiam legis portiæ Tu. C. Gracchi: tu horum libertatis tu cuiusquam deniq; hominis popularis mentionem facis? qui non modo suppliciis inusitatibus sed etiam uerborum crudelitate uiolare libertatem huius populi: tentare mansuetudinem: comutare disciplinam conatus es. Namq; hæc tua quæ te hominem clementem popularemq; delectant. Illictori

PRO.C.RABIRIO PERDVELLIONIS.

colliga manus:quæ non modo huius libertatis mansuetudinisq; non sunt sed ne Romuli quidem aut Numæ Pompilii: Tarquinii superbissimi atq; crude/ lissimi regis ista sunt cruciatus carmina:quæ tu homo lenis ac popularis liben/ tissime cōmemoras.caput obnubito:arbori ifelici suspēdito.quæ uerba Q uir. iampridem in hac Rep.non solū tenebris uetus statis uerūetiā luce libertatis op/ pressa sunt.An uero si actio ista popularis esset:& si ullā partē æquitatis habe/ ret aut iuris.C.Gracchus eā reliquisset . scilicet tibi grauiorē dolorem patrui tui mors attulit quam.C.Gracchus fratrīs:& tibi acerbior patrui mors ē quē nun/ quam uidisti:q illi eius fratrīs:q cū concordissime uixerat:& similis uiri tu ulci sceris patrui mortem atq; ille psequeret fratrīs sui :ista ratione agere noluisset. & par desideriū sui reliquit apud Po.Ro.labienus iste patruus uester quisquis fuit ac Tiberius.Gracchus reliquerat. An pietas tua maior quā Gracchi ? An animus ? an consilium ? an opes ? an auctoritas ? an eloquentia ? quæ si illo mi/ nima fuissent : tñ præ tuis facultatibus maxima putarentur. Cū uero his rebus omnibus.C.Gracchus oēs uicerit.Q uātum interuallū tādem int̄ te atq; illū interiectum putas ? sed morere prius acerbissima morte milies Gracchus quā in eius concione carnifex cōsisteret:quē nō modo foro sed etiā celo hoc ac spi ritu censoriæ leges atque urbis domicilio carere uoluerunt hic se popularem dicere audet/me alienum a commodis uestris . cum iste omnes & supliciorum & uerborum acerbitates non ex memoria uestra ac patrum uīgor sed ex annali um monumentis atque ex regum cōmentariis conquisiuerit.Ego omnibus me is opibus consiliis omnibus dictis factis repugnarim & restiterim crudelitati: nisi forte hanc conditionem nobis esse uultis quam serui si libertatis spem pro positatam non haberent:ferre ullo modo possent: Misera ē ignominia iudicioꝝ publicorum:misera multatio bonorum: miserum exilium : sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod uestigium libertatis.mors denique si proponitur: in libertate moriamur.Carnifex uero & obductio capitī & nomen crucis ab/ sit non modo a corpore ciuium Ro. sed etiam a cogitatione oculis auribus. Harum enim omnium rerum non solum euentus atq; perpeſſio . Sed etiam cō ditio expectatio ipsa deniq; indigna ciue Ro.atq; hoīne libero est. An uero seruos nostros horum supliciorum omnium metu dnōrum benignitas una uindicta liberabit:Nos a uerberibus ab unco crucis deniq; terrore neq; res gestæ neque acta ætas neq; nostri honores uindicabunt ? Q uamobrem fate/ or atq; etiam.T. Labiene profiteor & præ me fero te ex illa crudeli importuna non tribunitia actione sed regia meo consilio uirtute auctoritate esse depul/ sum:qua tu in actione quamq; omnia exempla maiorum omnes leges omnem auctoritatē senatus/omnes religiones atq; auspiciorum publica iura negle/ xisti:tamen a me hæc in hoc tam exiguo meo tempore non audies:liberum tē pus nobis dabitur ad istam disceptationem . Nunc de saturnini criminē ac de clarissimi patrui tui morte dicemus,Arguis occisum esse a,C.Rabirio. L.Sa/

ORATIO.

turninū:& id.C.Rabirius multorū testimoniis.Q .Hortensio copiosissime de fende nte ante a falsum eē docuit.Ego autem si mihi esset integrum:susciperem hoc crimen agnoscere m confiterer.Vt inā hanc mihi facultatem causa conce deret ut possem hoc prædicare.C.Rabirii manu.L.Saturninum hostem Pop. Ro.interfectum.nihil me clamor iste cōmouet:sed consolatur:cum indicat eē quosdam ciues imperitos sed non multos.nunquam mihi credite.Po.Ro.hic qui silet consulem me fecisset si uestro clamore perturbatum iri arbitraretur.Q uanto iam leuior est acclamatio:quin continetis uocem indicē stultitiae ue strae:T es tem paucitatis:libenter inquā confitebor si uere possem:aut etiam si mihi esset integrum.C.Rabirii manu.L.Saturninū esse occisum & id facinus pulcherrimū esse arbitraretur.Sed quoniam id facere non possum:confitebor id quod ad laudem minus ualebit:ad crimen non minus:confitebor interficie di saturnini causa.C.Rabiriū arma cæpisse.Q uid est labiene:quam a me gra uiorem confessionem aut quod in hunc maius crimen expectas:nisi uero inter esse aliquid putas inter eū qui hominē occidit & eum qui cum telo occidēdi ho minis causa fuit.Si interfici Saturninum nefas fuit:arma sumpta esse contra Saturninū sine scelere non possunt.si arma iure sumpta cōcedis iter

fit.S.C.ut .C.Marius.L.Valerius consu

les adhiberent.Tr.Pl.& prætores quos eis uideretur operāq; darēt ut imperiū Po.Ro.maiestasq; conseruaretur.Adhiberent omnis Tr.pl.præter Saturninū ppter Glauciā:qui Rép.saluam esse uellent/arma capere & se sequi iubent/pa rent oēs:ex edificiis armamentariisq; publicis arma Po.Ro.C.Mario consule distribuente dant'. Hic iā ut omittam uetera/de te ipso labiene quaero:cum saturninus Capitolium teneret:armatus esset una cum glaucia.C.Sauferius etiā ille ex compediibus atq; ergastulo Gracchus:addam quoniam ita uis codē.Q .Labienum patrum tuum:in foro autem.C.Marius & L.Valerius Flaccus consules post cunctus senatus atq; ille senatus:quín etiam uos ipsi qui hos .P.C. qui nunc sunt in iudicium uocatis/quo facilius d'hoc senatu detrahere positis: cum equester ordo at quorum equitum:dii imortales patrum uestrum atq; ei⁹ ætatis:quæ tum magnam partem Reip.atq; omnem dignitatem iudiciorum tenebat cum omnes omnium ordinum homines qui in salute Reipubli.salutē suam repositam eē arbitrabantur/arma cepissent:quid tandem.C.Rabirio fa ciendum fuit:de te ipso inquam labiene quaero:cum ad arma consules ex se natus consulto euocassent:cum armatus Emilius princeps senatus in comitio constitisset:qui cum ingredi uix posset/non ad insequendum sibi tarditatē per dum sed ad fugiendum impedimento fore putabat.Cum deniq;.Q .Scæuola cōfectus senectute præpeditus morbo mancus & membris omnibus captus ac debilis hastili nixus:& animi uī & infirmitatem corporis ostenderit Cum.L. Metellus Sergius Galba.C.Serannus.Pu.Rutilius.C.Fimbria.Q .Catulus omnesq; qui tum erant consulares pro salute cōmuni arma cepissent:cum oēs

PRO.C.RABIRIO PERDVELLIONIS.

prætores cuncta nobilitas ac iuuentus accurreret. Cn. & L. Crassus. Q. Muti⁹ C. Claudius M. Drusus: cum omnes octauí Metelli Iulii Cassii: Catones Pó. cum L. Philippus. L. Scipio cum M. Lepidus cū D. Brutus cum hic ipse . P. Seruilius: quo tu imperatore labiene meruisti: cum hic . Q. Metellus admodum adolescens. Cum hic. C. Curio: cum deniq; omnes clarissimi viri cum cōfūlibus essent: quid tandem. C. Rabirium facere conuenit: utrum inclusum at q; abditum latere in occulto atq; ignominiam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere: an in Capitolium pergere: atq; ibi se cum tuo patruo & ceteris ad mortem propter uitæ turpitudinem confugientibus congregare. An cū Mario: Scauro: Catulo: Metello: Scæuola: cum bonis denique omnibus coire non modo salutis uerumetiā periculi societatem: Tu deniq; labiene quid faceres tali iure ac tempore cum ignauia ratio te in fugam atq; in latebras impeleret: improbitas & furor. L. Saturnini in capitolium arcesseret: consules ad patriæ salutem ac libertatem uocarent: quam tandem auctoritatem quā uocē: cuius sectam sequi: cuius imperio parere potissimum uelles: patruus inquit meus cū saturnino fuit. Quid pater qui cum: Quid uicini propīqui uestri equites . R. Quid omnis prefectura regio uicinitas uestra: Quid ager picenus uniuersus. Vtrum tribunitium furorem an consularem auctoritatem secutus est: Eodem hoc affirmo: quod tu nunc de tuo patruo prædicas neminem unquam adhuc de se esse confessum. Nemo est inquam iuuentus tam flagitus tam perditus tam ab omni non modo honestate sed etiam simulatione honestatis relatus: qui se in capitulo fuisse cum saturnino fateretur. Affuit uester patruus: fuit & nulla desperatione rerum suarum nullis domesticis uulneribus coactus induxit eum. L. Saturnini familiaritas ut amiciciam patriæ præponeret: Iccirco ne oportuit. C. Rabirium desciscere a Rep: non comparere in illa armata multitudine hominū bonorum: consulū uoci atq; imperio non obedire: At qui uidemus hæc in rerum natura tria fuisse: ut aut cum saturnino esset: aut cum bonis: aut lateret. Latere mortis erat instar turpissimæ: cum saturnino esse fuit & sceleris: uirtus & honestas & pudor cum consulibus esse cogebat: hoc tu igitur in crimen uocas q; cum iis fuerit. C. Rabirius: quos amentissimus fuisset si oppugnasset. turpissimus si reliquisset: At. C. Decianus de quo tu sæpe cōmemoras/ quia cum hominem omnibus insignem notis turpitudinis. P. Furiū accusaret: summo studio bonorum omnium queri est ausus in concione de morte saturnini condemnatus est. & Sextus Titius / q; habuit imaginem L. Saturnini domi suæ: condemnatus est. Statuerunt equites Roma. illo iudicio improbum ciuem esse & non retinendum in ciuitate: qui hominis hostiem in modum seditionis imaginem aut mortem eius honestaret: aut desideria imperitorum misericordia cōmoueret: aut suam significaret imitandam improbitatis uoluntatem. Itaque mihi mirum uidetur unde hanc tu labiene imaginem quā habes inuenieris. Nam. S. Titio dānato q; istam habere auderet in

ORATIO.

uentus est nemo. quod tu si audisses aut per ætatem scire potuisses: nūnq̄ profe
cto istam imaginem/ quæ domi possita / pestem atq; exilium. S. Titio attulis-
set: in rostra aut in concionem attulisses: nec tuas unquā rationes ad eos scopu-
los appulisses: ad quos. S. Titii afflictam nauem & in quibus. C. Deciani nau-
fragium fortunæ uideres: sed in his rebus omnibus imprudentia laberis, cām
enim suscepisti antiquiorem memoria tua: quæ cā ante mortua est quam tu na-
tus es: qua in causa tute profecto fuisses si p ætatem eē potuisses: Eam causā
in iudicium uocas? an non intelligis primū quos homines & quales uiros mor-
tuos summi sceleris arguas? Deinde quot ex his qui uiuunt eodem crimen in
summū periculum capit is arcessas. Nam si. C. Rabirius fraudem capitalem ad
misit q̄ arma contra .L. Saturninū tulit: huic quidem assert aliquā deprecatio-
nem periculi ætas illa/ qua tum fuit. Q .uero Catulum patrem huius in quo sū
ma sapientia eximia uirtus singularis humanitas fuit. M. Scaurum illa graui-
tate illo couilio illa prudentia: duos mutios. L. Crassum. M. Antōium: qui tū
extra urbem cum præsidio fuit: quorum in hac ciuitate longe maxima cōfilia
atque ingenia fuerūt: cæteros pari dignitate præditos custodes gubernatores/
que Reip. quemadmodū mortuos defendemus? Q uid de illis honestissimis
uiris atq; optimis ciuib⁹ eq̄tib⁹ Ro. dicemus: qui tū una cū senatu salutē Reip.
defenderunt? Q uid de tribunis ærariis cæterorūq; ordinū omnium hominib⁹
qui tum arma pro cōmuni libertate ceperunt? Sed qd ego de his omnibus qui
consulari imperio paruerunt loquor: de ipso& consulum fama quid futur⁹ est?
L. Flaccum hominem cum semper in rep. tum in magistratib⁹ gerendis in fa-
cerdocio cærimoniisq; quibus præerat diligentissimum nefarii sceleris ac parri-
cidii mortuum condénabimus? Adiungemus ad hāc labem ignominiamque
mortis etiam. C. Marii nomen? C. Marium quem uere patrem patriæ parentē
inquam uestræ libertati atq; huiusc reip. possumus dicere sceleris ac patricidii
nefarii mortuum condénabimus? Etenim si. C. Rabirio q̄ iit ad arma crucem
T. Labienius in campo martio defigendam putauit: quod tandem excogitabi-
tur in eum supplicium qui necauit? At si fides saturnino data est: quod abste-
ſæpissime dicitur: non eam. C. Rabirius sed. C. Mairius dedit: idēq; uiolauit
si in fide nō stetit. Q uæ fides labiene qui potuit sine Se. Cō.dari: adeo ne hos/
pes huiusc urbis: adeo ne ignarus disciplinæ consuetudinisq; nostræ: ut hæc
nescias: ut peregrinari in alia ciuitate non in tua magistratum gerere uideare?
Q uid iam ista. C. Mario inquit nocere possunt quoniā sensu & uita caret? ita
ne uero tantis in laboribus Marius periculisq; uixisset: si nihil longius quā ui-
tae termini postulabat spe atq; animo de se & gloria sua cogitasset. At credo cū
innumerabilis hostiū copias in italia fudisset atq; obsidione remp. liberasset:
oīa sua secum una moritura arbitrabat: Non est ita Q uir. neq; quisq; nostros
i rep. piculis cum laude ac uirtute uersat: quin spe posteritatis fructuq; ducat.
Itaq; cū multis aliis de causis uiros& bonos& mētes diuinæ mihi atq; æternæ ui-

PRO.A.CAECINNA AD RECVPERATORES.

dentur eē.tum maxime/q; optimi & sapientissimi cuiusq; animus ita præsentit
impostorum / ut nihil nisi sempiternum spectare uideatur . Q uapropter equi/
dem & C.Marii & cæterorum virorum sapientissimorum ciuium mentes:quæ
mihi uidentur ex hominum uita ad deorum religionem & sanctimoniam de/
migrasse:testor me pro illorum fama gloria mémoria non secus ac pro patriis
fanis atque delubris propugnandum putare . Ac si pro illorum laude mihi ar/
ma capienda essent:non minus strenue caperem q; illi pro cōmuni salute cepe/
runt . Etenim Q uir . exiguum nobis uitæ curriculum natura circūscripsit / imē/
sum gloriæ . Q uare si eos qui iam de uita decesserunt ornabimus / iustiorē no/
bis mortis conditionem reliquemus . Sed si illos Labiene quos iam uidere nō
possimus negligis:ne his quidem quos uides / consuli putas oportere ? Nemis/
nem esse dico ex his omnibus qui illo die Romæ fuerunt : quem tu diem in iu/
dicium uocas:pubesque cum fuerit :quin arma ceperit :quin consules secutus
sit . Omnes hi quorum tu ex ætate coniecturam facere potes / quid tum fecerit/
abste capitis . C.Rabirii nomine citantur . At occidit Saturninū Rabirius . Vti/
nam fecisset . non supplicium deprecarer sed præmium postularem . Etenim si
sceua seruoq; Crotonis qui occidit . L.Saturninū libertas data est:quod equiti
R.o.præmiū dari par fuisset ? Et si .C.Marius q; fistulas quibus aqua suppedi/
tabatur in deorum imortaliū templis ac sedibus præcidi imperarat q; i cliuo ca/
pitolino iproboru ciuiū . Impfecta Oratio .

M.T.C.PRO.A.CAECINNA AD RECVPERATORES ORATIO. XXVIII.

I QVANTVM IN AGRIS LOCISQVE DESER/
tis audacia potest:tantū in foro atq; in iudiciis impudentia ua/
leret:non minus in causa cederet . A. Cæcinna Sextii Ebutii
impudentiæ:quā in ui facienda cessit audaciæ . Verū & illud cō/
siderati hominis eē putauit qua de re iure certari oporteret ar/
mis nō contendere : & hoc constantis : qui cum & ui & armis
certare noluisset eū iure iudicioq; superare . Ac mihi qdē cū audax præcipue fui/
isse uidetur Ebutius in conuocandis hominibus & armandis:tū impudēs i iu/
dicio / non solū q; in iudiciū uenire ausus est : Nā id quidē tā & si improbe fit i
aperta re : tamen malitia est iā usitatum . Sed q; non dubitauit id ipsum quod
arguitur confiteri : nisi forte rationis hoc habuit : quoniam si facta uis esset mo/
ribus / superior in possessione retinenda non fuisset:quia contra ius morēq; fa/
cta sit . A. Cæcinnā cū amicis metu pterritum profugisse . Nunc quoq; in iudi/
cio si causa moreque institutoque omniū defendatur : nos inferiores in agen/
do non futuros . si non a consuetudine recedatur . se quo ipudentius egerit; hoc
superiorē discessurū . quasi uero aut in iudicio possit idē improbitas:quod in ui
confidentia:aut non eo libentius tum audaciæ cesserimus:quo nunc impuden/
tiæ facilius obſisteremus . Itaque longe alia ratione recuperatores ad agendum

ORATIO.

causam hac actione uenio atque initio uenerā. Tum enim nostræ causæ spes erat posita ī defensione mea: nunc in cōfessione aduersarii: tunc in nostris: nūc uero in illorū testibus: de quib⁹ hæc antea laborauit: ne si improbi essent falsi aliquid dicerent: si probi existimarentur: quod dixissent probarent. Nūc sum animo æquissimo: si enim sunt uiri boni: me adiuuant: cū id iurati dicūt quod ego iniuratus insimulo: sin autē minus idonei: me non lādunt: cū his siue creditur hoc ipsum quod nos arguimus: siue fides non habetur: de aduersarii fide testium derogatur. Verūtamen cum illo& causæ actionē considero: non video qđ impudētius dici possit: cum autem uestrā in iudicādo dubitationem uereor ne id quod uidentur impudenter fecisse astute & callide fecerint. Nam si negassent uim hominibus armatis eē factā: facile honestissimis testib⁹ in re p̄spicua tenerent: sin confessi essent: & id quod nullo tempore iure fieri potest: tam ab se iure factum eē defendenter: Sperarunt id quod assecuti sunt: se iniecturos uobis causam deliberaādi & iudicādi iustum moram ac religionē. simul illud quod indignissimū est futurum arbitrati sunt: ut ī hac cā nō de iprobitate Sex. Ebutii: sed de iure ciuili iudiciū fieri uideret. Quia in re si mihi eēt unius A. Cæcinnæ causa agenda profiterer satis idoneum eē me defensorē propter ea qđ fidem meam diligentiāqđ p̄starem. Quæcum sint in actore causæ mihi ē in re præsertim aperta & simplici quod excellēs ingenium requirat. Sed cū de eo iure mihi dicendum sit quod pertineat ad omnes: quod constitutū sit a maioribus: conseruatum usque ad hoc tēpus: quo sublato nō solum pars aliqua iuris diminuta sed etiam uis ea quæ iuri maxime est aduersaria: iudicio confirmata esse uideatur: Video summi ingenii causam eē non uti demonstraret qđ ante oculos est: sed ne si quis uobis error in tanta re sit obiectus: omnes potius me arbitrarentur causæ qđ uos religioni uestræ defuisse: Quāqđ ego mihi sic persuadeo recuperatores non uos tā propter iuris obscuram dubiāqđ rationē bis iā de eadem causa dubitasse: qđ quod uideretur ad summā illi⁹ existimationē hoc iudicium pertinere: moram ad condemnandum acquisisse: simul & illi spaciū ad se colligendum dedisse. quod quoniā iam in consuetudinem uenit & id uiri boni nostri simul in iudicando faciunt reprehendendum fortasse minus quærendum uero magis etiam uideretur: ideo quod omnia iudicia aut detrahendarum controuersiarum aut puniēdorum maleficiorum causa reperta sūt: quorum alterum leuius est propterea qđ & minus lādit & persæpe disceptatore domestico dijudicatur: alterum est uehementissimum quod & ad grauiores res pertinet: & non honorariam operam amici: sed seueritatem iudicis ac uim requirit: quod est grauius & cuius rei causa iudicia maxime constituta sunt: id iam mala consuetudine dissolutum ē: Nam ut quæqđ res est turpis: ma sic maxime & maturissime iudicanda est: Ac eadem quæ existimationis periculum est tardissime iudicatur. Qui igitur conuenit quæ causa fuerit ad constitendum iudicium: eandem moram esse ad iudicādum: Si quis quod spopōdit: qđ

PRO A. CAECINNA AD RECVPERATORES.

in re uerbo se uno obligauit si id non facit maturo iudicio sine ulla religione iudicis condénatur: qui per tutelam aut societatem aut re mandādam aut fiduciæ rationē fraudauit quēpiam: in eo quo delictum maius est eo poena tardior. Est enim turpe iudicū & facto quidē turpe. Videte igit̄ q̄ inique accidat/ quia res indigna sit/ ideo turpem extimationem sequi: q̄a turpis extimatio sequatur ideo rem indignam non iudicari. At si quis mihi hæc iudex recuperatorue dicat: potuisti enim leuiore actione configere / potuisti. n. ad tuū ius faciliore & cōmodo iudicio punire: quare aut muta actionē/ aut noli mihi instare ut iudicē: tamē is timidior uideatur q̄ fortē: aut cupidior q̄ sapientem iudicē esse æquū est. Si aut mihi præscribat quemadmodum meum ius persequar: aut ipse id qđ ad se delatum sit non audeat iudicare. Etenim si prætor is qui iudicia dat nunq̄ petitorī præstituit qua actione illū uti uelit. Videte q̄ iniquū sit constituta iā re iudicem quid agi potuerit: aut quid possit non quid actum sit quārere. Verū tamē nimiū uestræ benignitati pareremus si alia ratione ius nostrū recuperare possemus. Nūc uero quis est aut qui uim armatis hominib⁹ factā relinqui puet oportere / aut eius rei leuiorē actionem nobis aliquā demonstrare possit? Ex quo genere peccati ut illi clamitant uel iniuriarū uel capitīs iudicia constituta sunt: in eo potestis atrocitatē nostrā reprehēdere: cum uideatis nihil aliud actum nisi possessionem per interdictum esse repetitam. Verum siue uos extimationis illius piculū siue iuris dubitatio tardiores fecit adhuc ad iudicādū: alterius rei cām uos metipſi iam uobis sāpius prolato iudicio sustulistis. Alterius ego uobis hodierno die causam profecto afferam / ne diutius de controuerſia nostra ac de cōmuni iure dubitetis: & si forte uidebor altius initū rei demōstrandæ petisse q̄ me ratio iuris & ius de quo iudicium est & natura causæ coegerit. quāso ut ignoscatis. non enim minus laborat. A. Cæcinna ne summo iure egisse q̄ ne certum ius non obtinuisse uideatur. M. Fulcinus fuit Recupatores e municipio tarquinienſi: qui & domi suæ cum imprimis hōestus existimatus est: tum & Romæ argentariā non ignobilem fecit. Is habuit in matrimonio Cæseniam eodem municipio summo loco natam & probatissimam fœminā: sicut & uir multis ipse rebus ostendit & in morte sua testamento declarauit: hic Cæseniæ fundum in agro tarquinienſi uendidit temporib⁹ illis difficultimis solutionis: cum uteretur dote uxoris numerata: quo mulieri esset res cauтор/ cū rauit ut in eo fundo dos collocaretur. Ali quanto post iam argentaria dissoluta Fulcinus huic fundo uxoris continentia quādam prædia adiuncta mercatur. Moritur Fulcinus: multa enim quā sunt in re quia remota sunt a causa: prætermittam: Testamento facit haeredem quem habebat ex Cæsenia filium: usū fructum orūnium bonorum suorum Cæseniæ legat una cum filio. Magnus honor uiri iucundus mulieri fuisset si diuturum esse licuisset: frueretur enī bonis cum eo/ quem haeredem eē cupiebat & ex quo maximum fructum ipsa capiebat. Sed hūc fructū mature fortuna ademit. Nā breui tēpore. M. Fulcinus

Mulier astuon.

Plor iudicā dat.

Argentaria

ORATIO.

adolescens mortuus est: hæredem, P. Cæseniū fecit. Vxori grande pondus ari-
genti/matriq; partem honorū maiorem legauit. Itaq; in ptem mulieres uocatæ
sunt. Cū eēt hæc actio hæreditaria cōstituta: Ebutius iste qui iam diu Cæseniæ
uiduitate ac solitudine aleret ac se in eius familiaritatem insinuasset hac ratio-
ne ut cum aliquo suo cōpendio negocia mulieris si qua acciderent cōtrouersias
q; susciperet: Versabat quoq; eo tempore in his rationib; auctionis & partitio-
nis: Atq; etiam se ipse inferebat & intro dabat & in eam opinionem Cæseniam
adducebat: ut mulier iperita nihil putaret agi callide posse ubi nō adesset Ebu-
tius: quā personam iam ex quotidiana cognoscitis uita recuperatores mulierū
assentatoris: cognitoris uiduar; defensoris nimium litigiosi conciti ad rixam:
inepti ac stulti inter uiros: inter mulieres periti iuris & callidi: hanc personā im-
positam ebutio: is enī Cæseniæ fuit ebutius: ne forte queratis nū propinquus:
nihil alienius amicus: aut a patre aut a uiro traditus: nihil minus. Q uis igitur:
ille quem supra deformaui uoluntarius amicus mulieris non necessitudine ali-
qua sed ficto officio simulataq; sedulitate coniunctus magis oportuna opera
nonnūq; aliquid fidelis: cum esset ut dicere institueram: constituta auctio
Romæ: suadebat amici cognatiq; Cæseniæ id qd ipsi quoq; muleri ī mēte ueni-
ebat: quoniā potestas eēt emēdi fundū illū fulcinianū q fundo eius antiquo cō-
tinēs eēt: nullā eē ratōem amittere eiusmodi occasionē: cū p̄serī pecūia ex par-
titioē debere: nūq posse melius collocari. Itaq; mulier facere cōstituit: mādat
ut fundū sibi emat: cui tandem: cui putabitis: an non in mentē uenit ī omnib;
illius ad hoc munus & ad oīa mulieris negocia parati: sine quo nihil satis cau-
te nihil satis callide agi posse recte attenditis: Ebutio negocium datur: adest ad
tabulam: liceat Ebutius: deterrentur emptores: multi partim gratia Cæseniæ: p/
tim precio: fundus addicitur Ebutio: pecuniam argētario promittit Ebutius.
Q uo testimonio nunc uir optimus uitetur sibi emptum eē: quasi uero aut nos
ei negemus addictum: aut tamen quisq; fuerit qui dubitarit quin emeret Cæse-
niæ: Cū id pleriq; scirent: oēs fere audissent: n̄i conjectura assequi possent: cū
pecunia Cæseniæ ex illa hæreditate deberetur: eam porro in prædiis collocari
maxime expediret: Essent autem prædia quæ mulieri maxime conuenienter: ea
uenirent: liceretur is quem Cæseniæ dare operam nemo miraretur: sibi emere
nemo posset suspicari: ac emptione facta pecunia soluitur a Cæsenia. Cuius rei
putat iste rationē reddi non posse: quod ipse tabulas euerterit: se autem habere
argentarii tabulas: in quibus sibi expensa pecunia lata sit: acceptaq; relata: q̄si
id aliter fieri oportuerit: cum omnia ita facta essent quemadmodū nos defen-
dimus: Cæsenia fundum possedit locauitq;. Neq; ita multo post Aulo Cæcīn-
næ nupsit: ut in pauca cōferam: testamento facto mulier moritur facit: hæredē
ex deuincia & semiuincia Cæcinnam: ex duabus Sextulis. M. Fulcinium liber-
tum superioris uiri: Ebutio Sextulam aspergit. hanc Sextulā illa mercedem
isti uoluit esse assiduitatis & molestiæ si quam susceperebat. Iste autem hac Sex-

PRO.A.CAECINNA AD RECVPERATORES.

tula se ansam retinere oīum controuersiarum putat. Iam principio ausus est dicere non posse hæredem esse Cæseniæ Cæcinam: q̄ is deteriore iure eēt q̄ cæteri ciues propter incōmodum uolateranor̄ calamitatemq̄ ciuilē. Itaq; homo timidus imperitusq; qui neq; animi neq; consilii satis haberet non putauit tantū eēt hæreditatem ut de ciuitate in dubium ueniret: cōcessit credo ebutio quantum uellet de Cæseniæ bonis ut haberet: immo ut uiro forti ac sapienti dignū fuit: Ita calūniam stulticiāq; obtruiuit ac contudit in possessione bonor̄ cū esset: & cū ipse Sextulā suam nimiū exaggetaret nomine hæredis arbitrum familiæ herciscūdæ postulauit: atq; illis paucis dieb̄ postq; uidet nihil se ab. A. Cæcina posse litium terrore abradere: homini Romæ in foro denunciat fundū illū de quo ante dixi cuius istum emptorem demonstrauit fuisse mādato Cæseniæ, suum esse seq; sibi emisse: Quid agis? istius ille fundus est/ quē sine ulla controuersia quadrieniū habet: ex quo tempore fundus uenit quoad uixit posse/dit Cæsenia. Vsus enim inquit eius & fructus fundi testamēto uiri fuerat Cæseniæ: cū hoc nouæ litis genus tam malitiose intenderit/ placuit Cæcinnæ amicorum sententia cōstituere qua die in rem præsentē ueniret: & de fundo Cæcina moribus deduceretur. Colloquūtur. Dies ex utriusq; commodo sumit'. Cæcina cū amicis ad diem uenit in castellum Axiam: ex quo loco fundus is de quo agitur non longe abest. ibi certior fit a pluribus homines per multos liberos atq; seruos coegisse & armasse Ebutium: cum id partim mirarentur partim non crederent. Ecce ipse Ebutius in castellū uenit: denunciat Cæcinnæ: placuit & amicis quod uideretur saluo capite fieri posse expediri: tum de castello discedūt: in fundum p̄fici scuntur. uidet' temere cōmissum: uerum ut opinor hoc suū causæ tam temere istum cōmissurū q̄ uerbis nūciabatur nemo putauit. Atq; iste ad oēs introitus qua adiri poterat non in eum fundum de quo cōtrouersia fuerat/ sed in illum pximum de quo nihil ambigebatur: Armatos homines op̄ponit. itaq; primo cū in antiquū fundum ingredi uellet qd' eo proxime accedi poterat frequentes armati obstiterunt. quo loco depulsus. Cæcina tamen qua potuit ad eum fundum p̄fectus: ex quo ex conuentu uim fieri oportebat. eius autem fundi extremā partē oleæ directo ordine definiunt: ad eas cū accedetur: iste cū omnibus copiis præsto fuit/ seruūq; suū nomine anthiochum ad se uocauit & clara uoce imperauit: ut eū qui illum olearum ordinem intrasset occideret: Homo mea sententia prudentissimus Cæcina tamen in hac re plus mihi animi q̄ consilii uidetur habuisse. Nam & cum animatorum multitudinē uideret/ & eam uocem Ebutii quā cōmemoraui audiuisset tamen accessit propius ingrediens intra finem eius loci quem oleæ terminabant: Impetum armati Anthiochi cæterorumq; tela atq; incursus refugit. Eodem tempore se ī fugam conferunt una amici aduocatiq; eius metu perterriti: quemadmodū illorum testim dicere audistis. His rebus ita gestis. P. Dolobella prætor interdixit ut est consuetudo de uī hominibus armatis sine ulla exceptione/ tantū ut unde deie-

ORATIO.

cisset restitueret: Restituisse se dixit. sponsione uobis iudicandū est: Maxime primo fuit optandū Cæcinnæ recuperatores ut controuersiae nihil haberet. Secūdo loco ut ne cū tam improbo homine: tertio ut cum tam stulto haberet. Et enī non minus nos stulticia illius subleuat q̄ lædit improbitas. improbus fuit q̄ homines coegit / armavit: coactis armatisq; uim fecit: læsit in eo Cæcinnam: subiueauit ibidem. Nam in eas ipsas res quas improbissime fecit testimonia sumpsit: & eis ī causa testimentiis utitur: Itaq; mihi certū est recuperatores anteq; ad meam defensionē meosq; testes uenio illius uti confessione ac testimoniis.

Confessio

Quid confitetur atq; ita libenter confiteſ ut non solum fateri sed etiā profiteri uideatur Recuperatores: conuocauit homines / coegi / armavi: terroreq; mortis ac periculo capitū ne accederes obſtati ferro Inquit ferro: & hoc dicit in iudicio / te reieci atq; perterriti. Quid testes quid aiunt? P. V. etilius p̄pinquis Ebutii se ebutio cum armatis seruis uenisse aduocatum Quid p̄terea: fuisse cōplures armatos, quid aliud? Minatum esse Ebutium Cæcinnæ. Quid ego de hoc teste dicam? n̄isi hoc recuperatores ut iccirco non minus ei credatis q̄ homo minus idoneus habetur: sed ideo credatis q̄ ex illa parte id dicit / quod illi causæ maxime est alienum. Terentius alter testis non modo ebutium sed etiā seipsum arguit: in ebutium hoc dicit armatos homines fuisse: de se autem hoc prædicat Anthiocho Ebutii seruo imparasse ut in Cæcinnam aduentientem cū ferro inuaderet. Quid loquar amplius hoc de homine? in quem ego dicere cū rogarer a Cæcinnā nunquā uolui: ne arguere illum rei capitalis uiderer. De eo dubito quomodo aut loquar aut taceam cum ipse hoc de se iuratus prædicet.

Testis iuratus

Deinde. L. Cælius non solum Ebutium cum armatis dixit fuisse compluribus Verumetiam cum aduocatis perpaucis eo uenisse Cæcinnam. de hoc ego teste detrahām: cui æque ac meo testi ut credatis postulo. P. Memmius secutus est qui suum non paruum beneficium cōmemorauit in amicos Cæcinnæ: quibus se se uiam per fratrī sui fundum dedisse dixit qua effugere possent: cum essent metū omnes perterriti. Huic ego testi gratias agam q̄ & in re misericordem se præbuit: & in testimonio religiosum. A. Attilius & eius filius. L. Attilius & armatos ibi fuisse / & se suos armatos adduxisse dixerunt, etiam hoc amplius cū Ebutius Cæcinnæ malum minaretur hoc est mortem minaretur / ibi tum Cæcinnam postulasse / ut moribus deductio fieret. Hoc idem. Pu. Rutilius dixit & eo libentius dixit: ut aliquo in iudicio eius testimonio creditum putaretur. Duo p̄terea testes nihil de ui sed de ipsa emptione fundi dixerunt. P. Cæsenius auctor fundi non tam auctoritate graui q̄ corpore: & argentarius Sextus Clodius / cui nomen est phormio nec minus niger nec minus cōfidens quā ille terentianus est phormio / nihil de ui dixerunt / nihil p̄terea quād ad uestrū iudicium pertineret. Decimo uero loco testis expectatus & ad extremum reseruatus dixit Senator. Po. Roma. splendor ordinis decus atq; ornamentum iudiciorum: exemplar antiquæ religionis fidiculanus falcula: qui cū ita uehemēs

PRO A.CAECINNA AD RECVPERATORES.

acerq; uenisset ut non modo Cæcinnam periurio suo læderet : sed etiam mihi uideretur irasci: ita eum placidum mollemq; reddidi ut non auderet: sicut me ministis / iterum dicere quot milia fundus suus abesse: Nam cum di xisset minus habere . llii. populus cum risu acclamauit ipsa esse , meminerant enim omnes quantum in albiano iudicio cepisset. In eū quid dicam nisi id qd negare non possit ? uenisse in cōsilium publicæ quæstionis / cum eius consilii iudex non esset / & in eo consilio cum causam non audisset & potestas esset am pliandi / dixisse sibi liquere , dum incognita re iudicare noluisset; maluisset cō demnare quam absoluere: cum si uno minus damnaret condemnari reus non posset: non ad cognoscendam causam sed ad explendam damnationem psto fuisse: Vtrum grauius in quēpiam aliquid dici potest: quam ad hominem con demnādum quem nunquā uidisset neq; audisset / adductum precio eē ? An cer tius quicquā obici potest: q; quod is cui obicitur ne nutu quidem infirmare co natur. Verum tamē is testis ut facile intelligeretis eum non affuisse omnino: cū ab illis causa agefetur testesq; dicerent se tantisper de aliquo reo cogitasse : cū omnes ante eum dixissent testes armatos cum Ebutio fuisse complures: solus dixit non fuisse. Visus est mihi primo ueterator intelligere præclare quid cau sa optaret & tamen errare q; omnes testes infirmaret: qui ante eū dixissent / cū subito ecce idem qui solet suos solos seruos armatos fuisse dixit: Quid tu huic homini facias ? Nonne concedas interdum ut excusatione summae stulticiæ sū mæ improbitatis odium depreceſt ? Vtrum recuperatores his testib; non credi distis ? cum quid liqueret non habuistis ? At controuersia non erat quin uerum dicerent: An in coacta multitudine: in armis: in telis: in præsenti metu mortis perspicuo periculo cædis dubium uobis fuit an eē uis aliqua uideretur nec ne quibus igitur in rebus uis intelligi potest si in his non intelligetur ? An uero il la defensio uobis præclarā uisa est / non deieci sed obsti Non enim te sum pas sus in fundum ingredi: sed armatos homines opposui: ut intelligeres si in fun dum pedem posuisses: statim tibi eē pereundum. Quid ais ? is qui armis per territus fugatus est non uidetur eē deiectus : posterius d uerbo uiderimus. Nūc rem ipsam ponamus : quā illi non negant: & eius rei ius actionēq; quæramus. Est hæc res posita quæ ab aduersario non negatur Cæcinnam cum ad constitu tam diem tempusq; uenisset / ut ius atq; deductio moribus fieret: pulsū pro hibitūq; esse ui coactis hominibus: & armatis: Cum hoc constet ego homo im peritus iuris: ignarus negociorum ac litium hanc puto me habere actionem: ut per interdictum meum ius teneam atq; iniuriā tuam persequar: fac in hoc er rare me: nec ullo modo posse per hoc interdictum id assequi quod uelim: te uti in hac re magistro uolo. Quæro sit ne aliqua huius rei actio an nulla : conuocati homines propter possessionis controuersiam non oportet: armari multitudinem iuris retinendi causa non conuenit: nec iuri quicquam tā inimicum q; uis: nec æquitati quicquam tam infestum est quā conuocari homines & armari: qd

PROLATIONES ORATIO.

cum ita sit resq; eiusmodi: ut in primis a magistratibus animaduertēda eē uide
 atur: Iterū quārō sit ne eius rei aliqua actio an nulla? Nullā eē dicas? Audire
 cupio qui in pace & ocio cum manum fecerit: cum copias pararit: multitudinē
 hoīnū coegerit: armarit: istruxerit hoīes: inermesq; ad constitutum experienti
 iuris gratia uenissent armis uiris terrore periculocq; mortis repulerit: fugarit: a-
 uerterit: hoc dicat: feci equidem quæ dicas omnia: & ea sunt & turbulenta & te
 meraria & periculosa. Quid ergo est: impune feci Nam quid agas mecum ex
 iure ciuili ac prætorio non habes: ita ne uero recuperatores hoc uos audieris &
 apud uos dici patiemini? Creditis cum maiores nostri tanta diligentia pruden-
 tiaq; fuerint ut omnia omnium non modo tantarum rerum sed etiam tenuissi-
 marū iura statuerint: persecutiq; sint: ut hoc genus unum uel maximum preter-
 mitterent: ut si qui me exire mea domo coegissent ui & armis haberem actionem:
 si qui introire prohibuissent: non haberem? Nondum de Cæcinnæ causa
 dispuo: Non de iure nostræ possessionis loquor: tantū de tua defensione. C.
 Piso queror: quomodo ita dicas & ita constituvis: si Cæcinnia cum in fundo eēt
 inde deiectus eēt: tum per hoc interdictum eum restitu oportuisse: nunc uero
 deiectum nullo modo eē inde ubi non fuerit: hoc interdicto nihil nos assecu-
 tos eē. Quid uero si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines & armati
 non modo limine tectoq; ædium tuarū: sed primo aditu uestibuloq; prohibue-
 rint. Quid acturus sis? Monet amicus meus te. L. Calphurnius ut idem dicas
 quod ipse antea dixit: iniuriarū: Quid ad causam possessionis? quid ad restitu-
 endum eum quem oportet restitui? quid deniq; ad ius ciuile: aut ad actoris no-
 tionem & animaduersionem aies? iniuriarum? plus tibi ego largiar: nō solum
 egeris uerum etiam condēnaris licet: Nunquā magis possidebis. Actio enī iniu-
 riarum non ius possessionis assequitur: sed dolorem iminutæ libertatis iudicio
 pœnaq; mitigat. Prætor interea Piso tanta de re tacebit quemadmodum te re-
 stituat in ædes tuas non habebit. qui dies totos aut uim fieri uetat aut restitui
 factam iubet: qui de fossis de cloacis de minimis aquarum itinerūq; contro-
 uersiis interdicit/repente obmutescet: ī atrocissima re quid faciat non habebit?
 Et. C. Pisone domo tectisq; suis prohibito inquam per homines coactos & ar-
 matos prætor quemadmodum more & exemplo opitulari possit non habebit.
 Quid enim dicetur? Aut quid tu tam insigni iniuria accepta postulabis? Vnde
 ui prohibits sis: si nemo unquā interdixit: Nouū est non dico inusitatum:
 uerum omnino inauditum. Vnde deiectus. Quid proficies cū illi hoc respon-
 debūt tibi quod tu nunc mihi armatos se tibi obstitisse ne in ædes accederes:
 Deiici porro nullo modo potuisse qui non accesserit. Deiicior ego inquis si qd
 meorum deiicitur. Omnino iam bene agis: a uerbis enim recedis & æqtate ute-
 ris. Nam uerba ipsa si sequi uolumus: quo modo tu deiiceris cum seruus tuus
 deiicitur? uerū ita est uti dicas: te deiectum debeo intelligere etiam si tactus nō
 fueris: nōne age nūc si ne quidem tuorum quisquam loco motus erit; atq; oēs

Maiorū in nomadicis
 cura.

PRO.A.CAECINNA AD RECVPERATORES.

in ædibus ad seruati ac retenti : tu solus prohibitus & a tuis ædibus ui atq; ar-
mis perterritus : Vtrum hanc actionem habebis qua nos usi sumus ? an aliam
quāpiam ? an omnino nullam ? Nullam eē actionem dicere in re tam i signi tā ,
que atroci neq; prudentiæ neq; auctoritatis tuae est : Alia si qua forte ē quæ nos
fugerit dic quæ sit : cupio discere . hæc si est qua nos usi sumus : te iudice uinca-
mus necesse est . Non enim uereor ne hoc dicas in eadem causa : eodem interdi-
cto te oportere restituī . Cæcinnam nō oportere . Etenim cui perspicuum nō sit
ad incertum reuocari bona fortunas possessiones omnium : si ulla ex parte sen-
tētia huius interdicti diminuta aut infirmata sit : si in auctoritate uirorum talis
um ius armatorum hominum iudicio approbatum uideatur : in quo iudicio de
nō armis dubitatum / sed de uerbis quæ situm eē dicat : etiam is ne apud uos ob-
tinebit causam suam / qui se ita defenderit eieci ego te armatis hominibus non
deieci : ut tantum facinus non in æquitate defensionis : sed in una littera latuis
se uideatur : huiusc rei uos statuetis nullam eē actionem : nulli experiundi ius
constitutum : quod obſtiterit armatis hominibus : qui multitudine coacta non i
troitu sed omnino aditu quēpiam prohibuerit . Quid ergo hoc quam habet
uim ? ut illa re aliqd cum aliqua ex parte differre uideatur / utrum pedem cū in/
tulero atq; in possessionem uestigium fecero : tum expellar atq; deiciar : an in
eadem ui & in eisdem armis mihi ante occurrat / ne non modo intrare uerum
aspicere aut aspirare possim qui hoc ab illo differt ? ut ille cogat restituere qui
ingressum expulerit . ille qui ingredientem repulerit non cogatur ? Videte per
deos immortales quod ius nobis quam conditionem uobis metipſis / quam de
niq; ciuitati legem constituere uelitis : huius generis una est actio per hoc inter-
dictum : quo nos usi sumus / constituta ea si nihil ualet : aut si ad hanc rem non
pertinet : quid negligentius aut qd stultius maiorib; uestris dici potest : qui aut
tantæ rei prætermiserint actionem / aut eam constituerint quæ nequaquam fa-
tis uerbis causam & rationem iuris amplectere ? periculosest dissolui hoc
interdictum / captiosum omnib; rem ullam constitui eiusmodi : quæ cum ar-
mis gesta sit rescindi iure non possit . Verumtamen est turpissimum illud tā/
tæ stultitiae prudentissimos homines condemnari / ut uos iudicetis huius rei at/
q; actionis in mentem maiorib; nostris non uenisse . Q ueramur inqt licet : ta-
men hoc interdicto Ebutius non tenet . Quid ita ? Q uod uis Cæcinnæ facta
non est : dici in hac causa potest : ubi arma fuerint / ubi coacta hominum mul-
titudo : Vbi instructi & certis locis cū ferro homines collocati : ubi minæ / pericu-
la / terroresq; mortis : ibi uim non fuisse ? Nemo inqt occisus est neq; saucius : qd
ais : cū de possessionib; controuersia est & de priuatorū hominum contentio-
ne iuris loquamur tu uim negabis factam si cædes & occisio facta non erit ? Et
exercitus maximos ſæpe pulsos & fugatos esse dico terrore ipso impetuq; ho-
stiū sine cuiusquam non modo morte uerum etiam uulnere . Etenim recupera-
tores non ea sola uis est / quæ ad corpus nostrū uitamq; peruenit : sed etiā mul-

ORATIO.

to maior ea quæ periculo mortis iniecto formidine animum perterritum lo-
co saepe certo de statu dimouet: Itaque sauciis saepe homines cum corpore debi-
litantur: animo tamen non cedunt: neque eum relinquunt locum quem statu-
erint defendere: At alii pelluntur integrum ut non dubium sit quin maior adhi-
bita uis ei sit: cuius animus perterritus sit: q̄ illi cuius corpus uulneratum sit.
Quod si ui pulsos dicimus exercitus esse eos qui metu tenui saepe suspicionē
periculi fugerunt: & si non solum impulsu scutorum neque conflictu corpo-
rum: neque iactu comminus neque coniectione telorum sed saepe clamore ip-
so militum aut instructione aspectuque signorum magnas copias pulsas esse
& uidimus & audiuiimus: quæ uis in bello appellatur ea in ocio non appella-
bitur: & quod uehemens in re militari putatur id leue in iure ciuili iudicabi-
tur: & quod exercitūs armatos mouet: id ad uocationem togatorum non uide-
bitur mouisse: & uulnus corporis magis istam uim q̄ terror animi declarabit:
& sauciatio quæretur cum fugam factam esse constabit: Tuus enim testis hoc
dixit metu perterritis nostris aduocatis locum quæ effugerent demonstrasse:
qui non modo ut fugerent sed etiam ipsius fugæ tutam uiam quæsierunt. Hic
uis adhibita non uidebitur: Quid igitur fugiebant propter metum: quid me-
tuebant: Vim uidelicet potestatis: igitur principia negare potestis cum extre-
ma conceditis: fugisse perterritos confitemini. causam fugæ dicitis eandem:
quam omnes intelligimus: arma multitudinem hominum incursionem atque
impetum armorum: Hæc ubi conceduntur esse facta: ibi uis facta negabitur:
At uero hoc quidem iam uetus est & maiorum exemplo multis in rebus usita-
tum: cum ad uim faciendam ueniretur si quos armatos quamuis procul cōspe-
xissent: ut statim testificati discederent: optime spōsionē faceū possent: ne aduersus
edictum prætoris uis facta esset: ita ne uero scire eē armatos satis est: ut uim fa-
ctam probes: in manus eorum incidere non est satis: aspectus armatorum ad
uim probandam ualebit. incursus & impetus non ualebit: Qui abierit faci-
lius sibi uim factam probabit q̄ qui effugerit: At ego dico hoc. si ut primo in
castello Cæcinnæ dixit Ebutius se homines coegisse & armasse: neque eum si
illo accessisset abiturum: statim Cæcinna discessisset: dubitare uos non debuissi
se quin Cæcinnæ facta uis eēt. si uero simulac procul conspexisset armatos rei
cessisset: eo minus dubitaretis: Omnis uis est quæ periculo aut decedere nos a/
liunde cogit: aut prohibet accedere. q̄ si aliter statuetis uidete ne hoc uos statua-
tis: qui uiuus discesserit ei uim non esse factam: ne hoc omnibus in possessio-
num controuersiis præscribatis: ut configendum sibi & armis decertandum
putent: ne quemadmodum in bello poena ignauis ab imperatoribus constitui-
tur: sic in iudiciis deterior causa sit eorum qui fugerint: q̄ qui ad extremum us/
que contendenterint: cum de iure & legitimis hominum controuersiis loquimur
& in his rebus uim nominamus: pertenuis uis intelligi debet. Vidi armatos
quamuis paucos magna uis est: decessi unius hominis telo perterritus deiectus

PRO.A.CAECINNA AD RECVPERATORES.

detrususq; sum: hoc si ita statuetis: non modo non erit cur depugnare quisq; posthac possessionis causa uelit: sed ne illud quidem cur repugnare. Sin autē uim sine cæde sine sanguine nullam intelligetis: statuetis homines possessio-
nis cupidores q; uitæ esse oportere. Age uero de uī teipsum habeo iudicē Ebu-
ti: responde si tibi uidetur: in fundum Cæcinna utrum noluit tandem aut non
potuit accedere? Cum te obstitisse & repudiasse dicis: certe hunc uoluuisse conce-
dis: potes igitur dicere non ei uim fuisse impedimento: cui cum cuperet eoque
consilio uenisset per homines coactos non sit licitum accedere. Si enim id qđ
maxime uoluit nullo modo potuit: uis profecto quædam obstatiterit necesse est:
Aut tu dīc quamobrem cum uellet accedere non accesserit? iam uim factam ne
gare non potes: deiectus quemadmodum sit qui non accesserit id quæritur. di-
moueri enim & depelli de loco necesse est eum qui deiciatur. id autem accide-
re ei qui potest? qui omnino in eo loco unde se deiectum esse dicit nūquam fu-
it: quod si fuisset & ex eo loco metu permotus fugisset cum armatos uidisset /di-
ceres ne esse deiectum? opinor. an tu qui tam diligenter & tam callide uerbis cō-
trouersias non æquitate dijudicas: & iura non utilitate cōmuni sed litteris expri-
mis: poteris ne dicere deiectum esse eum qui tactus non erit? Quid detrusum
dices: nam eo uerbo antea prætores hoc interdicto uti solebant. quid aīs? po-
test ne detrudi quisquam qui non attingitur? Nonne si uerbum sequi uolu-
mus: Hoc intelligamus necesse est eum detrudi cui manus afferantur? Neces-
se est inquam si ad uerbum rem uolumus attingere: neminem statu detrusum
qui non adhibita uī manu dimotus & actus præceps intelligatur. Deiectus ue-
ro qui potest esse quisquam? nisi in inferiorem locum de superiore motus. po-
test pulsus fugatus eiectus denique: illud uero nullo modo potest deiectus eē
quisquam non modo qui tactus non sit: sed ne æquo quidem ex plano loco. qđ
ergo hoc interdictum putamus eorum eē causa compositum qui se præcipita-
tos ex locis superioribus dicerent? Eos enim uere possumus dicere esse deiec-
tos: an cum uoluntas & consilium & sententia interdicti intelligatur: impuden-
tiam summam aut stulticiam singularem putabimus in uerborum errore uer-
sari: rem & causam & utilitatem cōmuni non relinquere solum sed etiā pro-
dere? An hoc dubium est quin neque uerborum tanta copia sit non modo ī no-
stra lingua quæ dicitur eē inops sed ne ī alia quidem ulla: res ut omnis suis cer-
tis ac propriis uocabulis nominentur. Neque uero quicq; opus sit uerbis /cum
eam ea res cuius causa uerba quæsita sint intelligatur: quæ lex: quod. S.C. qđ
magistratus edictum: quod foedus aut pactio quod ut ad priuatas res redeam
testamentum: quæ iudicia aut stipulationes aut pacti & conuenti formula nō
infirmari & conuelli potest/ si ad uerba rem deflectere uelimus? Consilium au-
tem illorū qui scripserunt & rationem & auctoritatē relinquamus? Sermo her-
cule & familiaris & quotidianus nō cohærebit / si uerba iter nos aucupabimur:
deniq; ipiū domesticū nullū erit: si seruulis hoc nřis cōcesserim? ut ad uerba no-

Verboz mā

ORATIO.

bis obediant non ad id quod ex uerbis intelligi possit obtemperent : exemplis nunc uti uidelicet mihi necesse est harum rerum omnium occurrit unicuique uestrum aliud alii in omni genere exemplum quod testimonio fit non ex uerbis actum pendere , sed uerba seruire hominum consilis & auctoritatibus ornate & copiose . L . Crassus homo longe eloquentissimus pauloante q̄ nos in forum uenimus iudicio centumuirali hanc sententiam defendit & facile cum cōtra eum prudentissimus . Q . Mutius diceret probauit omnibus . M . Curium qui hæres institutus esset iam mortuo Posthumo filio cum filius non modo nō mortuus sed ne natus quidem esset: hæredem esse oportere . Q uid uerbis satis hoc cautum erat : minime . quæ res igitur ualuit : uoluntas : quæ si tacitis nobis intelligi posset: uerbis omnino non uteremur : quia non potest : uerba rep̄ta sunt / non quæ impedirent sed quæ indicarent uoluntatem . lex usum & auctoritatem fundi iubet esse biennium . Ac utimur eodem iure in ædibus / quæ in lege non appellantur . si uia sit immunita iubet qua uelit agere iumentum : potest hoc ex uerbis intelligi : licere si uia sit in Brutiis immunita agere si uelit iumentum per . M . Scauri tusculanum : actio est in auctor præsentem his uerbis : quando te in iure conspicio . hac actione . Appius ille cæcus uti non posset , si tā uere homines uerba consequentur : quam rem , cuius causa uerba sunt : non cōsiderarent . testamento si recitatus hæres esset pupillus Cornelius , isque iam annos .xx. haberet : uobis interpretibus amitteret hæreditatem : Veniunt ī mē tem mihi per multa : uobis plura certe scio : uerum ne nimium multa complectar : atq̄ ab eo quod propositum est longius aberret oratio . hoc ipsum interdictum de quo agitur consideremus : intelligitis enim in eo ipso si in uerbis ius cōstituamus omnem utilitatem nos huius interdicti , dum uersuti & callidi uolumus esse / amissuros . Vnde tu aut familia aut procurator tuus . si me uillicus tuus solus deieciisset : non familia deieciisset ut opinor / sed aliquis de familia . Rechte igitur dices te restitisse : quippe : quid enim facilius est q̄ probari iis qui latine sciant in uno seruulo familiæ nomen non ualere : si uero ne habeas quidem seruum præter eum qui me deiecerit / clamis uidelicet sic . habeo familiā a familia mea fateor te esse deiectum : neque dubium est quin si ad rem iudicandum uerbo utimur : non te : familiam intelligamus quæ constet ex seruis pluribus : quin unus homo familia non sit : uerbo unum certe non modo postulat sed etiam cogit . At uero ratio iuris interdicti q̄ uis & prætorum uoluntas & hominum prudentium consilium & auctoritas respuat hanc defensionem & pro nihilo putet . Q uid igitur isti homines latine non loquuntur ? Q uantum est satis ad intelligendam uoluntatem , cum sibi hoc proposuerint : Vt si ue me tu deieceris : siue tuorum quispiam siue seruorum siue amicorum : ut seruos non numero distinguant sed appellant uno familiæ nomine de liberis autem quisquis est procuratoris nomine appelletur : nō quo omnes sint : ut appellentur procuratores / qui negocii nostri aliquid gerant : sed ī hac re cognita sente

Familia

PRO A.CAECINNA AD RECVPERATORES.

lia interdicti uerba exquiri omnia noluerunt: non enim alia causa est æquityatis in uno seruo & in pluribus non alia ratio iuris in hoc genere dūtaxat utrum me tuus procurator is qui legitime procurator dicitur omnium rerum: an is qui in Italia non sit, absit ue Reipubli.causa/ quasi pene quidam dominus hoc est alieni iuris uicarius aut tuus colonus aut uicinus aut cliens aut libertus: aut quis qui illam uim deiectionēq; tuo rogatu aut tuo nomine fecerit, quare si ad eum restituendum qui ui deiectus est eandem uim habet æquitatis ratio: ea intellecta certe nihil ad rem pertineat quæ uerborum uis sit ac nominum. Tam restitues si tu⁹ me libertus deiecerit nulli tuo præpositus negocio, q; si procurator deiecerit, nō quo omnes sint procuratores, qui aliquid nostri negotiū gerūt: sed q; in hac re quæri nihil attinet. tam restitues si unus seruulus q; si familia fecerit uniuersa: non quo idem sit seruulus quod familia: uerum quia non quibus uerbis quidq; dicatur quæritur, sed quæ res agatur: et si longius a uerbo recedamus, ab æquitate non tātulum quidem. si tuus seruus nullus fuerit & omnes alieni ac mercenarii tamen & ipsi serui tuæ familiæ & genere & nomine continebūt. pge porro hoc idē iterdictū seq: hoīnib; coactis/neminē coegeris ipi cōuenerit sua spōte: certe coegerit is q cōgregat hoīnes & cōuocat. Coacti sunt ii q ab aliquo sunt unū in locū congregati: si non modo conuocati non sunt sed ne conuenerūt quidem: sed hi modo fuerunt qui etiam antea non uis ut fieret, uerum colēdi aut pascēdi causa eē in agro cōsueuerant: defendes homines coactos non fuisse: & uerbo quidē superabis meipso iudice: re autem non consistes quidem ullo iudice. Vim enim multitudinis restitui uoluerunt non solum conuocatæ multitudinis: sed plerūque ubi multitudine opus est homines cogi solent: ideo de coactis compositum interdictum est: quod etiam si uerbo differre uidebitur re tamen erit unum & omnibus in causis idem ualebit: in quibus perspicitur una atque eadem causa æquitatis armatis, quid dicemus? armatos si latine loqui uolumus quos appellare iure possumus? opinor eos qui scutis telisq; parati ornatiq; quid igitur si glebis aut saxis aut fustibus aliquē de fundo præcipitem egeris, iussusq; sis quem hominibus armatis deieceris restituere: restituisse dicas te: uerba si ualēt, si causæ non ratione sed uocibus ponderantur: me auctore uinces profecto non fuisse armatos eos, qui saxa iacerēt: qui de terra ipsi tollerent: non esse arma cespites neq; glebas: non fuisse armatos eos: qui prætereuntes ramum refregerunt arboris: arma eē suis nominibus alia eē ad tegendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerunt eos inermes fuisse dices. Verum si quidem erit armorum iudiciū: tum ista dico: iuris iudicium cum erit & æquitatis caue ī ista tā frigida tam iejuna calūnia delitescas, non enim r̄spēries quēquā iudicem aut recuperatorem qui tanq; si arma militis īspiciēda sunt itapbet armatū: sed pinde ualebit q; si paratissimi fuerit si repīēt ita parati eē: ut uim uitæ aut corpori potuerit afferre. Atq; ut magis intelligas q; uerba nihil ualeat; si tu solus aut quis unus cū scuto cū gladio ipetū ī me fecis-

21 § Familia se de uis
ui armis;

23 § armis se de uib; r̄spēto;

ORATIO.

set:atque ego ita deiectus essem:auderes ne dicere interdictum eē de armatis
 hominibus :hic autem hominem armatum unum fuisse: non opinor:nam im
 pudens esles:atqui uide ne multo nunc sis impudentior. Nam cum quidem
 omnes mortales implorare posses,q̄ homines in tuo negocio latine obliuiscer
 entur.q̄ inermi armati iudicarentur:q̄ cum interdictum esset de pluribus:cō
 missa res esset ab uno:unus homo plures eē homines iudicaretur.uerum in his
 causis non uerba ueniunt in iudicium:sed ea res cuius causa uerba hæc in inter
 dictum coniecta sunt:uim/quæ ad caput & ad uitam pertinet restitui sine ulla
 exceptione uoluerunt.Ea fit plerūq; per homines coactos armatosq;:si alio cō
 filio eodem periculo facta sit: eodem iure eē uoluerunt .non enim maior est in
 iuria si tua familia q̄ si tuus uillicus:non si tui serui q̄ si alieni ac mercenarii:nō
 si tuus procurator:q̄ si uicinus aut libertus tuus:non si coactis hoīnibus q̄ si uo
 luntariis aut etiam assiduis ac domesticis :non si armatis quā si inermibus: q̄
 uim haberent armatorum ad nocendum :non si pluribus q̄ si uno armato:qui
 bus enim rebus plerūq; uis fit :eiusmodi hæ res appellantur interdicto : si per
 alias res eadem facta uis est :ea si uerbis interdicti non concluditur:tamen sen
 tentia iuris atque auctoritate retinetur.Venio nunc ad illud tuum / non deieci
 si eum non si ui accedere:puto te ipsum Piso perspicere quāto ista sit angustior
 iniquiorq; defensio/q̄ si illa uterere/non fuerunt armati: cum fustibus & saxis
 fuerunt:Sí mehercule mihi non copioso homini ad dicendum optio detur/utq;
 malim defendere non esse deiectum eum:cui ui & armis ingredienti sit oceur
 sum:an armatos non fuisse eos qui sine scutis sine ferro fuerunt:omnino ad p/
 bandum/utranque rem uideam infirmam nugatoriāq; esse:ad dicendum au
 tem in altera uideam mihi aliquid reperire posse/non fuisse armatos: qui neq;
 ferri quicq; neq; scutum ullum habuerint .hic uero hæream si mihi defenden
 dum sit eum qui pulsus fugatusq; sit non eē deiectum.atq; illud in tota defen
 sione tua mihi maxime mirum uidebat:ne dicere/iuris consultorum auctorita
 ti obtemperari non oportere .quod ego tametsi non nunc primum neque ī hac
 cā solū audio:tamē admodū mirabar abs te quāobrē diceretur.Nā cæteri tum
 ad istā orationē decurrūt:cū se in cā putant habere æquū & bonū quod defen
 dant /si contra uerbis & litteris & ut dici solet sūmo iure contēditur:solēt eius
 modi iniqtati & boni & æqui nomen dignitatemq; opponere.Tū illud qd' di
 citur sic uenire irrident/tū aucupia uerbis & litterarum tendiculas in inuidiam
 uocat:tū uociferant ex æquo & bono;non ex callido uersutoq; iure rē iudicari
 oportere:scriptū sequi/calūniatoris eē:boniq; iudicis/uolūtatem scriptoris auc
 toritatēq; defēdere.In ista uero cā cū tu sis is / qui te uerbo litteraq; defendas:
 cum tuæ sint partes/ unde deiectus es :an inde quo prohibitus es accedere :eie
 ctus es nō deiectus:cū tua sit hæc oratio:fateor me homies coegisse :fateor ar
 massle:fateor tibi mortem eē minatum :fateor hoc interdictū prætoris uindica
 ri si uoluntas & æquitas ualeat: sed ego inuenio in interdicto uerbum unum

*Restitutio smie ulla excep.
yptione*

Natura interdicto

Nugatoria res defendi p̄

Agnū & bonū.

PRO.A.CAECINNA AD RECUPERATORES.

ubi delitescam: non deieci ex eo loco quem in locum prohibui ne uenires: in ista defensione accusas eos qui consuluntur q̄ & quitaris censeant rationem non uerbi haber oportere. Et hoc loco Sc̄euolam dixisti causam apud .C. uiros non tenuisse quem ego antea non cōmemoraui q̄ idem faceret q̄ tu nunc: tametsi ille in aliqua causa faciebat: tu in nulla facis: tamen probasset nemini quod defendis: quia uerbis oppugnare & quitaris uidebatur. cum id miror te hoc in hac re alieno tempore & cōtra quam ista causa postulasset defendisse: tū illud uulgo in iudiciis & nōnūquā ab ingeniosis hominibus defendi mihi mi- tum uideri solet/nec iureconsultis concedi/nec ius ciuile i causis semper ualere oportere: nam qui hoc disputant si id dicunt/ non recte aliquid statuere eos qui consulatur / nec hoc debent dicere iurisconsultis sed hominibus stultis obtem- perari non oportere : sin illos recte respondere concedunt & aliter iudicari di- cunt oportere : male iudicari oportere dicunt: Neque enim fieri potest ut ali- ud iudicari de iure aliud responderi oporteat : nec ut quisquam iuris numeret peritus qui id statuat eē q̄ non oporteat iudicari. At est aliquando contra iudi- catum. Primum utrum recte an perperam: si recte id fuit ius quod iudicatum est: sin aliter: non dubium est utrum iudices an iurisconsulti uituperandi sint. deinde si de iure q̄ppiā iudicatum est/potius contra iurisconsultos statuūt si ali- ter pronunciatum ē ac Mutio placuit: q̄ ex eō& auctoritate sicut Manilius sta- tuebat/sic ē iudicatum: etenim ipē Crassus nō ita causam apud. C. uiros egit ut contra iurisconsultos diceret: sed ut hoc doceret illud quod Sc̄euola defende- bat non esse iuris:& in eam rem non solum rationes afferret/sed etiā. Q. Mu- tio socero suo multisque peritissimis hominibus auctoribus uteretur. Nam q̄ ius ciuile cōtemnēdum putat/ is uincula refellit nō mō iudicio& sed etiā utilita- tis uitæq̄ cōmuniſ. qui autē interpretes iuris uituperat si imperitos iuris eē di- cat: de hominibus non de iure ciuili detrahit: si peritis non putat obtemperan- dum: non homines lādit sed leges ac iura labefactat: quod nobis uenire in mē tem profecto necesse est: nihil eē in ciuitate tam diligenter q̄ ius ciuile retinen- dum: & enim hoc sublato nihil est quare exploratum cuiquam possit eē quid suum aut quid alienum sit: nihil est quod & quabile inter omnes: atq̄ unum oī- bus esse possit. itaque in cāteris controuersiis atque iudiciis cum quāritur ali- quid factum nec ne sit: uerum an falsum pferatur & fictus testis subornari so- let & imponi falsæ tabulæ: non nunquam honesto at probabili nomine bono uiro iudici error obīici: improbo facultas dari/ut cum sciens perperam iudicarit testamentum aut tabulas securus eē uideatur. in iure nihil est eiusmodi recu- peratores non tabulæ falsæ: non testis improbus: denique nimia ista quæ domi- natur in ciuitate potentia in hoc solo genere quiescit: quid agat: quo modo agi- greditatur iudicem: qua denique digitum proferat non habet: illud enī pro te ē dici iudici ab aliquo non tam uerecundo homine q̄ gratioſo: iudica hoc factū esse aut nūquam esse factum uel creatū. Crede huic testi: has cōproba tabulas:

An Iureconsultis obīpandū

Cōtemp̄ iuris Ciuilis

ORATIO.

hoc non potest esse/cui filius natus sit eius testamentum non esse ruptū: iudica
quod mulier sine tutorē auctore promiserit deberi/non est aditus ad huiuscē-
modi res: neq; potentiaē cuiusq; neq; gratiaē: deniq; quo minus hoc sanctiusq;
uideatur: de pretio q; corrumphi iudex ī eiusmodi causa potest: iste uester testis
qui ausus est dicere fecisse uideri eum: de quo ne cuius rei argueretur quidē sci-
re potuistis: ipse nunq; auderet iudicare deberi uiro dotem/ quam mulier nullo
auctore dixisset. O rem præclarām uobisque ob hoc retinēdam recuperatores:
quod enim est ius ciuile? quod neq; inflecti gratia: neq; perfringi potentia: ne-
q; adulterari pecunia possit. qd si nō modo oppressum sed etiā desertū aut ne-
gligentius asseruatum erit: nihil est quod quisq; se habere certum aut a patre
accepturum: aut relietur liberis arbitret̄. quid. n. refert ædes aut fundum re-
licitum a patre aut aliqua ratione habere bene partum/ si īcertum sit: quæ cum
omnia tua iure mancipiū sint ea possis ne retinere? si partitum si cōmūtū ius
si ciuili ac publica lege contra alicuius gratiā teneri non potest? Quid inq; pro-
dest fundū habere/ si quæ decentissime descripta a maioribus iura finium/ pos-
sessiōum/aquarum/ itinerumq; sunt: hæc perturbari aliqua ratione cōmutariq;
possunt? Mihi credite: maior hæreditas uenit unicuiq; nostrum ī iisdem bonis
a iure & a legibus: q ab iis/a quibus illa ipsa bona relīcta sunt. Nam & ut per-
ueniat ad me fundus testamēto alicuius fieri potest: ut retineam quod meum
factum sit: sine iure ciuili non potest: fundus a patre reliqui potest at usucapio
fundī: hoc est finis sollicitudinis ac periculorum litiū nō a patre relinquitur sed
a legibus. Aquæ ductus/ haustus/ iter/ actus a patre: sed rata auctoritas harum
rerum omniū iure ciuili sumitur. Quapropter non minus diligenter ea quæ a
maioribus accepistiis publica patrimonia iuris q priuatae rei uestræ retinere de-
betis: non solū q hæc iure ciuili septa sunt: sed etiam quod patrimoium, unius
īcōmodo dimitetur: ius amitti non potest sine magno īcōmodo ciuitatis, in
hac ipsa causa recuperatores si hoc nos non obtinebimus: ui armatis homini-
bus deiectū esse eum: quem ui armatis hominib; pulsum fugatumq; esse cō-
stet: Cæcina rem nō amittet quam ipsam animo forti si tempus ita feret amit-
teret: in possessionem in præsentia non restituetur: nihil amplius Po. Ro. cā: ci-
uitatis ius: bona: fortunæ/ possessionesq; in dubium incertūq; reuocantur. Ve-
stra auctoritate hoc constituetur hoc præscribetur: qui cum tu posthac de pos-
sessione contendes: eum si ingressum modo deieceris ī prædium restituat opor-
tebit. Sin autem ingredienti cum armata multitudine obuius fueris & ita ueni-
entem repuleris fugaris auerteris: non restituis tu res: si equos uestes si uim nō
in cæde solum sed etiam in animo libidinis nisi cruor appareat: uim nō esse fac-
tam in iuris delictum: qui phibitus sit libidinis nisi ex eo loco ubi uestigium
ira presserit/ deiici neminem posse: iuris retinet sententiā: & æqtatē plurimū ua-
lere oportere: libidinis uerbo ac littera ius omne torqueri: uos statuite recupe-
ratores ne uilior res esse uideatur: hoc loco p̄cōmode accidit q; non adest is qui

Mis Juris Ciuilis

Amissio Juris peniculosa

PRO A.CAECINNA AD RECVPERATORES.

pauloante affuit & adesse nobis frequenter in hac causa solet vir ornatissimus
Caius Aquilius: nam ipso praesente de uirtute eius & prudetia timidius diceret
quod & ipse pudore quodam afficeret ex sua laude: & me similis ratio pudoris a
praesenti laude tardaret: cuius auctoritati dictum est ab illa causa cōcedi nimiū
nō oportet. Vereor de tali uiro ne plus dicā q̄ uos aut sentiatis aut apud uos cō
memorari uelitis: quapropter hoc dicam nunq̄ eius auctoritatē nimium uale
re: cuius prudentiā. Po.Ro.in cauendo nō in decipiendo p̄spexerit: qui iuris ci
uilis rationem nunq̄ ab æquitate seiunxerit: qui tot annos ingenii: laborē: fidē
suam. Po.Ro.promptā expositamq̄ præbuerit: qui ita iustus & bonus vir est
ut natura nō disciplina cōsultus esse uideat: ita peritus ac prudens ut ex iure ci
uili nō scientia solū quædam: uerūtiā bonitas nata uideat. Cuius tantū est in
geniū: ita prompta fides: ut quicquid inde haurias purū līqdūq; te haurire sen
tias. Quare pmagnam iit is a nobis gratiā: cū eum auctore nostræ defensionis
esse dicitis: illud autem miror cur uos aliquid cōtra me sentire dicatis: cū eū au
ctore uos pro me appelleatis: nostrū nominetis. uerūtamen qd ait iste uester au
ctor: omnibus quidq; uerbis actum pronuntiatumq; sit: conuenit: ego ex isto
genere consultor nō nominē ut opinor istum ipsū: quo nos auctore rem istam
agere & defensionem causæ constituere uos dicitis: qui cum istā disputatiōem
mecum ingressus esset non posse probare quēq; esse deiectum nisi ex eo loco i
quo fuisset rem & sententiā interdicti mecum facere fatebatur. Verbo me exclu
di dicebat: a uerbo autē posse recedi non arbitrabatur: cū exemplis uterer mul
tis: etiā illa materia æquitatis a uerbo & ab scripto pluribus s̄aepē in rebus ius &
æqui boniq; rōnem esse seiunctam: sempq; id ualuisse plurimū quod in se au
ctoritatis habuisset æquitatisq; plurimū: cōsolatus est me & ostēdit in hac ipsa
cā nihil esse quod laborarē. Nam uerba ipsa spōsionis facerent mecum si uelle
diligēter attēdere. Quonā inquā modo: quia certe inquit deiectus est Cæcin
na uī hoībus armatis aliquo ex loco si nō ex eo loco quē in locū uenire uoluit:
at ex eo certe unde fugit. Quid tum prætor inqt: interdixit ut unde deiectus es
set eo restitueretur: hoc est quicūque is locus esset unde deiectus esset: Ebutius
autē q; fatef̄ aliquo ex loco deiectū esse Cæcinnā: quo modo is se restituisse di
xit: necesse est male fecerit spōsionē. Quid est piso: placet tibi pugnare uerbis
placet cām iuris & æqratis & nō nostræ possessiōis: sed omnino possessionum
oīum cōstituere in uerbo. ego qd̄ mihi uideret qd a maioribus factitatū: quid
horum auctoritate quib; iudicandū est dignū eēt ostendi: id uerum: id æquū:
id utile oībus esse: spectari quo consilio & qua sententia nō quib; quicq; uer
bis esset actū: tu me ad uerbū uocas: Nō ante uenio q̄ recusaro: nego oportere.
Nego optineri posse: nego ullā rem esse quā aut comprehendī satis aut cauerī
aut excipi possit: si aut præterito aliquo uerbo / aut ambigue posito: sententia et
re cognita non id quod intelligitur / sed id quod dicitur ualebit. Quoniam sa
tis recusaui: uenio iam quo uocas: quāero abs te sim ne deiectus non de Fulci

Laus C Agly

Finis iuris.

Sponsio interdictoriæ.

ORATIO.

niano fundo: neq; enim Po. R. si ex eo fundo essem deiectus: Ita me restitu*i*ussit: sed eo unde deiectus essem: sum ex proximo uicini fundo deiectus qua adibam ad istum fundum: sum de uia: sum certe aliunde: siue de priuato siue de publico: restitui sum iussus: te restituisse dixisti: nego me ex decreto prætoris restitutum eē. Quid ad hæc dicimus? aut tuo quemadmodum dicitur gladio aut nostro defensio tua conficiatur necesse est. Si ad interdicti sententiā cōfugisset: de quo fundo actum sit tum cum Ebutius restituere iubebatur id quæ rendum eē dicas: neq; æquitatem rei uerbi laqueo capi putas oportere: in meis castris præsidii sc̄p uersaris: mea est ista defensio: ego hoc uociferor: ego oīs homines deosq; testor: cum maiores uim armatam nulla iuris defensione texerit: non uestigium eius q deiectus sit: sed factum illius qui deiecerit iudicium uenire: deiectum eē qui fugatus sit: uim eē factam: cum periculum mortis sit inuestum. Istum locum fugis & reformidas: & me ex hoc ut ita dicam campo æg tatis ad istas uerborum angustias: & ad omnes litterarum angulos reuocas: in his ipsiſis intercludere uis insidiis quas mihi conaris opponere: non deieci sed e ieci. per acutum hoc tibi uide: hic est mucro defensionis tuæ: in eum ipsum cā tua incurrat necesse est: ego enim tibi resero: si nō sum ex eo loco deiectus quo prohibitus sum accedere: at ex eo sum deiectus quo accessi: unde fugi: si prætor non distinxit locum quo me restitui iuberet & restitui iussit: non sum ex decreto restitutus. V elimin recuperatores hoc totum si uobis uersutius q mea consuetudo defendendi fert uidebitur: sic existimetis: primum alium non me excogitasse: deinde huius rationis non modo non inuentorem sed ne probatorem q dem eē me: non ad meam defensionem attulisse sed illoq defensioni retulisse: me posse pro meo iure dicere: neq; in hac re quam ego protulī quæri oportere qbus uerbis prætor interdixit: sed de quo loco sit actum cum interdixerit: neq; etiam in ui armatorum spectari oportere in quo loco sit facta uis: Verum sit ne facta: te uero nullo modo posse defendere: in qua re tu uelis uerba spectari oportere: in qua re non oportere: uerū tamen & quid mihi respondetur ad illud quod antea dixi: non solum re & sententia sed uerbis quoq; hoc interdictum ita eē compositum: ut nihil cōmutandum uideretur. attendite diligenter quæso recuperatores: est enim uestri ingenii nō meam sed maiorum uestrorum prudential cognoscere. Non enim sum id dicturus quod ego inuenierim: sed qd illos non fugerit: cum de ui interdicitur. duo genera causarum eē intelligebat ad quæ interdictum pertineret: unum si qui ex eo loco quo ueniret: alterum si ab eo: & horū utrūq; neq; præterea quicq; potest accidere recuperatores. id adeo si placet considerate. Si qui meam familiā de meo fundo deiecerit: si qui mihi præsto fuerit cum armatis hominibus extra meum fundum & me introire prohibuerit: non ex eo loco sed ab eo loco me deiecerit: ad hæc duo genera rerum uerbum quod satis declararet utrasq; res inuenierunt: ut siue ex fundo siue a fundo deiectus essem: uno atq; eodem interdicto restituerer. Vnde tu hoc uer

Decretum.

PRO A.CAECINNA AD RECVPERATORES.

Vnde

būm: unde utrūq; declaras: & ex quo & a quo loco: unde deiectus ē Cæcinna: Ex urbe: unde deiecisti: ab urbe: unde deiecti Galli: a capitolio: unde qui cum Graccho fuerunt: ex capitolio: uidetis igitur hoc uno uerbo significari res duras & ex quo & a quo loco ui. cum autē eo restitui iubet: ita iubet ut si Galli a maioribus nostris postularent ut eo restituerentur unde deiecti essent: & aliqua ui hoc assequi possent: non opinor eos in cuniculū q̄ aggressi erant sed in Capitolum restitui oporteret. hoc enim intelligit' unde deiecisti restitue ī hunc locum siue ex quo loco siue a quo loco eo restituas: hoc iam simplex est in eum locum restituas: siue ex hoc loco deiecisti restitue in hunc locum: siue ab hoc loco restitue in eum locū: non ex quo sed a quo deiectus est. ut si qui ex alto cum ad patrīam accessisset tēpestate subito reiectus optaret ut cum esset a patria reiectus eo restitueret: hoc opinor optaret / ut a quo loco depulsus eēt in eum se fortuna restitueret nō in salum sed in ipsam urbē quā petebat. Sic (quoniā uim uerborū necessario similitudine resq; aucupamur) qui postulat ut a quo loco deiectus ē hoc ē unde deiectus ē eo restituat: cū uerba eo nos ducunt iā res ipsa hoc sentire atq; intelligere cogit. Etenim Piso redeo nunc ad illa principia defensio nis meæ. Si qs te ex ædib; tuis ui hominib; armatis deicerit: qd ageres: opinor hoc interdicto/quo nos usi sumus: psequerei. Quid si q; iam de foro redeū tem armatis hominib; domum tuam te introire prohibuerit: quid ageres: utere re eodem interdicto: cum igitur Po. Ro. interdixerit ut unde deiectus es restituis: tu hoc idem quod ego dico & quod pspicuū est interpretabere: cum illud uerbum unde in utrāq; rem ualeat: eoq; tu restitui sis iussus: tam te in ædes tuas restitui oportere: siue ex uestibulo q̄ si ex interiorē ædium parte deiectus sis. Ut uero iam recuperatores nulla dubitatio sit siue rem siue uerba spectarū uultis: quin secūdum nos iudicetis: exoritur hic iam obrutis rebus omnib; & perditis illa defensio/eum deiici posse q; tum possidebat: qui nō possidebat nullo modo posse. Itaq; si ego sum a tuis ædibus deiectus: restitui non oportere: si ipse sis oportere. Numera q̄ multa in ista defensione falsa sint Piso: Ac primum illud attende: te iam ex illa ratione eē depulsum quod negabas quēq; deiici posse: nisi dubium eē etiam posse concedis. eum qui non possideat negas deiici posse. cur ergo aut in illud quotidianum iterdictum: unde ille me ui deiecit: additur: cum ego possiderē: si deiici nemo potest qui nō possidet: Aut in hoc iterdictū de hoīnib; armatis nō addit' / si oportet quāri possederit nec ne:negas deiici nisi q; possideat: ostēdo si sine armis coactis uehoīnib; deiectus quisq; sit: eū qui fastatur se deiecisse uincere sponsionē: si ostendat eū nō possedisse: negas deiici nisi qui possideat: ostēdo ex hoc interdicto de armatis hominib;: q; possit ostēdere non possedisse eū q; deiectus sit: condēnari tamē sponsionis necesse ē si fastatur eē deiectū. Dupliciter hoīnes deiiciunt' aut sine coactis armatis uehoīnib;: aut per eiusmodi rationē aut per uim. ad duas dissimiles res duo deiuncta interdicta sunt: in illa ui quotidiana non satis est posse docere sese deiectū

ORATIO.

nisi ostendere possit cū possideret tum electum:ne id quidem satis est nisi docet ita se possedisse:ut nec ui:nec clam:nec precario possederit. Itaq; is q restituisse dixit magna uoce confiteri solet/se ui deieciisse:uerū illud addit non possidebat uel cū hoc ipsum concessit:uincit tñ sponsonē: si planū facit ab se illū aut ui aut clam aut precario possedisse. uidetis ne quot defensionib; eum q armis ac multitudine uim fecerit uti posse maiores uoluerūt? Hunc uero q a iure officio bonis moribus ad ferrū ad arma ad cædem confugerit nudum in causa destitutū uidetis. q aut armatus de possessione contendisset inermis plane de sponsonē certaret. Et quid igitur interest Piso inter hæc interdicta? & quid iterest utrum hoc additū? cum. A. Cæcinna possederit nec ne:& quid te ratio iuris & quid in terdictor; dissimilitudo & quid auctoritas maiorū cōmouet? Si eēt additum, de eo quæri oporteret: additum non est/tamē oportebit: atq; ego in hoc Cæcinnam non offendō. possedit enī Cæcinnna recuperatores:& id tametsi extra cām ē: pcurrā tamē breui:ut non minus hominē ipsum q rē cōem defensam uelitis: Cæsenniā possedisse propter usumfructū non negas: qui colonus habuerit cōductum de Cæsennia fundum / cum idem ex eadē conductione fuerit in fundo: dubium est quin si Cæsennia tum possidebat cū erat colonus ī fundo: post eius mortem hæres eodem iure possederit: deinde ipse Cæcina cū circuiret prædia uenit in istum fundum: rationes a colono accepit: sunt in eadem re testimonia: postea cur Ebuti de isto potius fundo q de alio si quē habes: Cæcīnæ denū ciabas? Si Cæcinnna non possidebat: ipse porro Cæcinnna cur se moribus deducit uolebat: idq; tibi de amicorū de huiusq; aqlī sentētia respōderat & ad eum. At enim scylla legem tulit: ut nihil de illo tempore nihil de calamitate reip. rā. hoc tibi respondeo ascripsisse eundem syllam in eandem legem: si quid ius non eēt rogari/eius ea lege nihil rogatū: qd est quod ius nō sit quod populus iubere aut uetare non possit: ut ne longius habeā declarat ista scriptio eē aliqd. Nam si eēt hoc in oīb; legib; non ascriberet. Sed quæro a te putasne si populus iusserit me tuum aut item te meum seruum eē: id iussum ratum atq; firmū futurū: perspicis hoc nihil eē:& ea teris quæ inter primum illud concedis non qcqd populus iusserit ratum eē oportere: deinde nihil rationis affers: quāobrē si libertas adimi nullo modo possit ciuitas possit: nam ex eodem modo de utraq; re traditum nobis est:& si semel ciuitas adimi pō: retineri libertas nō potest. Qui enim potest iure quiritū liber eē is qui in numero qritū nō est? Atq; ego hanc adolescentulus cām cum agerē contra hominem disertissimum nostrā ciuitatis Cottam/ probauī cum arretinæ mulieris libertatē defēderē:& Cotta de cœuiris religionē iniecisset, non posse sacramentum nostrum iustum iudicari: q arretinis adempta ciuitas esset:& ego uehementius contēdissem ciuitatē adimi non potuisse. x. uiri p̄ia actione non iudicauerūt: postea re quæsita & deliberaata sacramentū nostrum iustum iudicauerunt. Atq; hoc cōtradicēte Cotta & Sylla uiuo iudicatum ē. iam uero in cæteris ut oēs q in eadem cā sunt & lege

PRO A. CAECINNA AD RECVPERATORES.

agant: & suum ius persequāt' & omnes iure ciuili sine cuiusq; aut magistratus
 aut iudicis aut periti hominis aut imperiti dubitatione utant': Quid ego cōme/
 morē? Dubiū nemini uestrū: certe quāri hoc solere me non præterit: ut ex me
 ea quā tibi in mentem nō ueniunt audias: quēadmodū si ciuitas adimi nō pos/
 sit: i coloniās latīnas sēpe nostræ ciues pfecti sīnt aut sua uolūtate aut legis mul/
 etā quā multā si sufferre uoluissēt tamē manere i ciuitate uoluissēt: qd quē pa/
 ter patratus dedidit: aut suus pater populusue uēdidit quo is iure amittit ciuita/
 té: ut religione ciuitas soluat: ciuis romanus detrudit: q cū ē acceptus ē eorum
 qbus est deditus: si nō accipiūt mācipi. numātini retinēt integrā causā & ius ci/
 uitatis. Si pater uēdidit eū quē i suā ptātem suscepit ex ptāte dimittit: iā popu/
 lus cū eū uēdidit q miles factus nō eēt nō adimit ei libertatē: sed iudicat nō esse
 eū liber: q ut liber sit adire piculū noluit: cū autē iensū uendidit: hoc iudicat cū
 is q i seruitute iusta fuerit censu liberetur: eū q cū liber esset cēseri noluerit: ipsū
 sibi libertatē abiūdicasse: q si maxie hisce rebus adimi libertas aut ciuitas po/
 test: nō itelligunt q hoc cōmemorāt: sed p has rōes maiores adimi posse uolue/
 rūt: alio mō noluisse: nā ut hæc ex iure ciuili pfluxerūt sic aderant ueli qbus le/
 ge aut rōne ciuitas aut libertas erepta sit. nā quod ad exiliū attinet: p spicue itel/
 ligi potest qle sit. exiliū. n. nō suppliciū est sed pfugiū portusq; supplicii. nā q
 uolūt pœnā aliquā subterfugere aut calamitatē eo solū uertūt hoc est sedē aut
 locū mutāt. Itaq; nulla i lege nostra repiet' nec apud cæteras ciuitates malefici/
 um ullū exilio eē multatū. Sed cū oēs uincula necis ignominiasq; uitant: quā
 sūt legib; cōstitutæ cōfugiūt q si ad arma in exiliū. q si i ciuitate legis uī subire
 uellent: nō prius ciuitatē q uitā amitterent. q nolūt: non adimit his ciuitas sed
 ab his reliq; atq; deponit: Nā cū ex nīo iure duar; ciuitatū nemo eē possit / tū
 amittit hæc ciuitas deniq; cū is qui pfugit iceptus ē i exiliū: hoc ē i alia ciuita/
 té. nō me præterit fcupatores tametsi de hoc iure multa prætereo: tamen me lō
 gius plapsum esse q ratio nostri iudicii postularit: uerum id feci non quo uos i
 hac causa hanc defensionē desiderare arbitrarer: sed ut oēs itelligerēt nec adē/
 ptam cuiq; ciuitatem esse neq; adimi posse. hoc cū eos scire uolui quibus Sylla
 uoluit iniuriā facere: tū oēs cæteros nouos ueteresq; ciues: neq; eīm ratio afterri
 potest cur si cuiq; nouo ciui potuerit adimi ciuitas: nō omnibus patritiis: oībus
 antiquissimis ciuib; possit. Nam ad hanc quidē causā nihil hoc pertimusse:
 primū ex eo intelligi potest: q uos de re iudicare non debetis: deinde q Sylla
 ipse ita tulit de ciuitate ut nō sustulerit: eorum nexa atq; hæreditates. iubet enī
 eodem iure esse quo fuerunt Ariminenses: quos quis ignorat. xi. coloīarū fuis/
 se & a ciuitate romana hæreditates cape potuisse: q si adimi ciuitas. A. Cæcinæ
 lege potuisset: magis illam rationem tamē omnes boni quæreremus: quemad/
 modum spectatissimum prudentissimumq; hominem sūmo consilio summa
 uirtute: summa auctoritate domestica præditum: leuatum iniuria ciuem retine/
 re possemus: quam uti nunc de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere. quisquā

ORATIO.

extat nisi tuis sexte similis & stultitia & impudentia qui hūic ciuitatem ademp tam esse dicat? qui quoniam recuperatores suum ius non deseruit: neq; quicq illius audaciae petulantiae&q; concessit de reliquo iam cōunem causam Po. q; Roma. ius in uestra fide ac religione depono. Is homo ita se pbatum uobis ue striq; similib; semper uoluit ut id non minus in hac causa laborarit nec contēderit aliquid / q; ne dissolute reliquere uideretur. Nec minus uereretur/ne con tēnere Ebutium q; de eo contemptus eē existimaretur. Q uapropter si quid ex tra iudicium quod uirtuti hominū tribuendum sit: habetis hominem singu larī pudore: uirtute cognita:& spectata fide :amplissimis uiris Etruriæ nomine totius in utraq; fortuna cognitum multis signis & uirtutis & humanitatis. si qd in contraria parte in homine offendendum sit: habetis eum ut nihil dicam am plius: qui se homines coegisse fateatur: sin hominib; remotis de cā quæritis: cū iudicium de ui sit: is qui arguitur uim se hominibus armatis fecisse fateatur: uer bo se non æqtate defendere conetur: id quoq; ei uerbum ipsum ereptum eē ui deatis/ auctoritatem sapientissimorū hominum facere nobiscum : in iudicium non uenire: utrum Cæcina possederit nec ne cum doceret possedisse : multo iam minus quærit. A. Cæcinnæ fundus nec ne: si me id ipsum docuisse fundū eē Cæcinnæ: cum hæc ita sint: statuite quid uos tempora R eipubli. de armatis hominibus: quid illius confessio de ui/ quid nostra decisio de æquitate: quid ra tio interdicti de iure admoneat ut iudicetis,

M.T.C. IN LVCIVM PISONEM ORATIO. XXV IIII.

AM NE VIDES BELLVA ?IAM NE SENTIS Q uæ sit hominū querela frontis tuæ ? nemo queritur Syrum nescio quem de grege nouitorum factum eē consulem? Non enī nos color iste seruilis non pilosæ genæ: non dentes putridi decepe runt. Oculi / supercilia/ frons/ uultus deniq; totus q sermo qui dam tacitus mentis est: hic in errorem homines impulit: hic eos quib; erat igno tus decepit : se fellit. hic in fraudem induxit. pauci ista tua lutulenta uitia noramus. Pauci tarditatem ingenii: stuporem debilitatemq; linguæ. Nunq; erat au dita uox in foro. Nunquam periculum factum consilii/ nullum non modo illu stre sed ne notum quidem factum aut militiæ aut domi. obrepisti ad honores errore hominū : cōmendatione fumosarum imaginum/ quarum simile habes nihil præter colorē. Is etiam gloriatur se omnis magistratus sine repulsa affec tum. Mihi ista licet de me uera cum gloria prædicare. Omnes enī honores Po. Roma. mihi ipsi homini nouo detulit. Nam tum cum quæstor factus es: etiam q te nūq; uiderat tamen illum honorem nomini mandabant tuo. Edilis es fact⁹ Piso est a Po. Ro. factus. non iste Piso: prætura item maioribus delata ē tuis . Noti erant illi mortui: te uiuum nondū nouerat quisq;. Me cum quæstorem in

IN PISONEM.

primis: ædilem priorem: prætorem primum cunctis suffragiis Po.R. faciebat: homini illi honorē non generi; moribus non maioribꝫ meis: uirtuti perspectæ non auditæ nobilitati deferebant. Nam quid ego de cōsulatu loquar parto uis: an ne gesto? Mis̄erum me:cū hac me nunc peste atq; labe cōfero? Sed nihil cō: parandi causa loquar. Attamen ea quæ sunt longissime disiuncta comprehen/ dam. Tu consul es renunciatus. Nihil dicam grauius q̄ quod omnes fatentur: impeditis Reipu. temporibus: dissidentibus consilibus Cæsare & bibulo: cū hoc nō recusares iis a quibus dicebare consul: quin te luce dignum nō putarēt: nisi nequior es̄es q̄ Gabinius extitisset. Me cuncta Italia: me oēs ordines Me uniuersa ciuitas non prius tabella q̄ uoce priorem consulē declarauit. Sed omitto ut sit factus uterq; nostrum: Sit sane sors domina cāpi. Magnificentius est dicere quemadmodum gesserimus cōsulatum q̄ quemadmodum ceperimus. Ego kl. Ian. Senatum & bonos omnes legis agrariæ maxiārūq; largitionū me tu liberaui. Ego agrum campanum si diuidi nō oportuit conseruauī: si oportu/ it: melioribus auctoribus reseruaui. Ego in. C. Rabirio perduellionis reo. xl. annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra inuidiam atque defendi. Ego adolescentes bonos & fortes sed usos ea cōditione fortunæ ut si esset magistratus adepti reipu. statū cōuulsuri uideretur: meis in inimicitiis nulla senatus mala gratia comitiorū ratione priuauī. Ego antoniu collegam cupidum prouinciæ: multa in Repu. molientem patientia atq; obse quo meo mitigaui. Ego prouiciam Galliam senatus auctoritate exercitu & pe cunia instructam & ornatam: quam cum Antonio cōmunicauī: q̄ ita existima bam tempora Reipu. ferre/ in concione deposui reclamante Pop.R.o. Ego L. Catilinam cædem senatus: interitum urbis non obscure sed palam moliente egredi ex urbe iussi: ut a quo legibus non poteramus/ mœnibus tuti esse posse/ mus. Ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniuratorum nefariis manibus extorsi: ego faces iam accensas ad huius urbis incēdium comprehendii: protuli extinxī. Me.Q. Catulus princeps huius ordinis & auctor publici consiliï frequentissimo senatu parentem patriæ nominauit. Mihi hic uir clarissimus qui propter te sedet. L. Gellius his audientibus ciuicā coronam deberi a Repu. dixit. Mihi togato senatus non ut multis bene gestæ sed ut nemini conseruatæ Reipu. singulari genere supplicationis deorum immortalium templo patefecit. Ego cū in concione abiens magistratu dicere a tri. Pleb. prohiberer quæ constitueram: cunque is mihi tantummodo ut iurarem permitteret: sine ulla dubitatione iuraui Rempubli. atque hanc urbem mea u/nius opera esse saluam. Mihi Po.Roma. uniuersus illa in concione non unius diei gratulationem sed æternitatem immortalitatemque donauit: cum meum iusurandum tale atque tantum iuratus ipse una uoce atque consensu approba uit. Quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus: ut nemo nisi qui mecum es̄set ciuium esse in numero uideretur, atque ita est a me consulatus

ORATIO.

peractus: ut nihil sine consilio senatus nihil non approbante Pop. Ro. egeri. ut
semper in rostris curiam: in senatu populū defenderim: ut multitudinem cum
principibus equestrem ordinē cum senatu coniunxerim. Exposui breuiter con-
sulatum meum. Aude nunc o furia de tuo dicere; cuius fuit initium ludi compi-
talitii tum primum facti post. L. Luscelium & C. Marium consulē contra aucto-
ritatem huius ordinis: quos. Q. Metellus facio iniuriam fortissimo uiro mor-
tuo/ qui illum cuius paucos pares hæc ciuitas tulit/ cum hac importuna bellua
conferam. sed ille designatus consul cum quidam Tr. Pl. suo auxilio magnos
ludos contra senatus consultum facere iussisset/ priuatus fieri uetuit. atq; id qd
nondum potestate poterat obtinuit auctoritate. Tu cum in kal. Ian. compitali-
tiorum dies incidissent: Sex. Clodium qui nunquam antea prætextatus fuisset
ludos facere & prætextatum uolitare passus es/ hominē impurum atq; non mō
facie sed etiā oculo tuo dignissimum. Ergo his fundamentis positis consulatus
tui triduo post inspectante & tacente te a fatali portento prodigioq; Reipub. P.
Clodio lex Heliā & Fusia uersa est: propugnacula muriq; trāquillitatis atq; o-
ciī: Collegia non ea solum quæ senatus suslulerat restituta: sed innumerabilia
quædam noua ex omni sece urbis ac seruitio concitata. Ab eodem homine i stu-
bris inauditis nefariisq; uersato uetus illa magistra pudoris & modestiæ seueri-
tas sublata ē. Cum tu interim bustum Reip. q te consulem tum Romæ dicis fu-
isse: uerbo nunquam significaris sententiam tuam tātis in naufragiis ciuitatis.
nondum quæ feceris sed quæ fieri passus sis dico. Neq; uero multum interest
præsertim in consule: utrum ipse pn̄ciosis legibus: improbis concionib; Rép.
uexet: an alios uexare patiatur. An potest ulla eē excusatio non dicam male se-
tienti sed sedenti: cunctati: dormienti in maximo reip. motu consuli: centump
pe annos legem Heliā & Fusiam tenueramus. cccc. iudicium rationēq; censo-
riam. quas leges ausus est non nemo improbus: potuit quidem nemo conuelle-
re: quam potestatem minuere: quominus de moribus nostris quinto quoq; an-
no iudicaret: Nemo tam effuse petulans conatus est. Hæc sunt o carnifex i gre-
mio sepulta consulatus tui: prosequere cōnexos his funerib; dies p Aurelio tri-
bunali. ne cōniuente quidem te quod ipsum eēt scelus: sed etiam hilarioribus
oculis q solitus eras: intuente delectus seruorum habebatur ab eo: qui nihil sibi
unquam nec facere nec pati turpe esse duxit. Arma in templo castoris o prodi-
tor templorum omnium uidente te constitueban̄ ab eo latrone: cui templum
illud fuit te consule arx ciuium perditog;: receptaculum ueterū Catilinæ militū:
Castellū forensis latrociniī: bustum legum. Erat non solum domus mea sed to-
tum palatiū/ senatu: equitibus Ro. ciuitate omni Italia cuncta refertū: cū tu nō
modo ad eum Ciceronē (Mitto enī domestica quæ negari possunt, hæc cōme-
moro quæ sunt palā) nō modo inquā ad eū/ cui primā comitiis tuis dederas ta-
bulā p̄rogatiuæ/ quē i senatu sentētiā rogabas tertiu: nūq; aspirasti. sed oib; con-
siliis quæ ad me opprimendum parabant: non interfueristi solū uerūetiā sceleri

IN PISONEM.

bus eorum crudelissime p̄fueristi. Mihi uero ipsi coram genero meo propinquuo tuo quæ dicere ausus es? Egre ferre foris eē Gabinium; sine prouincia stare nō posse. Spē habere a tri. pl. Clodio si tua consilia cum illo coniunxeris, sed a senatu quidem desperasse: huius te cupiditati obseq̄ sicuti ego fecissem in collega meo: nihil eē quod præsidū consulū implorarē: sibi quēq; consulere opere. Atq; hāc dicere uix audeo. uereor ne qui sit q̄ istius insignē neqtiam frōtis inuolutā integrumentis nondū cernat: dicam tñ: ipse certe ignoscet & cū aliquo dolore flagitiorū suog recordabitur. meministi ne cenū: cum ad te quinta fere hora cū. C. Pisone uenisse/nescio quo e Gurgustio te prodire inuoluto capi te soleatum: & cum isto ore fetido teterimā nobis popinam inhalasses; excusatione te uti ualitudinis / q̄ dices uinolētis te quibusdam medicaminibus sole re curari. Quām nos causam cum accepissemus (qd enī faceū poteramus) paullisper stetimus in illo ganearum tuaq; nidore atq; fumo. Vnde tu nos cū improbissime respondendo: tum turpissime eructādo eicisti. Idem illo fere biduo p̄ ductus in concionē ab eo/cui sic æquatum præbebas consulatum tuū: cū esses interrogatus qd sentires de consulatu meo: grauis auctor calatinus credo aliqs aut africanus aut maximus: & nō Cæsonius Semiplacentinus Caluētius. res pōdes altero ad frontem sublato: altero ad mentū de p̄ssō supcilio / crudelitatē tibi nō placere. hic te homo dignissimus tuis laudibus collaudauit: crudelitatis tu furcifer senatum consul in conciōe cōdēnas: Nō me q̄ senatui parui. Nā relatio illa salutaris & diligēs fuerat consulis/animaduersio qdē & iudicium senatus: quæ cū reprehendis ostendis qualis tu si ita forte accidisset: fueris illo tēpore consul futurus. stipendio me hercule & frumēto Catilinā eē putasses iuuādū. Quid, n. interfuit inter Catilinā & eum: cui tu senatus auctoritatem: salutē ciuitatis: totā R̄ emp. prouinciæ p̄mio uendidisti? Quæ, n. L. Catilinā conātem consul prohibui: ea. P. Clodium faciētē consules adiuuerūt. Voluit ille senatū interficere. uos sustulisti: leges incēdere: Vos abrogasti: interire patriā. Vos adiuuistis. Quid ē uobis consulib; gestū sine armis? incēdere illa coniuratoꝝ manus uoluit urbē. Vos eius domū ppter quē urbs incēsa non ē: ac ne illi qdē si habuissent uestri similem consulē/de urbis incēdio cogitassent. Nō enī se tec̄is priuare uoluerūt: sed his stantib; nullū domiciliū sceleri suo fōr̄ putauerūt. Cædem illi ciuium uos seruitutē expetistiſ. hic uos etiam crudeliores. huic enī populo ita fuerat ante nos consules libertas insita: ut emori potius q̄ seruire p̄staret. Illud uerū gemēdū consiliis Catilinæ & Lentuli: q̄ me domo mea expulistiſ Cn. Pom. domū suā compulistiſ. Neq; n. me stante & manente i urbīs uigilia: neq; resistente Cn. Pomp. omnium gentium uictore unquam se illi R̄ pub. delere posse duxerunt. A me quidem etiam pœnas expetistiſ: quibus coniuratorum manes mortuorum expiatetis. Omne odium inclusum nefariis sensibus impiorum in me profudiſtiſ: quorum ego furori nisi cessissem in Catilinæ busto: uobis ducibus mactatus essem. Quod autem maius iudicium

ORATIO.

expectatis: nihil inter uos & Catilinam interfuisse: quod eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis: quod omnes undique perditos collegistis: quod in me carcerem effudistis: quod coniuratos armastis: quod eorum ferro meū corpus atque omnium bonorum uitam obiicere uoluistis. Sed iam redeo ad præclaram illam concessionem tuam. Tu es ille cui crudelitas displaceat: quod cum senatus luctum ac dolorem suum uestis mutatione declarandum censuisset: cum uides mōrēre rem. amplissimi ordinis luctu: o noster misericors quid facis? quod nulla in barbaria quisquam tyrānus. omitto enim illud cōsulem edicere: ut senatus. s. consulto ne obtemperet: quo fœdus nec fieri nec cogitari quicquid potest. Ad misericordiam redeo eius ciuis: cui nimis uidetur senatus in conseruanda patria fuisse crudelis. edicere est ausus cum illo suo pari: quem tamen omnibus uitiis superare cupiebat: ut senatus contra quod ipse censuisset ad uestitum rediret. Quis hoc facit ulla in Scythia tyrānus? ut eos quos luctu afficeret: lugere non sineret. Mōrōrem non reliquis. mōroris aufers insignia: eripis lachrymas non consolando sed minando. quod si uestem non publico cōsilio. P.C. sed priuato officio aut misericordia mutassent: tamen id iis non licere per interdictum crudelitatis tuae potestatis erat non ferendæ. Cum uero id senatus freques censuisset: ordines reliqui iam ante fecissent: tu ex tenebricosa popina consul extractus cum illa saltatrice tonsa senatum Po.Ro. occasum atque interitum. Reip. lugere uetus isti. At quærebatur etiam paulo ā de me: quid suo mihi opus fuisset auxilio: cur non meis inimicis meis copiis restituisse? Quasi uero non modo ego quod multis saepe auxilio fuisset sed quisquam tam inops fuerit unquam: qui isto non modo pugnatore tutiorem se: sed aduocato aut adstipulatore paratiorem fore putaret. Ego istius pecudis ac putridæ carnis consilio scilicet aut præsidio nititur uolebam? Ab hoc electo cadauere quicquid mihi aut opis aut ornamenti expectabam? ego tum requirebam consulem inquam non illum quidem: quem in hoc animali inuenire non possem: qui tantam reip. causam grauitate & consilio suo tueretur. Sed qui tamquam trūcus aut stipes si stetisset modo posset sustinere tamē titulum consulatus. Cum enim esset omnis causa illa mea consularis & senatoria: auxilio mihi opus fuerat & consulis & senatus: quorum alterum etiā ad perni ciem meam erat a uobis consulibus conuersum: alterum Reip. penitus ereptum. Attamen si consilium exquiris meum: neque ego cessisse & me ipsa suo cōplexu patria tenuisset. Si mihi cum Clodio illo bustuario gladiatore & tecum & cum collega tuo decertandum fuisset. alia enim cā p̄stantissimi uiri. Qui C. illi Mario fortissimo uiro & consuli & Sextum consuli & eius inuictis legionibus ne armis cōfligeret cedēdū eē duxit. Quod mihi igitur certamē esset eiusmodi cū C. Mario. s. aut cum aliquo pari: an cum altero barbaro Epicureo: cum altero Catilinæ laternario: quos neque hercule ego supcilium tuum: neque collegae tui Cibala & crotalia fugi. neque tam fui timidus ut quod maximis turbinibus ac fluctibus Reipu.

IN PISONEM.

nauē gubernassem: saluamq; in portu collocassem: frontis tuæ nubeculam tū collegæ tui contaminatum spiritum pertimesceré: alios ego uidi uētos: alias p' spxi animo procellas: aliis impendéibus tépestatibus non cessi: sed his unū me pro omnium salute obtuli: itaq; discessu tum meo omnes illi nefarii gladii de manibus crudelissimis exciderūt. Tum quidē tu o uecors & amens cum oēs boni abditū inclusiq; mōcererēt: tēpla gemitus: tecta urbis ipsa lugerēt: complēxus es illud funestum animal ex nefariis stupris: ex ciuili cruore: ex omniū sclerū importunitate & flagitiorum impunitate concretum: atq; eodē in téplo: eo dem loci uestigio & temporis arbitria non mei solum sed patriæ fructus abstulisti. Quid ego illorum dicam epulas? Quid lātitia & gratulationē tuam? Quid cum tuis sordidissimis gregib; intēpatissimas p̄potationes prādicē: q̄s te illis dieb; sobrium: quis agētē aliquid quod eēt libero dignum? quis deniq; in publico uidit? Cum collegæ tui domus cantu & cymbalis personaret: cunq; ipse nudus in conuiuio saltaret in quo ne tum qdē cum illum suum saltatoriū uersaret orbē: fortunæ rotā pertimescebat: hic autē non tam concinnus helluo, tam nec musicus iacebat ī suo græcor; fetore atq; uino: quod qdē istius in illis R.p.luctib; quasi aliquod lapitarū aut cétaurorum cōuiuum ferebatur: ī quo nemo potest dicef utrum iste plus biberit an uomuerit an effuderit: tum etiam mentionē facies consulatus tui? aut te fuisse romæ cōsulē dicere audebis? quid tu in lictoribus: in toga & prætexta eē cōsulatū putas? quæ ornamēta ēt ī Sex. Clodio te consule eē uoluisti: huius tu Clodiane canis insignib; consulatū declarari putas? animo cōsulē eē oportet consilio; fide; grauitate: uigilātia: cura: toto deniq; munere consulatus. omni officio: ego consulē eē putē: qui senatum eē in Rep. non putauit? & sine eo consilio cōsulē numerē / sine quo Romæ ne reges quidē eē potuerūt? & enim illa iam omitto cum seruorū delectus habetur in foro/arma in templo castoris luce & palā comportarentur: id autē téplū sublato aditu reuulsis gradibus a coniuratorū reliquiis: atq; a Catilinæ præuatorē quōdam tum ultore armis teneret: cum equi. Roma, relegarentur: ui-ri boni lapidibus e foro pellerent: senatū non solū iuuare répu. sed ne lugere q dē liceret: cum ciuis is quem hic ordo assentiēt Italia cunctisq; gētib; conseruatorē patriæ iudicarat: nullo iudicio: nulla lege: nullo more seruitio atq; armis pelleretur: non dicā auxilio uestro quod uere licet dicere: sed certe silentio tum Romæ fuisse consules q̄ squam extimabit? Quid latrōes igit? si quidē uos consules? q̄ pdones: q̄ hostes: q̄ pditores: q̄ tyrāni nominabunt? magnū nomē ē: magna species: magna dignitas: magna maiestas cōsulis. nō capiūt angustiæ pectoris tui: nō recipit leuitas ista: nō egestas aī nō ifirmitas ingenii sustinet: nō isolētia res: secūdaq; tātā psonā tā grauē: tā seuerā: seplasia mehercule ut dici audiētā te ut primū aspexit cāpanū cōsulē repudiāuit. audierat decios/magios et deraurea illo iublio aliqd accepat: i qb; si moderatio illa quæ ī nfis solet eē cōsulib; nō fuit: at fuit pōpa: fuit species: fuit icessus saltē seplasia dign' & capua:

ORATIO.

Gabinium deniq; si uidissent diuinum uirum uestri illi unguetarii citius agno-
uissent: erant illi compti capilli & madentes cincinorum fimbriæ: & fluentes
pulsatæq; buccæ dignæ capua sed illa ueterem. Nam hæc quidem quæ nunc est
splendidissimorū hominū fortissimorūq; uirorum optimorum ciuium: mihiq;
amicissimorū multitudine redundat: quorum capuæ te prætexatum nemo as-
pexit qui non gemitus desiderio mei: cuius consilio cū uniuersam rem p. tū il-
lam ipsam urbem meminerant eē seruatam: me inaurata statua donarant: me
patronum unum ascuerant: a me se habere uitam: fortunam: liberos: arbitra-
bantur: me & præsentem contra latrociniū tuum suis decretis legatisq; defen-
derunt: & absentem principe Cn. Pom. referente: & de corpore R. p. tuorū sce-
lerū tela reuellente reuocarunt. An tū eras consul cū in palatio mea domus arde-
bat non casu aliquo sed ignib; in ictis instigante te: & quod in hac urbe maius
unquam incendium fuit cui non consul subuenerit: at tu illo ipso tempore apud
Socrū tuā prope a meis ædib; / cuius domū ad meam domū exhauriendam pa-
tefeceras: sedebas: non extinctor sed auctor incendiī: & ardantis faces furiis clo-
dianis pene ipse consul ministrabas. An uero reliquo tempore consulem te q; si
quam duxit: q; s; tibi paruit: q; s; in curiam uenienti assurrexit: q; s; consul en-
ti respondendū putauit: numerandus est ille annus deniq; in Rep: cū obmu-
tuisset senatus: iudicia conticuissent: mcererent boni: uis latrociniī uestri tota
urbe uolitaret: neq; ciuis unus ex ciuitate: sed ipsa ciuitas tuo & Gabini scelere
furoriq; cessisset. An ne tum qdem emeristi lutulēte ex miserrimis naturæ tuæ
sordib; / cū experta tandem uirtus clarissimi viri celeriter & uerū amicum & op-
time meritū ciuem & suū pristinū morem requisivit: neq; ē ille uir passus in ea
R ep. quam ipse decorarat atq; auxerat: diutius uestrosq; scelerū pestem morari:
cū tamen ille qualiscūq; est q; est ab uno te improbitate uictus Gabinius colle-
git ipse se uix sed collegit tamen: & contra suū Clodiū primum simulate dein
de non libenter ad extremum tamen pro Cn. Pom. uere uehementerq; pugna-
uit: Q uo quidem in spectaculo mira. R. p. æqtas erat: uter eorū perisset tanq;
Ianista in eiusmodi pari lucrū fieri putabat. Immortalem uero quæstum si uter
q; cecidisset: sed ille tamen agebat aliquid: tuebatur auctoritatem summi viri:
erat ipse sceleratus: erat gladiator: cū scelerato tamen & cum pari gladiatore pu-
gnabat: tu. s. homo religiosus & sanctus fœdus quod meo sanguine in partitio-
ne prouinciarū ieceras: frangere noluisti. Cauerat enim sibi ille sororius adul-
ter ut si tibi prouinciam. si exercitū: si pecuniam erreptam ex R eip. uiscerib; de-
disset: omniū suoq; scelerū socium te adiutorēq; præberes. Itaq; in illo tumul-
tu fracti fasces: iectus ipse: quotidie tela: lapides: fugæ: deprehensus deniq; cū
ferro ad senatum is: quem ad Cn. Pom. interimendū collocatum fuisse consta-
bat: & quis audiuuit non modo actionem aliquam aut relationem: sed uocem
omnino aut querelam tuam: consulem tum te fuisse putas cuius in imperio q
R. p. senatus auctoritate seruarat / idemq; in Italia q omnes omnium gentium

IN PISONEM.

pártis tribus triumphis deuixerat:is se in publico tuto statuit eē non posse : an
tum eratis consules : cū quacunque de re uerbum facere cōperatis aut referī ad
senatū: cūctus ordo reclamabat: os tendebatq; nihil eē uos acturos nisi prius de
me retulissetis: cum uos q̄q̄ fōdere obstricti tenebamini: tñ cupere uos dicere,
tis: sed lege impediri. Quæ lex priuatis hominibus eē lex non uidebat: inusta
perseruos: incisa per uim: imposta per latrocinium sublato senatu pulsis e foro
bonis omnibus: capta R.p. contra omnes leges /nullo scripta more: hanc qui se
metuere dicerent cōsules non dicam animi hominū sed fasti ulli ferī possunt:
Nam si illam legem non putabatis quæ erat cōtra omnes leges indēnati ciuis
atq; integri capitī bonorūq; tribunitia pscriptio: hac tamē obstricti paetioē te/
nebamini: quis uos non modo consules sed liberos fuisse putet: quorum mēs
fuerit oppressa premio lingua astricta mercede. Sin illam uos soli legē putaba
tis quisquā uos consules. tunc fuisse: aut nunc eē consularis putet: qui eius ciui
tatis in qua in principum numero uultis eē: non leges non instituta non mores
non iura noritis: an cum proficiscebamini paludati in prouincias uel emptas
uel ereptas consules uos quisq; putauit: Itaq; credo si minus frequentia sua ue/
strum egressum ornādo atq; celebrando: at oīnibus saltem bonis ut cōsules:
non tristissimū ut hostes aut proditores psequeban̄. tu ne etiā īmanissimū at/
q; fōdissimū móstrū ausus es meū discessum illū testem sceleris & crudelitatis
tuæ maledicti & contumeliæ loco ponere: quo quidem tempore cepi. P.C. fru
ctum immortalem uestri in me & amoris & iudicii: qui non admurmuratione
sed uoce & clamore abieci hominis & semiuiui furorē petulantiaq; fregisti:
tu luctum senatus: tu desideriū equestris ordinis: tu squalorem Italiae: tu curiæ
taciturnitatē annuam: tu silentiū ppetuum iudiciorū ac fori: tu cetera illa in
maledicti loco pones: quæ meus discessus repu.uulnera inflxit: quasi calami/
tosissimus fuisse: tamen misericordia dignior q̄ contumelia: & cū gloria potius
eē coniunctus q̄ cum probro putaret: atq; ille dolor meus dūtaxat / uestrum q/
dem scelus ac dedecus haberet. tum uero forsitan hoc quod dicturus sum mi/
rabile auditu esse uideatur: sed certe id dicam quod sentio: cum tantis a uobis
P.C. beneficiis affectus sim: tantis honoribus: nō modo illam calamitatem eē
non duco: Sed si quid mihi potest a Rep. esse seiunctum quod uix potest. pri/
uatim ad meum nomen augendum: optandam duco fuisse illam expetendāq;
fortunā: atq; ut tuum lētissimum diem cū tristissimo meo conferam. Vtrū tan/
dem bono uiro & sapienti optabilius putas sic exire a patria: ut omnes sui ciues
salūtem: incolumitatem: redditū precentur quod mihi accidit: an quod tibi pro/
ficiēti euēnit ut oēs execrarentur: male precarentur: unam tibi illam uiā &
perpetuā esse uellent: Mihi medius fidius ī tanto omnium mortaliū odio iusto
prāserti & debito eius fuga potius q̄ ulla p̄cūntia esset optatior. Sed perge
porro. Nam si illud meum turbulentissimum tempus profectionis tuo trāquil
lissimo prāstat: quid conferam reliqua: quæ in te dedecoris plena fuerunt: i me

NN

ORATIO.

dignitatis? me kl.la. qui dies post obitum occasūq; nostrū Reipu. primus il
luxit: frequētissimus senatus concursu Italiae/ referēte clarissimo ac fortissimo
uiro. P. Lentulo/ consentiēte Po.Ro. atq; una uoce reuocauit: me idē senatus
exteris nationib;: me legatis magistratibusq; nostris auctoritate sua consula/
ribus litteris/ non ut tu insuper dicere ausus es orbatum patria: sed ut senatus il
lo ipso tempore appellauit/ ciuem conseruatorē R.Pu. commēdauit ad meam
unius salutem senatus auxilium omnium ciuium cuncta ex Italia qui R.Pu.
saluam esse uellent consulis uoce & litteris implorandū putauit: mei capitis ser
uandi causa Romā uno tempore quasi signo dato Italia tota conuenit: de mea
salute. P. Létuli præstantissimi uiri atq; optimi consulis. Cn.Pom. clarissimi at
que inuictissimi ciuis cæterorū principum ciuitatis celeberrimæ & grauissimæ
conclaves fuerunt: de me senatus ita decreuit. Cn.Pom. auctore & eius senten
tiæ p̄cipe: ut si qs impedisset redditum meū: in hostium numero putaretur: his
q; uerbis ea de me senatus auctoritas declarata ē: ut nemini sit triūphus hono
rificētius. quā mihi salus restitutioq; prescripta. de me cum oīs magistratus p̄
mulgasset præter unū prætorē a quo nō fuit postulandū / fratrem inimici mei:
præterq; duos de lapide éptos. tri. pl. legem comitiis centuriatis tulit. P. Lentu
lus consul de collegæ Q uinti Metelli sententia: quem mecum eadem R.Pu.
quæ in tribunatu eius disiunxerat in consulatu uirtute optimi ac sāctissimi uiri
sapientiaq; cōiunxit: quæ lex quēadmodū accepta sit quid me attinet dicere?
ex uobis audio nemini ciuii ullam quominus adesset satis iustam excusationē
ēē uisam: nullis comitiis unquā nec multitudinē hominum tantā neq; splendi
diorem fuisse: hoc certe uideo quod indicat tabulæ publicæ: uos rogatores: uos
distributores: uos custodes fuisse tabularū: & quod in honoribus uestrorum p̄
pinorum non facitis uel ætatis excusatiōe uel honoris: id ī salute mea nullo
rogante uos uestra sponte fecistis. Confer nunc epicure uester: ex hara produc
te nō ex schola: confer si audes absentiam tuā cū mea: obtinuisti prouincia cō
sularem finibus iis/ quos lex cupiditatis tuæ non quos lex generi tui pepigerat:
nam lege cæsarī iustissima atq; optima populi liberi plane & uere erant liberi
lege autem ea quā nemo legē præter te & collegam tuum putauit: omnis erat ti
bi achaia/ thessalia: athenæ: cuncta grætia addicta: habebas exercitū tantum q;
tum tibi non senatus aut Po.Ro. dederat: sed quantū tua libido conscriperat:
ærarium exhauseras: quas res gessisti in imperio: exercitu: prouincia consula/
ri: quas res gesserit quæro: qui ut uenit statim: nō dum cōmemoro rapinas: nō
dum exactas pecunias: non captas: imperatas: non neces sociorum: non cæde
hos pitum: non perfidiam: non imanitatem: non sclera prædicto: mox si uidebi
tur ut cum fure: ut cum sacrilego: ut cum siccario disputabo: nunc r̄neam spoli
atam fortunam conferam cum florente fortuna imperatoris: quis unquam p̄
uinciam cum exercitu obtinuit: qui nullas ad senatum litteras miserit: tantāq;
prouinciam cum tanto exercitu Macedoniam præsertim: quæ tantis barbaror̄

IN PISONEM.

gentibus attingitur ut semper macedonicis imperatoribus iudicem fines prouinciarum fuerint: qui gladiorum atque pilorum: ex qua aliquot praetorio imperio consulari quidem nemo rediit qui incolumis fuerit: qui non triumpharit. Est hoc nouum multo illud magis: appellatus est hic uultarius illius prouinciae / si diis placet / imperator: ne tum quidem Paule noster tabulas Romam cum laurea mittere audebas: miseri inquit: quis unquam recitauit: quis ut recitarentur postulauit: nihil enim iam mea refert. Vtrum tu conscientia oppressus scelerum tuorum nihil unquam ausus sis scribere ad eum ordinem / quem despexeras quem afflixeras: quem deleueras: an amici tui tabulas abdiderint: id est silencio suo temeritatem atque audaciam tuam condonarint. Atque haud scio an malum te uideri nullo pudore fuisse in litteris mittendis an amicos tuos plus habuisse & pudoris & consilii: qui aut te uideri pudentiorem fuisse quam soles: aut tuum factum non esse condonatum iudicio amicorum. Quod si non tuis nefariis in hunc ordinem contumeliis imperpetuum tibi curiam preclusisses: & quid tandem erat actum aut gestum in illa prouincia de quo ad senatum cum gratulatio aliqua scribi aste oporteret? Vexatio Macedonie: an oppidorum amissio: an sociorum direptione: an agro & depopulatio: an munitio thessalonicae: an obsessio militaris uiae: an exercitus nostri interitus ferro: fame: frigore: pestilentia? Tu uero qui ad senatum nihil scripsieris: ut in urbe nequior inuentus es quam Gabinius: sic in prouincia paulo tamen quam ille demissior: Nam ille gurges atque Helluo natus ab domini suo non laudi atque gloriae: cum equi. Ro. in prouincia / cum publicanos nobiscum & uoluntate & dignitate coiuictos oes fortunis multos fama uitaque priuasset / cum egisset aliud nihil in illo exercitu nisi ut urbes depopularetur: agros uastaret: exhaustaret domos: ausus est (quid enim non ille auderet) a senatu supplicationem per litteras postulare. O dii immortales tunc etiam atque adeo uos geminæ uoragini scopulique r. p. uos meam fortunam deprimitis uestrâ extollitis: cum de me ea senatus consulta absente facta sint: ex conciones habitae: is motus fuerit municipiorum & coloniarum omnium: ea decreta publicanorum: ea collegiorum: ea denique generum ordinumque omnium: quæ ego non modo optare nunquam auderem: sed cogitare non possem: Vos autem sempiternas foedissimæ turpitudinis notas subieritis. An ego si te & Gabinium cruci suffixos uiderem maiore afficerer lætitia ex corporis uestri laceratione quam afficiar ex infamia? nullum enim supplicium putandum / quo affici casu aliquo etiam boni viri fortisque possunt. Atque hoc quidem etiam isti tui dicunt uoluptarii грæci: quos utinam ita audires ut erant audiendi / nunquam te in tot flagitia ingurgitasses. Verum audis in præsepiibus: audis in stupris: audis in cibo & in uino. sed dicunt isti ipsi qui malitia dolore: bona uoluptate diffiniunt: sapienter etiam si in phalaridis tauro inclusus succensis ignibus torreatur: dictur tamen suaue illud esse: seseque non tantulum quidem comoueri: tantam uirtutis esse uim uoluerunt / ut non posset unquam esse vir bonus non beatus. Quæ est igitur poena: quod supplicium: id mea sen-

ORATIO.

tentia quod accidere nemini potest nisi nocenti:suscepta fraus/impedita & op
pressa mens conscientia:bonorum omnium odium/nota iusti senatus:amissio
dignitatis.Nec mihi ille.M.Regulus quem carthaginenses relectis palpebris illi/
gatum in machina uigilando necauerunt:suppicio uidetur affectus. Nec.C.
Marius : quem Italia seruata ab illo demersum in minturnensium paludibus:
Africa deuicta ab eodem expulsum & naufragum uidit:fortunæ enim ista tela
sunt:non culpæ.Supplicium autem est poena peccati.Neque uero ego si unquā
uobis mala precarer quod sæpe feci:in quo dii imortales meas preces audierūt:
morbos aut mortem aut cruciatum precarer.thyestea ista execratio ē poetæ uul
gi animos non sapientium mouentis:ut tu naufragio expulsus uspiā saxis fi/
xus asperis euisceratus latere penderes:ut ait ille/saxa spargens tabo sanie:san/
guine atro.Non ferrem animo moleste si ita accidisset:sed id tamē eēt huma/
num.M.Marcellus qui ter consul fuit summa uirtute:pietate :gloria militari
periit in mari:qui tamen ob uirtutem gloriæ laude uiuit.In fortuna quadā ē il/
la mors:non poena putanda.Q uæ est igitur poena ? quod supplicium ? quæ sa/
xa ? quæ cruce ? Ecce duos duces in prouinciis Po.Ro.habere exercitus:appel/
lari imperatores:horum alterum sic fuisse infirmatum conscientia scelerum &
fraudum suarum/ut ex ea prouincia quæ fuit ex omnibus una maxime trium/
phalis:nullas sit ad senatus litteras mittere ausus:ex qua prouincia mó uir om/
ni dignitate ornatissimus.L.Torquatus magnis rebus gestis me referente abi/
fes impator sit appellatus.Vnde his paucis annis.Cn.Dolabellæ.C.curiois.M.
Luculli iustissimos triumphos uidimus.ex ea te imperatoř nūcius ad senatū al/
latus est nullus:ab altero allatæ litteræ recitatæ.Relatum ad senatum.diī imor/
tales id ne ego optarem/ut inimicus meus ea/qua nemo unquā:ignominia no/
taretur:ut senatus is/qui in eam iam benignitatis consuetudinē uenit:ut eos q
bene Remp.gesserint nouis honoribus afficiat & numero dierū & genere uer/
borum:huius unius litteris nunciantibus non crederet:postulantibus denega/
ret :his ego rebus pascor:his delector his pfruor:quod de uobis hic ordo opina/
tur non secus ac de teterrimis hostibus:quod uos equi.ro.quod cæteri ordines
quod cuncta ciuitas odit:quod nemo bonus/nemo deniq; ciuis ē qui modo se
ciuem esse meminerit:qui uos non oculis fugiat:auribus respuat:animo asper/
netur:Recordatione deniq; ipsa consulatus uestri phorrescat.hæc ego semp de
uobis expetiui:hæc optauit:hæc precatus sum plura etiam acciderunt q' uelle.
Nā ut amitteretis exercitū nunq' me hercule optauit.illud etiā accidit præter op/
tatum meum:sed ualde ex uoluntate:mihi enim uenerat in mēte furorem & i/
saniam optare uobis:i quā incidiſtis.atq' fuit optādum:me tñ fugerat deoꝝ imor/
taliū has eē in impios & consceleratos poenas certissimas constitutes:nolite enī
putare.P.C.ut in scena uidetis hoīnes consceleratos impulsu deoꝝ terreri furi/
arum tedis ardentibus:sua quēq; fraus.suum facinus:suū scelus:sua audacia d
sanitate ac mente deturbat.hæ sunt impioꝝ furiae:hæ flāmæ/hæ faces:ego te nō

IN PISONEM.

uecordem non furiosum:non mente captum:non tragico illo Oreste aut Atamante dementiorem putem: qui sis ausus primum facere:nam id est caput:deinde pauloante Torquato grauissimo & sanctissimo uiro premente confiteri te prouinciam Macedoniam i quam tantū exercitum trāsportasses:sine ullo militare reliquisse:mitto de amissa maxima parte exercitus.Sit hoc infelicitatis tuæ.Dimittendi uero exercitus quam potes afferre causam: quam potestatem habuisti: quam legem: quod senatus consultum: quod ius: quod exemplum: qd est aliud furere: non cognoscere hoīes nō cognoscere leges:non senatū:nō ciuitatem:cruentare corpus suum:maior hæc est uitæ famæ salutis suæ vulneratio q si familiam tuam dimisisses:quod ad neminē nisi ad ipsum te pertineret.amici te tui constringendum putarent:præsidiū tu Po.Ro.custodiam prouincia ī iussu populi senatusque dimisisses si tuæ mentis compos fuisses: ecce tibi alter effusa iam maxima præda:quam ex fortunis publicanorum ex agris urbibus que sociorū exhauserat :cum partim eius prædam profundæ libidines deuorant:partim noua quædam & inaudita luxuries :partim in illis etiam locis ubi oīa diripuit emptiones:partim permutations ad hūc Tusculanū montē extrudum:cum illa eius imensa intollerabilis ædificatio constitisset:scipsum / fasces suos/exercitum Po.Ro.numen interdictumq deoꝝ immortalium/ respōsa sacerdotum:auctoritatē senatus iussa Po.Ro.nomen ac dignitatem imperii regi ægyptio uendidit.cum finis prouincia tantos haberet quantos uoluerat:q tos optauerat quantos mei capitis precio periculoꝝ emerat :his se tenere nō potuit:exercitum eduxit ex Syria.qui licuit extra prouinciam :tribuit se mercenarum comitem regi Alexandrino.quid hoc turpius: in Egyptum uenit signa contulit cum Alexandrinis.quādo hoc bellum aut hic ordo aut populus suscep̄t: Cepit Alexandriam.quid aliud expectamus a furore eius :nisi ut ad se natum tantis de rebus gestis litteras mittat:hic si mētis esset suæ:nisi pœnas patræ diisq immortalibus eas quæ grauissimæ sunt furore atq insania pēderet: ausus eēt:mitto exire de prouincia :educere exercitum :bella sua sponte gereſ: in regnum iniussu populi aut senatus accedere :quæ tum plurimæ leges ueteres :tum lex Cornelia maiestatis / Iulia de pecuniis repetundis plenissime uerant: sed hæc omitto:ille si non acerrime fureret:auderet quam prouincia.P.Lē tulus amicissimus huic ordinī:cum & auctoritate senatus & forte haberet:inter posita religione sine ulla dubitatione deposuisset:eam sibi adsciscere: cū etiam si religio non impediret/mos maiorum tamen /& exempla & grauissimæ legū pœnæ uerarent .Sed quoniā fortunarū contentionē facere cœpimus:de redditu Gabini omittamus:quem & si sibi ipse p̄cidit:ego tñ os ut uideā hominis expecto:tuum s̄ placet redditum cum meo cōferamus:at meus quidē is fuit:ut a Brū dusio usq Romā agmen perpetuum totius Italæ uiderem:neq n.regio fuit uila/neq municipiū/neq p̄fectura / aut colonia:ex qua non publice ad me uenerint gratulatū.Quid dicam aduentus meos:quid effusiones hominū ex oppi/

ORATIO.

dis quid concussum ex agris patrū familiās cum coniugib⁹ ac liberis? qd eos dies? qui quasi deorum īmortalium festi atq; solemnes apud omnes sunt ad uētu meo redituq; celebrati:unus ille dies mihi qdem īmortalitatis instar fuit quo in patriā rediū: cum senatum egressum uidi.Po. q R o. uniuersum :cū mihi ipsa Roma prope cōuulsa sedib⁹ suis ad complectendum cōseruatorē suū pcedere uisa est:quæ me ita accepit:ut nō modo omniū gener⁹ ætatum ordinum oēs uiri ac mulieres oīs fortunæ ac loci: sed etiā mœnia ipsa uiderentur & tecta urbīs ac templo lātari. Me consequentibus dieb⁹ in ea ipsa domo / qua tu me expuleras: quam expilaras: quam incenderas: pontifices consules.P.C. collocauerunt: mihiq; quod ante me nemini pecuniā publicā ad ædificādā domū censuerunt. habes redditum meum: confer nunc uicissim tuū: quādoqdē amisso exercitu nihil incolume domum præter os illud pristinum tuum rettulisti. q primum qua ueneris cum laureatis tuis lictoribus qui sit quos tu meandros: dū omnes solitudines persequeris: quæ diuerticula flexioneſq; quæſisti? quod te municipium uidit? quis amicus inuitauit? quis hospes aspexit? nōne tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? capona pro oppido? non ut redire ex Macedonia nobilis imperator: sed ut mortuus infamis referri uideret? Ro-
mam uero ipſam fœdauit aduētus tuus. O familiæ non dicam calphurniæ sed caluentiæ: neq; huius urbīs sed placentini municipi⁹ / neq; paterni generis: sed braccatæ cognationis dedecus: quēadmodum uenisti? quis tibi non dicā aut ciuiū cæterorum sed tuorum lagatorum obuiam uenit? Mecū enī tū .L. Flaccus uir tua legatione indignissimus/ atq; iis consiliis quibus mecū in cōsulatu meo coniunctus fuit ad cōseruandam.R.P. dignior mecum fuit: tum cū te quidem non longe a porta cū lictoribus errantem uisum esse narrabat. Scio item uirū fortem in primis belli ac rei militaris peritum familiarē meū.Q. Martiū quoꝝ tu legator⁹ prelio īperator appellatus eras: cū non longe abfuſſes/ aduentu isto tuo domi fuisse ociosum. Sed quid ego e numero q̄ tibi obuiā nō uen erūt: qui dico uenisse pene neminē: ne de officiosissima quidem natione cādicatorū: cū uulgo essent & illo ipſo & multis ante diebus admoniti & rogati. Togulæ lictoribus ad portam p̄sto fuerunt: quibus illi acceptis sagula reiecerunt: & cateruā ī peratori suo nouā præbuerunt. sic iste tanto exercitu tāta prouincia triēnio post macedonicus īperator ī urbem se intulit: ut nullius negotiatoris obscurissimi reditus unq; fuerit desertior: in quo me tamē q̄ eēt paratus ad se defendēdū reprehendit: cū ego cœlimontana porta introisse dixisse: respōſiōe me mīmica æſquilina introisse homo promptissimus laceſſiuit. Q uasi uero id aut ego sci re debuerim: aut uestrum qſpiam audiuerit: aut ad rem pertineat qua tu porta ī troieris: mō ne triūphali: quæ porta macedonicis semp cōſulib⁹ aīre te patuit: tu īuentus es qui consulari īperio preditus ex macedonia nō triūphares. At audistis.P.C. philosophi uocē negauit se triūphi cupidū unq; fuisse.o scelus. o pestis.o labes.cum extinguebas senatum/uendebas auctoritatēm huius ordīs

IN PISONEM.

addicebas tribuno pl. consulatu tuū .R.P. euertebas prodebas caput & salutē meam una mercede prouinciae: si triumphū non cupiebas cuius tandem rei te cupiditate arsisse defendes? Sæpe enim uidi qui & mihi & cæteris cupidiores prouinciae uiderent, triumphi nomine tegeſ atq; uelare cupiditatem suā: hoc mó. Decimus syllanus consul in hoc ordine: hoc meus etiā collega dicebat. Neq; enim qſq; pót exercitū cupere apteq; petere ut nō p̄texat cupiditatē triumphi. Q uod si te senatus. Po.q;.Ro. aut nō appetente: aut etiā recusantē bellū fusi pere exercitūq; ducere coegisset: tñ erat angusti animi atq; ēt demissi triūphi honore atq; dignitatē contēnere. Nā ut leuitatis ē inanē aucupari rumorē: ut omnis umbras ēt falsæ gloriæ consecrari: sic leuis est animi lucē splendorēq; fugientis iustā gloriā q; est fructus ueræ uirtutis honestissimus repudiare. Cū uero nō modo non postulante atq; cogente: sed inuito atq; oppresso senatu: non modo nullo Po.Ro. studio sed nullo ferente suffragiū libera prouincia tibi ista manupreciū fuerit non euersæ per te sed pditæ ciuitatis: cūq; oīum tuor; sceler; hæc pactio extiterit: ut si tu totā Rēp. nefariis latronib; tradidisses: macedonia tibi ob eam rē quib; tu finib; uelles redderer. Cū exhaustebas ærariū: cū orbas Italīa iuuētute: cū maſ uastissimū hyeme transibas: si triūphū contēnebas: quæ te p̄do amentissime nīſi p̄da ac rapinare cupiditas tā cæca rapiebat? Nō est integrū Cn:Pom. consilio iam uti tuo. Errauit.n. nō gustarat istā tuā philosophiā: ter iā homo stultus triumphauit: Crasse pudet me tui. Q uid ē q; cōfecto formidolosissimo bello coronam illā laureā tibi tantope decerni uolueris a senatu: P.Seruili.Q. Metelle.C.Curio.P.Africane cur non hūc audistis. tā doctū hominē. tā eruditū priusq; in istū errorē induceremini? C.ipſi Pontino necessario meo iā non est integrū. Legionibus enī suscep̄tis impedit: o stultos Camillos: Curios: Fabricios: Calatinos: Scipiones: Marcellos: Maximos. O amētē Paulum: rusticū Mariū nullius consilii patres hog; amboꝝ consulū q; triūpharunt: Sed quoniā p̄terita mutare nū possumus. quid cessat hic homulus ex argilla & luto fictus epicureus dare hæc paratæ clara p̄cepta sapientiæ clarissimo & sūmo impatori genero suo? Fertur ille uir: mihi crede: gloria: flagrat ardet cupiditate iusti & magni triumphi. non didicit eadem ista quæ tu. Mitte ad eum libellū: sed iam si p̄se coram congredi poteris. Meditare quib; uerbis ī censam illius cupiditatem comprimas atq; restinguas: ualebis apud hominē uolitatem gloriæ cupiditate uir moderatus & constans: apud īdoctum eruditus: apud generū sacerdices enim ut es homo facetus ad persuadendum concinnus: p̄fectus politus e schola. Q uid est Cæsar q; te supplicationes totiēs decretæ tot dieꝝ tanto opere delectant? in quib; homines errore ducuntur quas dii negligunt: qui ut noster ille diuinus dixit Epicurus: neq; ppiciū cuiq; eē solēt neq; irati. nō facies fidē. s. cū hæc disputabis: tibi. n. & esse & fuisse deos uidebis iratos. uertes te ad alterā scholā: disseres de triūpho. Q uid tādē habet iste Curru? qd uicti ante currū duces? quid simulachra oppidor; qd aug; quid argen

ORATIO.

tū: quid legati in equis & tribuni? quid clamor militum? quid tota illa pompa?
inanis sunt ista mihi crede delectamenta pene puerorum: captare plausus: ue-
hi per urbem: conspicuus uelle: quibus ex rebus nihil est quod solidum tenere: ni-
hil quod referre ad uoluptatem corporis possis. quin tu me uides qui ex qua p-
uincia. T. Flaminius. L. Paulus. Q. Metellus. T. Didius: innumerabiles alii le-
nium contra se dicere cogo. Quid enim stipulatio clamat: quod a Flauio abstulero: partem dimidiā inde Roscio me solutus spondeo: tua uox est Fāni: quid tu au ferre potes a Flauio: si flauius nihil debet: quod hoc porro nūc restipulae: quod iā pri dē ipse exegit: quod uero Flauius tibi daturus ē: quod Roscio oē quod debuit dissoluit: cur ī re tā uete ī negocio tā cōfecto ī societate dissoluta noua hāec stipulatio iter ponit? Q uis ē hui⁹ stipulatōis scriptor: testis arbiter? tu Piso. tu. n. Q . Rosciū p̄ opa labore: q̄ cognitor fuisset: quod uadimonia obisset: rogasti ut Fānio daret LLS. cccli. hac conditione: ut si quid ille exagisset a Flauio partē eius dimidiā Roscio dissolueret. Satis ne ista postulatio dicere tibi uidet apte Rosciū p̄ se de cidisse. Etenim forsitan hoc tibi ueniat in mentē re promissile Fānio Roscium si quid a Flauio exegisset: eius partem dimidiā se domino exegisse. nihil. quod tu nō exitum exactiōis: sed initium re promissionis spectare debes: neq; si ille per sequendū: non quod in se fuit: iudicauit: Rosciū suas non societatis lites redemisse. quid si tandem planum facio post decisionē ueterē Rosciī post re promissionē autē recentem hāc Fannii. LLS. cccli. Fāniū a. C. Flauio Panur gi nomine abstulisse: tamen diutius illudere uiri optimi aestimationi. Q u. R o scii audebit. pauloante quārebā: id quod uehementer ad rem pertinebat: qua de cā Flauius cum de tota lite faceret pactionem: neq; satis acciperet a Roscio: neq; iudicio absoluere: a Fannio. Nūc uero id quod mirum & incredibile est: requiro: quāobrem cū de tota re decidisset cum Roscio. LLS. cccli. separatim Fānio dissoluit: hoc loco Saturi quid pates respondere: scire cupio: utrum omnino Fāniū a Flauio. LLS. cccli. nō abstulisse: an alio nomine & alia de cā abstulisse: si alia de cā: quā ratio tibi cū eo intercesserat: nulla. addictus erat tibi: nō frustra tēpus cōtero: oīno inqt. LLS. cccli. a Flauio nō abstulit: neq; Pa nurgi noīe neq; cuiusq;. si planū facio post hāc recētē stipulatōne Rosciī. LLS. cccli. a Flauio te abstulisse: nūqd causare: qn ab iudicio abeas turpissime uitus? Q uo teste igit̄ hoc planū faciā? Venerat: ut opinor: hāc res in iudicium certe. quis erat petitōr? Fannius. quis reus? Flauius. quis iudex? Cluuius. ex his unus mihi testis est producendus: qui pecuniam datam dicat: quis est ex his grauissimus? sine controuersia: qui omnium iudicio comprobatus est iudex. quem igit̄ ex his tribus a me testem spectabis: petitorem: Fannius est: contra se nunquam testimonium dicet. reum: Flauius est. Is iam pridem est mortuus. si uiueret uerba eius audiretis. Iudicem: Cluuius est. quid is dicit. LLS. cccli. Panurgi nomine Flauium fannio dissoluisse. Q uē tu si ex censu spectas: E ques Roma. est: si ex uita homo clarissimus est. si ex te iudicem sumplisti. si ex ueritate id quod scire potuit: & debuit: dixit: Nega nega nunc Eq̄ti Roma. homini honesto: iudici tuo credi oportet. circūspicit: & stuat: negat nos Cluuii testimoniū recitaturos. recitabimus: erras. inani & tenui spe te consolaris. Recita te stimonium. T. Manlii: & .C. Luscii Ocreā duorum Senatorum hominū honestissimorum: qui ex Cluuiio audierunt. Vtrum dicas Luscio & Manlio an et

ORATIO.

Cluuiio nō eē credēdum: planius atq; apertius dicam: utrū Luscios & Mālios
nihil de. LLS.cccli. ex Cluuiio audierunt: an Cluuius falsum Luscio & Mālio
dixit: hoc ego loco soluto & qeto sum animo. & quorsum tēdat responsum
tuū nō magnopere labore. Firmissimis. n. & sanctissimis testimoniis uiros opti
morum causa Rosci commūita est. si iā tibi deliberatū est: qbus abroges fidē
iusiurandi. responde Manlio & Luscio negas esse credendū: dic. aude. est tuā
cōtumaciæ arrogatiæ uitæque uniuersæ uox. Quid expectas: q̄ mox ego Lu
scium & Manliū dicā ordine eē Senatores: ætate grādes natu: natura sanctos
& religiosos. copiis rei familiaris locupletes & pecūiosos: nō faciā. nihil mihi d
traham. cū illis exactæ ætatis seuerissime fructū quē meruerūt retribuā: magis
mea adolescētia indiget illoꝝ bona æstimatione. q̄ illoꝝ seuerissima senectus d
siderat meā laudē. Tibi uero Piso diu deliberandū & cōcoquendū est utrū po
tius Chereæ iniurato ī sua lite: an Manlio & Luscio iuratis ī alieno iudicio cre
das. Reliquū est ut Cluuiū falsum dixisse Luscio & Mālio cōtendat: qd̄ si fa
cit qua ipudentia est: eū ne testē improbabit: quē iudicē pbari: ei negabit credi
oportere: cui ipse crediderit: eius testis ad iudicē fidē infirmabit: cuius ppter fi
dē & religionē iudicis testes cōparabat: quē ego si ferrē iudicē refugere nō de
beret: cū testē pducā reprehēdere audebit: Dixit. n. inquit iniuratus Luscio &
Mālio. si dixisset iuratus crederes: At qd̄ iterest inter piurum & mēdācē. q̄ mē
tiri solet: peierare cōsueuit. quē ego ut mentiat̄ inducere possum: ut peieret ex
orare facile potero: nā q̄ semel a ueritate deflexit: hic nō minore religiōe ad piu
rium q̄ ad mendaciū pducī cōsueuit. quis. n. deprecationē deoꝝ nō cōscientiæ fi
de cōmouet: ppter ea quae pœna ab diis imortalibus piuro. hæc eadē mendaci
cōstituta est. Nō. n. ex pactione uerbōꝝ: qbus iusiurādū cōprehendit̄ sed ex p
fidia & malicia p̄ quā insidiæ tendunt̄ alicui: dñi imortales hoībus irasci & suc
cēsere cōsuerūt. At ego hoc ex cōtrario cōtendo. Leuior eēt auctoritas Cluuii
si diceret iuratus: q̄ nunc est cū dicit iniuratus: tū. n. forsitan̄ improbis nīmis cupi
dus uideretur: q̄ qua de re iudex fuisset. testis esset. nūc oībus inimicis necesse
est castissimus & cōstatissimus eē uideaſ: q̄ id quod scit familiaribus suis dicit.
Dic nūc si potes: si res: si causa patit̄. Cluuiū esse mētitū: mētitus est Cluuius?
Ipsa mihi ueritas manū iniecit. & paulisp cōsistere & cōmorari cogit: unde hoc
totū ductū & cōflatū mendaciū est. Roscius est uidelicet hō callidus & uersu
tus. hoc initio cogitare cōepit. quōiā Fānius a me petit. LLS.liii.petā a.C. Clu
uiio Eqte. R. ornatissimo hoīe ut mea cā mētiat̄: dicat decisionē factā esse: quæ
facta nō est. LLS.cccli. a Flauio data eē Fānio: quæ data nō sunt. Est hoc pri
cipiū iprobi aī: miseri i genii nulli cōsiliū: qd̄ deide: postea q̄ se præclār̄ cōfirma
uit uenit ad Cluuiū quē hoīem: leuē: immo grauissimū. mobilē: immo cōsta
tissimū. familiarē: immo alienissimū. hūc postea q̄ salutauit: rogare cōepit blā
de: & cōtinuo scilicet mētire mea cā uiris optimis: tuis familiaribus p̄sentibus:
dic Flauiu cū Fānio de Panurgo decidisse: q̄ nihil trāsegit. dic. LLS.cccli. de-

PRO ROSCIO COMEDO.

disse. q̄ assem nullū dedit. Q uid ille respōdit: ego uero cupide & libēter menti
 ar tua causa. & si qđo me uis peierare: ut paululū tui cōpendii facias paratū fo/
 re scito. Nō fuit causa: cur tātū labore caperes: & ad me uenires: p nunciū hoc
 quod erat tā leue: trāsigere potuisti: Proh deū hominūq; fidē. hoc aut Roscius
 unq̄ a Cluvio petisset: si. LLS. Milies i iudiciū haberet: aut Cluuius Roscio
 peteti cōcessisset: si uniuersæ pdæ particeps eēt: Vix mediuss fidī tu Fāni a Bal
 liōe aut aliquo eius simili hoc expostulare auderes: & ipetrare posses: quod cū
 ē ueritate falsum tū ratiōe quoq; ē icredibile. obliuiscor. n. Rosciū & Cluuiū ui
 ros eē primarios. iprobos tpis causa eē fingo. falsum subornauit testē Roscius
 Cluuiū. cur tā sero: cur cū altera pēsio soluēda eēt: nō tū cū prima: nā iā antea
 LLS. l.iii. dissoluerat. deinde si iam psuasum erat Cluvio ut mētiret: cur potius
 LLS. cccli. q. cccli. cccli. cccli. data dixit Fānio a Flauio: cū ex restipulatio
 ne pars eius dimidia Rosciī eēt. Iā itelligis. C. Piso sibi soli: societati nihil Ro/
 sciū petisse. Hoc cū sentit Saturius eē apertū resistere & repugnat cōtra uerita
 té nō audet. aliud fraudis & iſidiaꝝ i eodē uestigio diuerticulū reppit. petisse i
 q̄ suā partē Rosciū a Flauio cōfiteor: uacuā & itegrā reliqſſe Fānii cōcedo. sed
 quod sibi exigit id cōmune societatis factū eē cōtendo. quo nihil captiosius ne
 q; idigni potest dici. Q uero. n. potuerit ne Roscius ex societate suā partē pe
 tere: nec ne: si nō potuit: quēadmodū nō sibi exegit: nā quod sibi petit: certe al
 teri n̄ exigit: an ita ē. si qđ uniuersæ societatis fuisset: petisset: quod cū redactū
 eēt æq̄liter oēs partirent. nunqd petierit: quod suæ partis eēt. nunqd cū abstū
 lit: soli sibi exegit. Q uid iterest iter eū q p se litigat: & q cognitorē dat: q p se
 litē cōtestat: sibi soli petit: alteri nemo pōt: nisi qui cognitor ē factus. Ita ne ue/
 ro cognitor si fuisset tuus: quod uicisset iudicio: ferres tuū: suo nomine petiit.
 quod abstulit: sibi nō tibi exegit. Q uod si quisq; peteū pōt alteri: q cognitor nō
 ē factus: quāro qđ ita cū Panurgus eēt iterfectus: & lis cōtestata cū Flauio dā/
 ni iniuria eēt: tu i eā litē cognitor Rosciī sis factī: cū p̄sertī ex tua orōne: quod/
 cunq; tibi peteres: huic peteres: quodcūq; tibi exigeres: id i societatē recideret.
 Q uod si ad Rosciū nihil pueniret: qđ tu a Flauio abstulisses: nisi te in suā litē
 dedisset cognitorē: ad te puenī nihil debet: quod Roscius p sua parte exegit:
 quoniā tuus cognitor nō ē factus. Q uid. n. huic rei respōdere poteris Fāni cū
 de sua parte Roscius trāsegit cū Flauio: actionē tibi tuā reliqt an nō: Si nō reli
 quit: quēadmodū. LLS. cccli. ab eo postea exegisti: si reliqt: qđ ab hoc petis:
 quod p te pseq & petere debes: Simillima. n. & maxime gemina societas hāre
 ditatis est: quēadmodū socius i societate habet partē: sic hāres i hāreditate ha/
 bet partē. Vt hāres sibi soli nō coheredib⁹ petit: sic socius sibi soli nō sociis pe
 tit: & quēadmodū uterq; p sua parte petit: sic p sua parte dissoluit hāres ex sua
 parte q̄ hāreditatē adiit: socius ex ea q̄ societatē coit. Q uēadmodū suā partē
 Roscius suo nomine cōdonare potuit Flauio: ut eā tu non peteres. sic cū exegit
 suā partē: & tibi itegrā petitionē reliqt: tecū ptiri non debet: nisi forte tu puer so

SALVSTII

more quod huius est ab alio extorquere non potes: huic eripere potes: perstat i sententia Saturius quodcūq; sibi petat socius id societatis fieri. quod si ita est: quæ malum stultitia fuit? Roscius qui ex iuris peritorum consilio & auctoritate restipularetur a Fannio diligenter: ut quod eius exegisset a Flauio dimidia partem sibi dissolueret: siquidem sine cautione & reprobatione nihilominus id Fannius societati hoc est Roscio debebat.

INVECTIVA.C.SALVSTII:IN CICERONEM.

RAVITER ET INIQ VO ANIMO MALEDICTA
tua paterer. M. Tulli si te scirem iudicio. magis q̄ morbo animi
g petulantia ista uti. Sed cū in te neq; modum neq; modestiā ul-
lā aīaduerto: Respōdebo tibi: ut si quā maledicendo uoluptatē
cepisti; eā male audiendo amittas: ubi q̄rar: quos iplorē. P.C.
diripi rēp. atq; audacissimo cuiq; eē pfidiæ locū: an apd Po. R. q̄ ita corruptus ē
largitiōib; ut se se ac fortūas suas uenales habeat: An apd uos. P.C. quoq; aucto-
ritas turpissimo cuiq; ludibrio ē. Vbi. M. Tull. leges iudicia. P. Ro. defēdit atq;
i hoc ordīe ita moderat̄: q̄ si un⁹ reliquus ex familia uiri clarissimi Scipiōis Af.
ac nō reptitius ascitus ac paulo ante i situs huic urbi ciuis: an uero. M. Tulli fa-
cta tua ac dicta obscura sūt: An nō ita a pueritia uixisti: ut nihil flagitiosū cor-
pori tuo putares qđ alteri collibuisse: an. s. istā imoderatā tuā eloquētiā apud
M. Pisonē nō pudiciciæ iactura pdidicisti: Itaq; minime mirādū ē: q̄ eā flagi-
tiose uēditas quā turpissime pasti. Vex ut opinor splēdor domesticus tibi aīos
attollit. uxor sacrilega ac piuriis nobilitata: filia matri pelleū/tibi iucūdior atq;
obsequētor q̄ parēti par ē: domū ipsam tuā ui & rapis funestā tibi ac tuis cōpa-
sti: uidelicet ut nos cōmonefacias q̄ cōuerſa Resp. sit: cū i ea domo habitares hō
flagitiosissime: q̄. P. Crassi uiri clarissimi fuit. atq; cū hæc ita sint Cicero se dicit
i cōcilio deoꝝ i mōrtaliū fuisse: ide missum huic urbi ciuib; q̄ custodē absq; car-
nificis noīne. Qui ciuitatis i cōmodū i gloriā suā ponit: q̄ si uero nō illius cōiu-
ratiōis cā fuerit cōsulatus tuus. Et i cōcilio Resp. disiecta eo tēpe: quo te custodē
habebat. Sed ut opinor illa te magis extollūt: quæ post cōsulatū cū uxore de re
pu. cōsulisti: cū legis Platiæ iudicia domi faciebatis: ex cōiuratis alios pecūiæ
cōdēnabas. Cū tibi aliis Tusculanā/alius pōpeianā uillā aēdificabat: aliis do-
mū emebat: q̄ uero nihil poterat hic erat caluniæ pxim⁹: hic aut domū tuā oppu-
gnatū uenerat: aut i sidias senatui fecerat: deniq; d̄ eo tibi cōptū erat. q̄ si tibi fal-
sa obiōcio/redde rationē q̄tu patrimonii acceperis. Quid tibi lītib; accreuerit: q̄
ex pecunia domū paraueris: Tusculanū & Pōpeianū infinito sumptu exædifi-
caueris: Aut si retices cui dubiū pōt eē: qn opulētiā istā ex sanguine & miseriis
ciuiū paraueris: uerū ut opinor hō nouus arpias ex. M. Crassi familiā illius uir-
tutē imitaf̄. Cōtēnit simultatē hominū nobiliū. P. R. curā habet: neq; terrof ne
q̄ grā mouet. Illud uero amicitiæ tātū ac uirtus ē aī. īmo uero hō leuissim⁹ sup-

IN CICERONEM.

plex inimicis:amicis cōtumeliosus:modo haꝝ modo illaꝝ partiū:fidus nemini.leuissimus senator:mercenarius patronus:cuius nulla pars corporis a turpitudine uacat.ligua uana:manus rapacissimæ:gula imensa:pedes fugaces:quæ honeste nominari non possunt in honestissima.Atq; is cum eiusmodi sit / tamē audet dicere.O fortunatam natā me cōsule Romā.T e fortunatā consule Cicerō:immo uero infelicem & miserā:quæ crudelissimam p̄scriptionē ciuium per pessa est:cum tu perturbata repu.metu percussoſ oēs bonos parere crudelitati tuæ cogebas:cum omnia iudicia oēs leges in tua libidine erant:cū tu sublata lege portia erepta libertate omnium nostrū uitæ necisq; potestatē ad te unum reuocaueras .atq; parū quidem est quod impune fecisti:uerum etiā cōmemorando exprobras:neq; licet obliuisci seruitutis suæ.egeris oro te Cicero/feceris qd libet:satis est perpessos esse:etiā ne aures nostras odio tuo onerabis :etiā moleſtissimis uerbis insectabere : Cedant arma togæ:cōcedat laurea linguaꝝ.Q uasi uero togatus & non atmatus ea quæ gloriaris confeceris:atq; inter te Syllā,q; dictatorē præter nomen imperii quicquā interfuerit : sed quid ego plura de tua insolentia cōmemorē : quem Minerua omnes artes edocuit :Iuppiter optimus maximus in cōciliū deorum admisit.Italia exulē humeris suis reportauit :oro te Romule arpinas:qui egregia tua uirtute oēs Paulos Fabios Scipio nes superasti:quem tandem locum in hac ciuitate optines : quæ tibi ptes .R.p. placent:quem amicum quem inimicū habes : cui in ciuitate fecisti insidias : cuius rede exilio tuo durachio redisti : eum insequeris:quos tyrānos appellabas eoꝝ potentiaꝝ faues.qui tibi ante optimates uidebant eos dē dementes ac furiosos uocas.Vatiniī cām agis:de Sextio male existimas:Bibulū petulantissimis uerbis lādis:laudas Cæfarem/ quem maxime odisti:& ei maxime obsequeris:aliud stās aliud sedens sentis de Rep.his maledicis illos odisti:leuissime trāſfiga neq; in hac neq; in illa parte fidē habens.

M.T.C.RESPONSIO CONTRA .C.SALVSTIVM ORATIO

XXXIII.

A DEMVM MAGNA VOLVPTAS EST CRIS.Salusti æqualē ac parem uerbis uitā agere/neq; qcquam tam obſcenum dicere:cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat:ut omnis oratio moribus consonet.neq;.n.q ita uiuit ut tu/aliter ac tu loq potest.neq; q tam illoto sermone utitur uita honestior ē.Q uo me uertam.P.C.unde initium sumam:maius enim mihi dicendi onus imponitur quo notior est uterq; nostrum .quod si aut de mea uita atq; actibus nostris huic conuictiori respondero / Inuidia gloriam consequetur : aut si huius facta mores omnem ætatem nudauero : in idē uitium incidam procacitatis / quod huic obiūcio ,id uos si forte offendimini iustius huic q mihi succensere debetis : qui initium introduxit :ego dabo

RESPONSIO IN SALVSTIVM.

operam ut & p me minimo cū fastidio respondeā:& ī hunc minime mentitus uidear.Scio me.P.C.in respondendo non habere magnam expectationē / q nullum uos sciatis nouum crīmen in Salustium audituros:sed omnia uetera re cognituros.Q uibus & meæ & uestræ iam & ipsius aures calent:uerum eo ma gis odisse debetis hominem :qui ne incipiens quidē peccare minimis rebo po suit rudimentum:sed ita ingressus est/ut neq; ab alio uinci possit/ neq; ipse se omnino reliqua ætate præterire.itaq; nihil aliud studet nisi ut lutulentus sūs cū quo quis uolutari.longe uero fallitur opinione:non.n.pcacitate linguaæ uitæ sor des eluuntur:sed ē quædam calūnia:quam unusquisq; nostrum testante ani mo suo fert de eo/qui falsum crīmen bonis obiectat;q; si uita istius memoriam uicerit illam.P.C.nō ex oratione sed ex moribus suis spectare debebitis :iam dabo operā q;maxime potero breue ut faciā/ neq; hæc altercatio nostra uobis in utilis erit.P.C.plerūq; n.R esp.priuatis crescit inimicitiis:ubi nemo ciuīs qua lis sit uir potest latere .Primū igit̄ quoniam omnium maiores Cris. Salustius ad unum exemplū & regulā quærit / uelim mihi respondeat/nūqd hi quos pro tulit Scipiones & metelli:ante fuerunt aut opinionis aut gloriæ: q; eos res suæ gestæ & uita innocētissime acta cōmēdauit: q; si hoc fuit illis initium nomīs et dignitatis :cur non æque de nobis existimetur :cuius & res gestæ illustres sunt & uita integrerime acta : quasi uero tu sis ab illis uiris Salusti ortus. q; si esses: nō ne illos iam tuæ turpitudinē pigeret:ego meis maioribus uirtute mea præ luxi:ut si prius noti non fuerint:a me accipiāt initium memoriae suæ.tu tuis ui ta:quā turpiter egisti:magnas offudisti tenebras.ut etiā si fuerint egregii ciues certe uenerint in obliuionē:quare noli mihi antiquos uiros obiectare: satius est enim me meis rebus gestis florere q; maiorē opinione niti:& ita uiuere ut sim po steris meis nobilitatis initium & uirtutis exemplū.neq; me cū his conferre de cet.P.C.qui iam decesserunt/omniq; odio carent & inuidia:sed cū his qui me cum una in Rep.uersati sunt.cedo si fuerim aut in honoribus petendis nimis a bitiosus / non hanc dico popularem ambitionem :cuius me principem confite or :sed illam perniciosa mōtra leges/cuius primos ordies Salustius duxit: aut in gerundis magistratibus aut in uindicādis maleficiis tā seuerus/aut in Repu tam uigilans:quā tu proscriptionem uocas : credo q; non oēs tui similes incolu mes in hac urbe uixissent.at quanto meliore loco Resp.staret si tu par ac simili scelerorū ciuium una cum illis annumeratus essem:an ego tunc falso scripsi cedant arma togæ : qui togatus armatos & pace bellum oppressi:an illud men titus sum:Fortunatam me consule Romam : qui tantū intestinū bellum ac do mesticum urbis incendium extinxī.neq; tui piget te homo leuissime /cū ea cul pas quæ in historiis mihi gloria ducis :an turpius est scribentem mentiri:q; illū palā hoc ordine dicentē :nam quod in ætatem increpuisti/tātum me abesse pu to ab impudicicia quantū tu a pudicicia Sed qd ego de te plura quærar.Q uid enī mentiri turpe dices/q ausus mihi sis eloquētiā ut uitiū obiicere :cuius semp

RESPONSIO IN SALVSTIVM

nocens eguisti patrocinio:an ullum existimas posse fieri ciuem egregiū:qui nō his artibus & disciplinis sit eruditus:an ulla alia putas rudimenta & incunabula uirtutis:quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur:Sed minime mirum ē P.C.si homo qui desidiæ ac luxuriæ plenus sit:hæc ut noua ac iusitata mirat:nam quod ista iusitata rabie petulanter in uxorem & in filiam meam inuasi:sti:quæ facilius mulieres se a uiris abstinuerunt/q̄ tu uir a uiris:satis docte ac pi te fecisti.non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturū:ut uicissim tuos compellarē:unus.n.satis es materiæ habens:neq; qcquā turpius est domi tuæ q̄ tu: multum te uero opinio fallit:q̄ mihi putasti parare inuidiam ex mea re fa miliari:quæ multo mihi minor est q̄ habere dignus sum.atq; utinam ne tanta quidem esset quanta ē:ut potius amici mei uiuerent:q̄ ego testamentis eorum locupletior essem:ego fugax Cri.Salusti furorī tribuni plebis cessi:utilius du xi quāuis fortunam unus experiri q̄ uniuerso populo Roma.ciuilis essem dis sensionis cā.Qui postea q̄ ille suum annum in Rep.debacchatus eēt/omnia, q̄ quæcūq; cōmouerat:pace & ocio resederunt:hoc ordine reuocante atq; ipsa Repu.manu retrahente me reuerti:qui mihi dies si cum omni reliqua uita con ferañ animo quidem meo superet:cum uniuersi uos populusq; Roma.freqns aduentu meo gratulatus est.tanti me fugacem mercenarium patronum hi æsti mauerunt:neq; hercle mirum est:si ego semper iustas omnium amicicias exi stimauī:Non enim uni priuatim ancillatus sum neq; me addixi.Sed quantū quisq; Reip.studuit:tantum mihi fuit aut amicus aut aduersarius.Ego nihil plus uolui ualere q̄ pacem:multi priuatorum audacias metuerunt:ego nihil tis mui nisi leges:multi arma sua timeri uoluerunt:ego nunquam uolui quicquā posse nisi p̄ uobis:multi ex uobis potentia freti in uos suis viribus abusi sunt, Itaq; nō est mirum si nullius amicicia usus sum:qui non perpetuo Reip.amicus fuit:neq; me pœnitit si aut peteti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum:aut Sextii insolentiam repressi:aut bibuli patientiam culpaui:aut uirtutib; Cæ saris faui:quæ si tu mihi ut uitia obiicis:temeritas tua reprehendet:non mea uitia culpabuntur.Plura dicerem si apud alios mihi esset differendum.P.C.non apud uos:quos habui omnium actionum mearum monitores.sed ubi rerū te stimonia adsunt:quid opus est uerbis:nunc ad te ut reuertar Salusti patrēque tuum præteream:qui si nunquam in uita sua peccauit:tamen maiorem iniuri am Reipub.facere nō potuit q̄ q̄ te talem filium genuit:neque tu si qua pue ritia peccasti exequar:ne parentem tuum uidear accusare:quod eo tēpore sum mam tui potestatem habuit:sed qualem adolescentiam egeris.hac enim demō strata facile intelliget:quam petulantí pueritia q̄ impudicus & procax adoleue ris:posteaquam immensæ gulæ ipudicissimi corporis quæstus sufficere nō potuit:& ætas tua ad ea patienda quæ alteri facere collibusset exoleuerat/cupiditatibus infinitis efferebaris:ut quæ ipse corpori tuo turpia nō duxisses i aliis ex periceris.ita nō est facile reputare.P.C. utrū in honestioribus corporis partibus

RESPONSIO IN SALVSTIVM.

rem quæsierit an amiserit:domum paternā uiuo patre turpissime uenalem habuit/uendidit:nec cuiq; dubium eē potest quin mori coegerit eum: quo nondū mortuo pro hærede gesserit omnia.non pudet a me querere quis in .P. Crassi domo habitat: cum ipse respondere nequeat quis in ipsius habitat paterna domo :at hercule lapsus ætatis tyrocinio postea se correxit :non ita est:sed abiit in sodalitium sacrilegii Nigidiani.bis ad iudicis subsellia attractus extrema fortuna stetit:& ita dicescit :ut non hic innocēs esse sed iudices peierasse extimarentur.Primum honorē in quæstura adeptus:secutus ē hunc locū & hunc ordinē: despectu cuius aditus cuiq; sordidissimo hominū patuisset.Itaq; timens ne facinora eius clandestina clara uobis essent/cū omnibus matrum familiarū opprobrio esset/confessus est uobis audientibus adulterium:neq; erubuit ora uestra: uixeris ut libet Salusti/egeris quæ uolueris:satis est unum te tuorū scelerū eē cōscium:noli nobis languorē & soporē nimium exprobrare.sumus diligentes in tuenda pudicicia uxorum nostrarum:sed ita experrecti non sumus:ut a te caue re possimus.audacia tua uincit studia nostra.Et quod hunc mouere possit factum aut dictum turpe: quem non puduerit palam uobis audientibus adulterium confiteri: q; si nihil pro me tibi respondere uoluissem/sed illud censorium eloquū Appi Claudii .&. L. Pisonis integrissimorū uirorum :quo usus ē quis: q; eorum pro lege palam uniuersis recitarem:nonne tibi uiderer æternas inuref maculas: quas reliqua uita tua eluere non posset: neq; post delectum senatus te unquam uidimus/nisi forte in ea te castra conieciisti:quo omnis sentina Rei pub. confluxerat: atq; idem Salustius qui ī pace nec senator quidem māserat/postea quam resp. armis oppressa est:& idem uictor q; exules reduxit /senatum post quæsturam reductus est.quem honorem ita gesit ut nihil uenale non ī eo habuerit:cuius aliquis emptor fuerit:Ita egit ut nihil non æquum atq; uerū duixerit quod ipsi facere collibuisse.neq; aliter uexauit ac debuit si quis prædæ loco accepisset magistratum .peracta quæstura postea magna pignora eis dederat quibus similitudine uitæ se coniunxerat:unus iam ex illo grege uidebat. Eius.n.partis exemplar erat Salustius.quod tantum in unam uoraginem cœtus omnium uicioꝝ excesserat .quicqd impudicoꝝ:clonū;parricidarum:sacrilegoꝝ:debitoꝝ fuit in urbe/ municipiis/coloniis/Italia tota : sicut in fretis sub federant:nominis perdit ac notatissimi /nulla in parte castris apti nisi licentia uiciorum ac cupiditate rerum nouarum.at posteaquam prætor est factus :modeste se gesit :& abstinerter.nonne ita prouinciam uastauit :ut nihil neq; pas si sint neque expectauerint grauius socii nostri in bello :q; experti sunt in pace :hoc Africam interiorem obtinente .Vnde tantum hic exhausit .P. C. quā tum uoluit :ne causam diceret Sestertio duodecies cum censore paciscitur . q; si quippiam eorum falsum est/hic pallam refelle.unde :quo modo :qui ne paternam quidem domum redimere potueris :repente tanquam somnio beatus hortos preciosissimos uillam Tiburti .C . Cæsaris Reliquas possessiones

INVECTIVĀ PRIMA IN CATILINAM.

paraueris: neq; piguit quaref cur ego. P. Crassi domū emissem: cū tu ueteris uīl
læ dominus sis/cuius pauloante fuerit Cæsar / modo inq patrimonio non co/
meso sed deuorato/ quibus rationib; repente factus es tam affluens & tā bea/
tus? Nā quis te faceret hæredem? quem ne amicū quidē satis honestū quisquā
sibi dicit: nisi similis ac par tui: at hercule egregia facta maiorū tuor; te extol/
lūt: quoq; siue tu similis es/ siue illi tui nihil ad tuū scelus ac nequitiā addi po/
test. Verū ut opinor honores tui te faciunt insolentem. Tu Cris. Salusti tātidē
te putas eē bis senatorē & bis quæstorē fieri/ quod bis cōsularē & bis triūpha/
lē. carere debet omni uitio qui in alter; dicere paratus ē. Is demum maledicit/ q
non potest uerū ab alio audire. Sed tu omnium mensarum assecla/omnium cu/
biculorum in ætate pellex : & idem postea adulter: omnis ordinis turpitudo /
& ciuilis belli memoria. Q uid enī hoc grauius pati potuimus q; te incolumē
in hoc ordine uideamus? desine bonos petulantissima consectari lingua:desi/
ne morbo procacitatis isto uti: desine unū quēq; moribus tuis æstimare: his mo/
ribus amicū tibi efficere non potes/uideris uelle inimicū habere . Finem dicēdi
faciam. P.C. sæpe enim uidi grauius offendere animos auditorum eos: qui alie/
na flagitia aperte dixere / q; eos qui cōmisere. Mihi quidem ratio habenda est
non quæ Salustius merito debeat audire: sed ut ea dicam / si qua ego honeste
effari possum.

M.T.C.LIBER PRIMVS INVECTIVARVM IN CATILINAM
ORATIO

.XXXIII.

VOVSQVE TANDEM ABUTERE CATILINA
patientia nostra? qd iu etiā furor iste tuus nos eludet? quē ad
finem lese effrenata iactabit audacia? Nihil ne te nocturnū p
sidiū palatii: nihil urbis uigiliæ:nihil timor populi: nihil cō/
cursus bonor; omniū:nihil hic munitissimus habendi sena/
tus locus:nihil hor; ora uultusq; mouerunt? patere tua cōsilia
non sentis. Cōstrictā iā horū omniū cōscientia teneri cōiurationē tuā nō uides:
qd proxima:qd supiori nocte egeris: ubi fueris: quos conuocaueris / quid cōsi/
lli ceperis: quē nostr; ignorare arbitraris? O tempora:o mores. Senatus hoc in/
telligit: Cōsul uidet: hic in uiuit. uiuit? imo uero & in senatum uenit. fit publi/
ci consilii pticeps: Notat & designat oculis ad cædem unūquēq; nostrū: nos at
uirī fortes satisfacere reip. uidemur: si istius fuorem ac tela uitemus. Ad mortē
te Catilina duci iussu cōsulis iā pridē oportebat: in te conferri pestē istā quā tu
in nos omnes iam diu machinaris. an uero uir amplissimus Pub. Scipio ponti/
fex maximus Tiberium Gracchum mediocriter labefactantem statum Reip.
priuatus interfecit: Catilinam uero orbem terræ cæde ac incendiis uaastare cupi/
entem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua prætero. q; Quī/
tus Seruilius Hala spuriū Melium nouis rebus studentem manu sua

INVECTIVA PRIMA.

occidit: fuit ista quondam i hac re pu. uirtus ut uiri fortes acrioribus suppliciis ciue pnitiosu: q acerbissimum hostem coerceret: habemus enim senatus cōsulatum in te Catilina uehemens & graue: non deest rei pub. consiliū: neqz auctori tas huius ordinis: nos nos dico aperte cōsules desumus. Decreuit quōdam Senatus ut Lucius Opimius consul uideret ne quid resp. detrimenti caperet: nox nulla intercessit: mox iterfectus est propter quasdam seditionum suspitiones C. gracchus clarissimo patre natus auitis moribus. occisus est cum liberis Marcus fulvius cōsularis simili senatus consulto. C. Mario & L. Valerio consulibus permitta est resp. Num unum diem postea L. Saturninum Tribunum plebis & C. Seruiliū prætorem mors ac rei pub. poena remorata est: at nos uicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. habemus enim huiuscmodi senatus consultum uerum tamen inclusum in tabulis: tanquam gladium in uagina reconditum: quo ex senatus consulto statim interficētum te esse Ca. cōuenit: uiuis. uiuis non ad deponendam audaciam sed ad cōfirmandam. Cupio o patres conscripti me esse clementē cupio in tantis Reip. piculis nō me dissolutū uideri. sed iam me ipsum inertiæ neqtiaqz cōdēno: castra sunt in Italia cōtra Po. Ro. in hetruriæ faucibus collocata. crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem castrorū imperatorem ducēqz hostium intra mœnia atqz adeo in Senatu uidemus. intestinā aliquā pñiciem quotidie Reip. molientē: si te iā Ca. cōprehendi si interfici iussero credo uerendū erit mihi: ne non potius hic oēs boni serius a me qz quisqz crudelius factū eē dicāt. Verū ego hic quod iam pridē eē factū oportuit certa de cā nondū adducor ut faciam. Tū deniqz interficiam te: cū iam nemo tā improbus tā pditus tā tuī similis iuenerit poterit: cui id non iure factū eē uideat. qdiu quisqz erit q te defendēt audeat/ uiues & uiues ita: ut nūc uiuis. multis meis pñidiis oppressus & obfessus ne cōmouere te cōtra R. ep. possis. multoqz te etiā oculi & aures nō sentientē sic ut adhuc fecerūt speculabunt atqz custodiēt. Etenim qd est Ca. qd iā amplius expectes: si neqz nox tenebris obscurare cōetus nefarios/nec priuata domus patribus continere uoces coniurationis tuæ potest. si illustrat̄ si erūpt̄ oīa: mutato iā mentē istā. mihi crede obliuiscere cädīs & incendiogz: Teneris undiqz. Luce sunt clariora tua consilia nobis oīa: quæ & iā licet meū recognoscas. me ministi me ante diem. xii. Kal. nouēbris dicere & senatu: fore in armis certo die qui dies futurus eēt ante sex. Kalēdis nouembris. C. Manliū audaciæ satellitē arqz administrū tuæ. Nū me fefellit Cat. nō modo res tanta tā atrox tāqz icribilis: uez id quod multo magis admirandū dies. Dixi ego idem in Senatu cēdem te optimatum contulisse in ante diem. v. Kalēdas nouēbris: tum cum multi prīncipes ciuitatis Romæ non tā sui conseruādi qz tuogz consiliorū reprimendorum causa profugerunt. num ificiari potes te illo ipso die meis pñidiis mea diligentia circumclusum cōmouere te contra R. emp. nō potuisse: cū tu discessu cæterorū nostra tamen qui remansissemus cæde contentum te esse dicebas.

INVECTIVA PRIMA IN CATILINAM.

quid cū tu te Preneste kalendis ipsis nouembris occupaturum nocturno impe
tu esse confideres: Sensisti ne illam coloniā meo iussu meis præsidiis custodiis
uigiliisq; esse munitam: nihil agis: nihil moliris: nihil cogitas: quod ego non
modo audiam: sed etiam uideam: planeq; sentiam: recognosce: sādem mecum
noctem illam superiorem: iam intelliges multo me uigilare acrius ad salutem
q; te ad perniciem R.eip.dico te priore nocte uenisse inter falcarios: non agā ob
scure in. M. Leccæ domū: conuenisse eodē complures eiusdē amentiæ sceleris/
q; socios: num negare aedes? Quid taces: conuincam: si negas: video. n.hic ī
senatu quosdam qui tecum una fuerunt. O dī immortales ubi nam gentiū su-
mus: in qua urbe uiuimus: quā Remp. habemus? Hic hic sunt in numero ue-
stro P.C.in hoc orbis terræ sanctissimo grauissimoq; consilio. q de nostro om-
niū interitu q de huius urbis atq; adeo orbis terræ exitio cogitent: hosce ego ui-
deo consul: & de R.eip. sententiā rogo: & quos ferro trucidari oportebat eos non/
dū uoce uulnero: fuisti igit apud Leccā illa nocte Ca. distribuisti partes Italiae
statuisti quo proficiisci placeret: delegisti quos Romæ relinqueres: quos tecum
educeres: descripsisti urbis partes ad incendia: confirmasti te ipsum iam eē exi-
turum: dixisti paululum tibi eē etiā nūc moræ q ego uiuerem. Repti sūt duo
equites Ro. qui te ista cura liberarent: & se illa nocte pauloāte lucem me ī meo
lectulo interfecturos pollicerent. hæc ego oīa uix dum cœtu uestro dimisso cō-
peri: domum meā maiorib; præsidiis muniui atq; firmaui. Exclusi eos quos
tu ad me salutatum mane miseras. quos ego iam multis ac summis uiris ad me
id temporis uenturos eē prædixeram. quæ cum ita sint Ca. perge quo cœpisti.
Egredere aliquando ex urbe: patent portæ. proficiscere: nimium diu te impera-
torem tua illa māliana castra desiderant. Educ tecum etiā omnes tuos: Si
minus qplurimos. purga urbem: magno me metu liberabis dūmodo inter te et
me murus intersit: nobis cum uersari iam diutius nō potes. non ferā. nō patiar.
non sinā. Magna diis īmortalib; habenda est atq; huic ipsi Ioui statori antiquissi-
mo custodi huius urbis gratia: q; hanc tam tetram tam horribilem tamq; infe-
stam R.eipū. pestem: totiens iā effugimus. Nō est sāpius in uno homine sum-
ma salus pericitanda R.eip. qdiu Ca. mihi consuli designato insidiatus es: non
publico me præsidio sed priuata diligentia defendi: cum proximis comitiis cō-
sularibus me consulē in cāpo Martio & cōpetitores tuos interficere uoluisti: cō-
pressi conatus tuos nefarios amicos præsidio & copiis nullo tumultu publice
concitato: deniq; quotienscūq; me petisti per me tibi obstiti: q;q uidebā perni-
ciem meā cum magna calamitate R.eip. eē cōiunctā. nūc iam apte R.epu. uni-
uersam petis: templa deoī īmortalium: tecta urbis: uitam oīum ciuiū: Italīā de/
niq; totam ad exitium & ualitudinem uocas: quare quoniam id quod primū ē &
quod huius imperii disciplinæq; maiorū pprium facere nōdū audeo: faciā qd
est ad securitatē lenius & ad cōmunem salutem utilius: nā si te iterfici iussero:
residebit in Rep. reliqua cōjuratoꝝ manus, si tu quod te iādudum hortor ex/

RR

ORATIO.

ieris exhauietur ex urbe tuo discessu tuorum omniū magna & perniciosa sen-
tina Reip. Quid ē o Catil. num dubitas id me imperāte faceſ quod iā tua spō
te faciebas? Exire ex urbe consul iubet hostem: interrogas me nū i exilium: nō
iubeo, sed si me consulis: suadeo. quid enim est Ca. quod te iam i hac urbe de-
lectare possit? in qua nemo est extra iſtam coniurationē pditorū hominū: q te
non metuat nemo qui te non oderit? quæ nota domesticæ turpitudinis inusta
uitæ tuæ non inest? quod priuatarum rerum dedecus non hæret infamiax tuæ?
quæ libido ab oculis? quod faciñus a manib⁹ unq⁹ tuis? quod flagitium a toto
corpore absuit? cui tu adolescentulo: quem corruptelarū illecebris irretiſſes nō
aut ad audaciā ferrū: aut ad libidinem facem prætulisti? quid uero nuper cum
morte superioris uxoris nouis nuptiis domum uacuam feciſſes: nonne etiam
incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti? quod ego prætermitto & facile patior
ſileri: ne in hac ciuitate tanti facinoris imanitas aut extiriſſe: aut non uindicata
eē uideat: prætermitto ruinas fortunarum tuarum: quas omnes pximis diebus
tibi impendere ſenties ad illa uenio quæ non ad priuatam ignominiā uitiorum
tuor⁹: non ad domesticā tuā facultatem ac turpitudinē: ſed ad summā Reipu.
atq⁹ ad oīum noſtrū uitā ſalutēq⁹ ptiuent. Poteſt ne tibi huius uitæ hæc lux Ca.
aut huius cœli ſpiritus eē iucundus? cū ſciás eſſe hor⁹ neminem: qui neſciat te
pridie kalendas Ian. Lepido & Tullio consulib⁹ ſtetiſſe in comitio cum telo: &
manum consulū & principum ciuitatis interficiendo: cā parauifſe? Sceleri ac
furori tuo nō mētem aliquam aū timorem tuū. ſed fortunā populi Ro. obſti-
tiſſe: at iam illa omitto. neq⁹. n. ſūt aut obſcura aut nō multo poſt cōmiſſa: quo
tiēs tu me designatū: quotiens uero me cōſulē interficere conatus es? quo ego
tuas petitiones ita cōiectas: ut uitari poſſe nō uiderenſ: parua quadā declinatōe
& ut aiūt corpore effugī? nihil agis: nihil aſſequeris: nihil moliris: quod me late
re ualeat: neq⁹ tñ conari neq⁹ uelle desiſtis: quotiens iā tibi extorta ē ſicca iſta
de manib⁹: quotiens uero excidit caſu aliquo & elapsa eſt? tñ ea carere diutius
nō potes. quæ qdē quib⁹ abſ te initiata ſacrī ac deuota ſit neſcio: q eā neceſſe
putas in cōſulis corpore defigere. nūc uero quæ ē iſta uita? Sic enim iā tecū lo-
quar: nō ut odio pmoſtus eē uidear quod debeo: Sed ut misericordia: quæ tibi
nulla debetur. uenisti pauloante in Senatum quis te ex hac tāta frequentia tot
ex tuis amicis ac neceſſariis ſalutauit? Si hoc poſt hominū memoriam contigit
nemini uocis contumeliā expectas? Cū ſis grauiflmo iudicio taciturnitatis op-
preſſus? Quid qd' aduentu tuo iſta ſubſellia uacua facta ſunt? Quid qd' oēs
consulares: q tibi pſaſpe ad cādem conſtituti fuerūt: ſimulatq⁹ aſſediſti: pte iſta
ſubſelliō: nudā atq⁹ inanem reliquerūt: quo tādē animo hoc tibi ferendū? Ser-
ui me hercules mei ſi me iſto paſto metuerēt ut te metuunt oēs ciueſ tui: domū
meā relinquent am putarem: tu tibi urbem nō arbitriaris? & ſi me meis ciuib⁹ in
iuria ſuceptū ram grauiter atq⁹ offenſum uiderem: carere me aspectu ciuium
q̄ infeſtis omnium oculis conſpici mallem. tu cū conſcientia ſcelerum tuorum

INVECTIVA PRIMA IN CATILINAM.

agnoscas odium omnium iustum & iam diu tibi debitum: dubitas quoq; mētes sensumq; uulneras eorū aspectus præsentiaq; uitare? Si te parentes timerēt atq; odissent tuī: neq; eos ulla ratione placare posses: ut opinor ab eorū oculis a' liquo concederes: nunc te patria quācōmuniſt̄ est parens oīum nostrum odit atq; metuit. & iam diu de te nihil iudicat nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neq; auctoritatē uerebere? nec iudicium sequere? nec uim pertimesces? q̄ tecum Catilina sic agit & quodāmodo tacita loquitur. nullum iam aliquot annis facinus extitit nisi per te: nullum flagitiū sine te: tibi multoq; ciuium cædes / tibi uexatio direptioq; socioq; impunita fuit ac libera: tu non solum ad negligendas leges & questiones uerūetiam ad deuinendas perfringendasq; ualueristi. Superiora illa quāq; ferenda non fuerunt: tuli tamē ut potui: nūc uero me totam eē in metu propter unum te: quicqd icrepuerit Catilinam timeri: nūl lum uideri contra me consilium iniri posse: quod a tuo scelere abhorreat: nō est ferendum. Quāobrem discede atq; hunc mihi timorem eripe: si uerus ē: ne op̄ primar: sin falsus: ut tandem aliquando timere desinam: hæc si tecum ita ut dixi patria loquatur: nōne impetrare debeat etiam si uim adhibere nō possit? qd̄ quod te ipse in custodiā dedisti? quod uitanda suspitionis causa apud M. Le pidum te habitare uelle dixisti: a quo non receptus etiam ad me uenī ausus es atq; ut domi meā asseruarem fogasti: cum a me id quoq; responsum tulisses / me nullo modo posse hisdem parietib; tuto esse tecum: qui magno in periculo essem: q̄ isdem mœnibus contineremur: ad. Q. Metellum prætorē populi ro. uenisti: a quo repudiatus ad sodalem tuum uirum optimum. M. Marcellū de migrasti: quem tu & ad custodiendum te diligentissimū: & ad supplicandū sagacissimum & ad uindicandum fortissimū fore putasti: sed q̄ longe uidet a carceri atq; uinculis abesse debere: qui seipsum iam dignum custodia iudicavit. q̄ cum ita sint Ca. dubitas si hic morari & quo animo non potes: abire in aliquas terras: & uitam istam multis suppliciis iustis debitissimq; ereptam fugae solitudini q; mandare? Refer inquis ad senatū: id. n. postulas. & si hic ordo sibi placere d̄ creuerit te ire i exilium: obtempaturum te esse dicis. nō referam id quod abhorret a meis moribus: sed tantum faciam ut intelligas quid hi de te sentiant: egredere ex urbe Ca. libera Remp. metu: in exilium: si hanc uocem expectas: proficisci: quid est Ca. quid attendis: ecquid animaduertis horū silentiū? patiūtur tacent. Quid expectas auctoritatē loquentium: quoq; uoluntatē tacitorū perspicis? at si hoc idem huic adolescenti optimo. P. Sextio si fortissimo uiro M. Marcello dixissem: iam mihi consuli hoc ipso in templo Senatus iure optimo uim & manus intulisset: de te autem Catilina cum quiescunt probant cum patiuntur decernūt: cum tacent clamant. neq; hi solum: quoq; auctoritas est: uidelicet clara uita utilissima. Sed etiam illi equites Roma. honestissimi atq; optimi uiri cæteriq; fortissimi ciues: qui circūstant Senatum. quorum tu & frequētiam uidere & studia perspicere & uoces pauloante exaudire potuisti: quorum

ORATIO.

ego uix abs te iam diu manus ac tela contineo/eosdem facile adducā: ut te hæc
 quæ uastare iam pridem studes/relinquentem usq; ad portas prosequantur.
 Quāq; quid loquar: te ut nulla res frangat: tu ut nunq; te corrigas: tu ut nullā
 fugam meditere: ut tu nullum exilium cogites: utinam istam mentem dī im-
 mortales tibi donarent.tāetsi uideo si mea uoce pterritus ire in exilium animū
 induxeris:Quanta tempestas inuidiæ nobis:si minus i præsens tempus receti
 memoria sceleru: tuor:at in posteritate impendeat:sed non ē mihi tanti:dūmo-
 do ista tua sit priuata calamitas & a Reip.periculis seiungatur.Sed tu ut uitiis
 tuis cōmoueare ut legum pœnas ptimescas /ut temporib; Reip.cædas non est
 postulandum.Neq;.n.is es Ca.ut te pudor a turpitudine/aut metus a periculo/
 aut ratio a furore reuocari.Q uāobrem ut sæpe iam dixi proficisci:ac si mi-
 hi inimico ut prædicas tuo conflare uis inuidiam:recta uia perge in exiliū :uix
 feram sermones hominū si id feceris:uix molē istius inuidiæ si in exilium iussu
 consulis ieris sustinebo.Sin autem seruire meæ laudi & gloriæ mauis:egredē
 cū importuna sceleratorū manu.Confer te ad Manlium: concita pditos ciues.
 Secerne te a bonis.Infer patriæ bellum.exulta impio latrocínio:ut a me nō eie-
 ctus ad alienos:sed inuitatus ad tuos ifse uidearis:quāq; quid ego te inuitem: a
 quo iam scio esse præmissos: qui te ad forum Aurelium prestolarentur armati:
 cum sciam iam pactam & constitutā cū Mālio diem: a quo etiam aquilam il-
 lā argenteam:quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosa ac funestam fu-
 turam .cui domi tuæ sacrarium scelerū tuor:constitutum fuit:sciā eē præmis-
 sam.tu ut illa carere diutius possis quā uenerari ad cædem proficisci solebas:
 a cuius altaribus sæpe istā impiam dextram ad necem ciuium transtulisti: Ibis
 tandem aliquādo:quo te iam pridem ista tua cupiditas effrenata ac furiosa ra-
 piebat.Neque.n.tibi hæc res affert dolorem:sed quandā incredibilem uolupta-
 té:ad hanc te amentiā natura peperit:uolūtas exercuit:fortuna seruauit. Nūq;
 tu non modo ocium sed ne bellū quidem nisi nefariū cōcupisti.nactus ex pdi-
 tis atq; ab omni non modo fortuna ueruetiā spe derelictis conflatā improbor:
 manum .hic tu qua læticia perfrueret:quibus gaudiis exultabis:quanta in uo-
 luptate bacchabere: Cum in tanto numero tuorum neq; audies uirum bonum
 quēquā neq; uidebis.Ad huius uitæ studium meditati illi sunt q feruntur labo-
 res tui iacere humili non solum ad obſidendum stuprum uerumetiā ad facinus
 obeundum.uigilare non solum ad insidiādum somno maritorum:uerumetiā
 bonis occisorum.habes ubi ostentes illam tuam præclarā patientiam famis/fri-
 goris/inopiae/rerum omnium:quibus te breui tempore confectum esse senties.
 tantum profeci tum cū te a cōsulatu repulsi:ut exul potius tentare q consul ue-
 xare Rempublicam posses.A tq; ut id quod esset a te scelerate susceptum latro-
 cinium potius:q bellū nominaretur.Nunc ut a me Patres conscripti quandam
 prope iustum patriæ querimoniam detester atq; deprecet:percipite quæso dili-
 genter quæ dicam:& ea penitus animis uestris mentibusq; mandate.Etenim

INVECTIVA PRIMA IN CATILINAM.

Si mecum patria quæ mihi uita mea multo est carior: si cuncta Italia: si o s Res publicæ loquantur. Marce Tulli quid agis? Tu ne eum quem e  hostem com peristi? Quem ducem belli futurum uides: quem expectari imperatorem in castris hostium sentis: auctorem sceleris: principem coniurationis: euocator  seruorum & ciuium perditorum: exire patiere: ut abs te non emissus ex urbe sed immisus in urbem esse uideatur: n ne hunc in uincula duci: n ne ad morte rapi: n ne summo suppicio mactari imperabis? Quid tandem te ipedit? mos ne maiorum: at pers pe etiam priuati i  hac Rep. perniciosos ciues morte multarunt. An leges? quæ de ciuium Romanorum suppicio rogatae sunt? At n u quam in hac urbe ii qui a Re publica defecerunt ciuium iura tenuerunt. An in uidiam posteritatis times? pr clararam populo Romano refers gratiam: qui te hominem per te cognitum nulla commendatione maiorum tam mature ad summum imperium per omnes honor  gradus extulit: si propter inuidiam aut alii cuius periculi metum salutem ciuium tuorum negligis. sed si quis est inuidiae metus: non est uehementior seueritatis aut fortitudinis inuidia q  inerti  atque nequiti  pertimesc da. An cum bello uastabitur Italia: uexabuntur urbes? te c ta ardebunt? tum te non existimas inuidiae incendio conflagraturum? His ego sanctissimis Reipubli. uocibus & eorum hominum qui hoc idem sentiunt mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimum factu iudicarem. P. Consc. Catilinam morte multari: unius usuram hor  gladiatori isti ad uiuendum n  dedissem. Et enim si summi & clarissimi uiri Saturnini & Gracchorum & Flacci & superiorum complurium sanguine non modo se non cotaminarunt sed et honestarunt: certe uerendum mihi non erit: ne quid hoc parricida ciui  interfecto inuidiae mihi in posteritate redundaret: q  si ea mihi maxime impenderet t n animo fui semper: ut inuidiam uirtute p t  glori  non inuidiam putarem. Quanquam nonnulli sunt in hoc ordine qui aut ea qu  iminent non uideant: aut ea qu  uident dissimulent: qui spem Catilin  mollibus sententiis aluerunt: Coniuration q  nasc tem corroborauerunt. quorum auctoritat  secuti multi non solum improbi ueruetiam imperiti si in hunc animaduertissem: crudeliter non egregie factum esse dicerent. Nunc intelligo si iste quo intendit in Manliana castra peruererit: neminem tam stultum fore qui non uides at coniurationem patefactam esse: neminem tam improbum qui non fateatur. hoc autem uno imperfecto intelligo hanc Reipubli. pestem reprim : non in perpetuum comprimi posse. Quod si se eiecerit secu q  eduxerit suos & eodem c teros undiq  collectos naufragos aggregarit: extinguetur atq  delebitur non modo haec tam adulta Reipub. pestis: uerum etiam stirps ac semen malor  omniu : Et enim i adiu. P.C. in his periculis coniurationis isidiisq  uersamur. Sed nescio quo pacto omnium scelerum ac ueteris furoris & audaci  maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Quod si ex tanto latrocinio iste unus tollet: uidebimus fortasse ad breue quodd  t pus cura & metu e  releuati: periculum

ORATIO.

aut residuebit & erit inclusum penitus in uenis atq; in uisceribus Reipu. ut s^ap^e homines ægri morbo graui cū febri æstuq; iactantur: si aquam gelidam bibe-
rint: primo reueari uident^r: deinde multo grauius uehementiusq; afflictantur.
Si hic morbus q; est in Repu. reueatus istius pœna: uehementius uiuis reliqs
ingrauescit. Quare secedant improbi: Secernant se a bonis. Vnum in locū cō-
gregentur: muro deniq; id quod s^ap^e iam dixi discernant a nobis. Desinant in
sidiari domi suæ consuli. Circūstare tribunal prætoris Urbani: obsidere cū gla-
diis curiam: malleolos & faces ad inflāmandam urbem comparare. Sit deniq;
scriptū in fronte uniuscuiusq; Quid de Repu. sentiat. polliceor uobis. P.C.tā
tam in nobis consulibus fore diligentia: tantam in uobis auctoritatem: tantam
in equitibus Ro. uirtutem: tantā in omnibus bonis consensionem: ut Catilinæ
profectione omnia patefacta: illustrata: oppressa: uindicata eē uideatis. Hisce
omnibus Catilina cum summa Reipub. salute: cum tua peste ac pernicie: cum
q; eorum exitio: qui se tecum omni scelere parricidioq; iunxerunt proficisci-
re ad impium bellum ac nefarium. Tu Iuppiter: qui iisdē q**uo**d hæc urbs cōdita au-
spiciis a Romulo es constitutus: quem statorem huius urbis atq; iperii uere no-
minamus: hunc & huius socios a tuis aris cæterisq; tēplis ac tectis urbis a mœ-
nibus a uita fortunisq; ciuium omnium arceb̄is. & omnes bonorum inimicos:
hostes patriæ: latrones Italiæ scelerum scēdere inter se ac nefaria societate con-
iunctos æternis suppliciis uiuos mortuosq; mactabis.

M.T.C.LIBER SECUNDVS INVECTIVARVM:IN CATI- LINAM. ORATIO .XXXV.

ANDEM ALIQVANDO QVIRITES LVCIVM
Catilinam furentem audacia scelus anhelantem: patriæ pestē
nefarie molientem: uobis atq; huic urbi ferrum flāmāq; mini-
tantem ex urbe uel elecimus uel emisimus: uel ipsum egredien-
tem urbe prosecuti sumus. abiit: excessit: euasit: erupit: nulla iā
pernicies a monstro illo atq; prodigo mœnibus ipsis intra mœnia comparabī-
tur: Atq; hunc quidem unum huius belli domestici ducem sine controuersia ui-
cimus. Non enim iam interlatera nostra sicca illa uersabitur: non in campo: nō
in foro: non in curia: non deniq; inter domesticos parietes pertimescemos. lo-
co ille motus est cum est ex urbe depulsus: palam iam in hostem nullo impe-
diente bellum iustum geremus. Sine dubio perdidimus hominem magnifice-
q; uicimus: cum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinū coniecimus.
Quod uero non cruentum mucronem ut uoluit extulit: q; uiuis nqbis eges-
sus est: q; ei ferrum e manibus extorsimus: q; in colums ciues q; stantem ur-
bem reliquit: Quāto tādem illum mœrore eē afflictum & profligatū putatis?
iacet ille nunc prostratus. Quirites: Et se perculsum atq; abiectum esse sentit.

INVECTIVA SECUNDA IN CATILINAM.

Et retoquet oculos profecto s̄aþe ad hanc urbem quam a suis fauicibus erepta ē luget. Quæ quidem mihi lætari uidetur q̄ tantam pestem euomuerit foras/ q̄ proiecerit. Ac si quis est talis/ quales esse omnes oportebat qui in hoc ipso in quo exultat & triumphat oratio mea: me uehementer accuset/ q̄ tam capitalem hostem nō comprehendenterim potius q̄ emiserim: Non est ista mea culpa Q uires sed temporum. Interfectum eē L. Catilinam & grauissimo supplicio affectum pridem oportebat. Idq; a me & mos majorum & huius imperii seueritas & respu. postulabat. Sed q̄ multos fuisse putatis/ qui quæ ego deferrem non crederent: q̄ multos qui etiam defenderent: q̄ multos qui propter stultitiam nō pertinarent: q̄ multos qui propter improbitatem fauerent. Ac si illo sublato depelli a nobis omne piculum iudicarem: Iam pridem ego L. Catilinam non modo iuidicet meæ uerumetiam uitæ periculo sustulisse. Sed cum uiderem ne uobis quidem omnibus re etiam tum probata/ si illum ut erat meritus morte multas/ sem: fore ut eius socios inuidia oppressus persequi non possem: Remp. huc deduxi ut tū palam pugnare possetis/ cum hostem uideretis. Quem quidem ego hostem quam uehementer foris eē timidum putem. Licet hinc intelligatis: q̄ il lud etiam moleste fero/ q̄ ex urbe parum comitatus exierit. Utinā ille omnes secum suas copias eduxisset. Tongilium mihi eduxit: quem amare in praetexta calumnia cœperat. Publicum & Numācium: quorum æs alienum contra/ etum in popinā nullū Reipub. metū afferre poterat. Reliquit: quos uiros: quā ære alieno: q̄ ualentest q̄ nobiles uos uidetis. Itaq; ego illū exercitum ex Gallica nis legionibus & hoc delectu/ quē in agro piceno & gallico. Q . Metellus habuit: ex copiis quæ a nobis quotidie compantur: magnopere contēno collectū ex seruibus desperatis: ex agresti luxuria / ex rusticis/ mendiculis: decoctoribus: ex iis qui uadimonia deserere q̄ illum exercitum maluerunt. Quibus ego nō modo si aciem exercitus nostri uerumetiam si edictum nostri prætoris ostendero concident. Hos quos uideo uolitare in foro: quos stare ad curiam quos etiā in Senatum uenire: qui nitent unguentis: qui fulgent purpura mallē secum suos milites eduxisset. qui si hic permanent mementote tam illum exercitū eē nobis quā hos qui exercitus deseruerunt pertimescendos. Atq; hic etiam sunt timendi magis/ q̄ quicqd cogitent me scire sentiunt: neq; tamē permouentur. Video cui sit Appulia attributa. Q uis habet heturiam: quis agrum picenū: quis Gallicum: quis sibi hās urbanas insidias cædis atq; icendorum deponoscerit. Oia superioris noctis consilia ad me delata esse sentiunt: patefeci in Senatu hester na die. Catilina ipsa ptimuit: profugit. hi quid expectant: nonne illi uehementer errant/ si illā meā pristinā lenitatē perpetuam sperāt futurā? Q uod exceptavi iam sum affecetus ut uos oēs factā eē aperte coniurationē contra R ep. uidetis: nisi uero si quis ē qui Catilinæ similis cū Catilina sentire non putet: nō est iam lenitati locus. Seueritatem res ipsa flagitat. Vnū etiā nunc concedam/ exeat. pficiscat, ne patiant̄ desiderio sui Catilinā miseret tabescet. Demōstrabo

ORATIO.

iter. aurelia uia profectus est. Si accelerare uolent ad uesperam consequentur. O fortunata Républi. si quidem hanc sentinam huius urbis eiecerit. Vno me hercule Catilina exhausto reuata mihi ac recreata Respub. uidetur. Quid n. mali aut sceleris fingi aut cogitari potest quod non ille conceperit? Quid tota Italia ueneficus: quis Gladiator? quis latro? quis siccarius? quis parricida? quis testamentorum subiector? quis circumscriptor? quis ganeo? quis nepos? quis adulter? quae mulier infamis? quis corruptor iuuentutis? quis perditus iueniri potest: qui se cū Catilina non familiarissime uixisse fateatur? Quae cædes prohos annos sine illo facta est? quod nefarium stuprum non per illum? Iam uero quae tanta unquam in ullo homine illecebra fuit? quanta in illo: qui alios amabat ipse turpissime/ aliorū amorī flagitiosissime seruiebat. Aliis fructum libidinum mortem parentum non modo impellendo uerumetiam adiuuando pollicebatur. Nunc uero q̄ subito non solum ex urbe uerumetiam ex agris ingente numerus perditorum hominum collegerat: nemo non modo Romæ sed ne ullo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit: quem nō ad hoc incredibile sceleris fœdus adsciuerit. Atq; ut eius diuersa studia in dissimili ratione perspicere possitis: nemo est in ludo gladiatorio paulo ad facinus audacior: qui se non intimum Catilinæ fateatur: nemo in scena leuior & nequior qui se nō eiusdem prope sodalem fuisse cōmemoret. atq; idem in stuprorum & scelerum exercitatiōe assuefactus frigore & fame & siti & uigiliis perferendis fortis ab istis prædicabat: Cum industriæ subsidia atq; instrumenta uirtutis in libidine audaciaq; consumaret. Hunc uero si secuti erunt sui comites, si ex urbe exierint desperatorū hominum flagitiosissimi greges. O nos beatos. O Rēpubl. fortunatam. O præclarā laudem consulatus mei. Iam enim nō sunt mediocres hominū libidines: nō humanæ & tolerandæ audaciæ: nihil cogitant nisi cædem: nisi incēdia: nisi rapinas. patrimonia sua profuderunt / fortunas suas obligurierunt. Res eos iam pridem: fides nuper deficere cœpit. Eadem tamen illa quae erat in abundantia libido permanet. Quid si in uino & alea comedationes solum & scorta quererent/ essent illi quidem desperandi sed tamē essent ferendi. Hoc uero quis ferre possit? inertes hoīnes fortissimis uiris insidiari: stultissimos prudenterissimis: ebrios sobrios: dormientes uigilatibus. qui mihi accubantes ī cōuiuiis complexi mulieres impudicas uino languidi: confecti cibo: sertis redimiti: unguentis obliiti: debilitati stupris eructant sermonibus suis cædem bonorum atq; urbis incēdia. Quibus ego confido impendere fatum aliquod/ & pœnā iā diu improbitati neqtiae sceleri libidini debitam aut instare iam plane aut iā certe appropinquare: quos si meus consulatus quoniam sanare non potest susulerit: nō breue nescio quod tēpus sed multa sācula propagarit Rēpubl. nulla est natio quā p̄timescamus. nullus rex q̄ bellū. P.R. facere possit: Oīa sūt externa unius uirtute terra mariq; pacata. Domestīcū bellū manet: itus iſidiæ sūt: itus iclusum piculū: Intus ē hostis; Cū luxuria nobis cū amentia cum scelere certan-

INVECTIVA SECUNDA IN CATILINAM.

dum: Huic me bello quirites p̄fiteor ducē: suscipio inimicicias hominū perditōrum. quæ sanari poterunt quacūq; ratione sanabo: quæ resecanda erunt non patiar ad perniciem ciuitatis manare. Proinde aut exēat aut quiescant: aut si & i urbe & in eadem mente permanent ea quæ merent' expectent. At sunt etiam qui dicunt a me electum in exiliū esse Catilinam. Quod ego si uerbo assequi possem istos ipsos eiicerem q̄ hæc loquuntur. Homo uidelicet timidus aut etiā permodestus uocem consulis perferre non potuit: simul atq; in exilium ire ius sus est paruit: qui hesterna die cum domī mēa pene imperfectus essem: Senatū in ædem Iouis statoris conuocaui. Rem omnem ad publicum consilium detuli: quo cum Catilina uenisset: quis eum Senatorum appellauit? quis salutauit? q̄s deniq; non ita despexit ut perditum ciuem? Ac non potius īportunissimum hostem: quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum ad quā ille accesserat nudam inanem reliquerunt: hic ego uehemens ille consul/qui uerbo in exilium ciues eiicio: quæsiui de Ca. an nocturno conuentu apud. M. Lec cam fuisset nec ne: Cum ille homo audacissimus conscientia conuictus primo reticuissest: Patefecī cætera quid ea nocte egisset: ubi fuisset. Quid in proximā constituisset: quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta edocui. Cum hæsitaret. cū teneretur: quæsiui quid dubitaret proficisci eo: quo īā pridem pararat: cum arma cū secures cum fasces cum tubas cum signa militaria cū Aquilam illā argenteam: Cui ēt ille sacrarium scelerum domi suæ fecerat: scirem esse premissam: in exilium eiiciebam: quē iam ingressum eē in bellum uidebam? Etenim credo Manlius iste centurio qui in agro fesulano castra posuit / bellū Po. R. o. suo nomine indixit. Et illa castra nunc non Catilinam ducem exspectant: & ille electus in exilium se Massiliam ut aiunt non in hæc castra cōferet. O conditionem miseram non modo administrandæ uerumetiam conseruandæ Reip. Nunc si. L. Catilina consiliis periculis laboribus meis circūclusus ac debilitatus subito pertimuerit: Sententiam mutauerit/deseruerit suos/ consilium belli faciendi abiecerit: Et ex hoc cursu sceleris ac belli iter ad fugam atq; exilium conuenerit: non ille a me spoliatus armis audaciæ: non obstupefactus ac perterritus mea diligentia: non de spe conatuq; depulsus / sed indēnatus in/ nocens in exilium electus a consule ui& minis esse dicetur? Et erunt qui illum si hoc fecerit: non improbum sed miserum: me non diligentissimum consulem sed crudelissimū tyrānū existimari uelint? Est mihi tanti quirites huius iuidiæ falsæ atq; inique tempestatem subire: dūmodo a nobis huius horribilis belli ac nefarii periculum depellat: Dicat sane electus eē a me dūmodo eat ī exilium. Sed mihi credite non ē iturus: Nunquā ego a diis īmortalibus optabo inuidiæ meæ releyandæ causa/ut .L. Catilinam ducere exercitum hostium atq; in ar mis uolitare audiatis. Sed triduo tamen audietis. Multoque magis illud timeo ne mihi sit inuidiosum aliquando / quod illum emiserim potius quam eiecerim. Sed cum sint homines qui illum cum profectus sit electum esse

ORATIO.

dicant : iidem si interfectus eēt quid dicerent ? Quāquam isti qui Catilinam Massiliam ire dictitant: non hoc tam querunt quāuerentur. Nemo est istorū tam misericors qui illum non ad Manlium quā ad Massilienses ire malit. Ille autem si me hercule quod agit nunquam antea cogitasset / tamē latrocinantē se interfici mallet: quā exulem uiuere. Nunc uero cum nihil ei adhuc præter ipsius uoluntatem cogitationēq; acciderit nisi q; uiuus Roma profectus est: op̄temus potius ut eat in exilium q; queramur. Sed cur tam diu de uno hoste loq̄mur ? Et de eo hoste qui iam fatetur se esse hostem ? & quem quia quod semp̄ uolui murus interest / non timeo. de his qui dissimulant: qui Romæ remanēti nihil dicimus ? Quos quidem ego si ullo modo fieri possit non tam ulcisci studio q; sanare & ipsos placare Reip. neq; id quare fieri ullo modo possit: si audi re a me uolent intelligo . Exponam. n. uobis ex quibus generibus hominū istae copiae comparentur. Deinde singulis medicinam consiliū atq; orationis meæ si quā potero afferam. Vnū genus ē eorum qui magno ære alieno maiores etiam possessiones habent: quaꝝ amore adducti dissolui nullo modo possunt. Horū hominū species est honestissima / sunt enim locupletes: uoluntas uero & causa impudentissima. tu agris: tu ædificiis: tu argento: tu familia: tu rebus omnib; ornatū & copiosus sis: & dubites aliquid de possessione detrahere ac acquirere fidem ? Quid enim expectas ? bellum ? quid enim in uastitate omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas ? an tabulas nouas ? Errant qui ista a C.a. expectant. Meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur ueg; auctionariæ . neq; . n. isti qui possessiones habent alia ratione salui ulla eē possunt. Quod si maturus facere uoluissent / neq; id quod stultissimum est certare cum usuris fructibus prædiorum / & locupletioribus & melioribus ciuib; uteremur. Sed hosce homines minime puto pertimescendos: q; aut deduci de sententia possunt: aut si permanebunt: magis mihi uident' uota facturi contra Remp. q; arma laturi . Alterum genus est eorum: qui q;q premuntur ære alieno dominationem tamē expectant / rerū potiri uolunt: honores quos quieta Rep. desperat perturbata se cōseq posse arbitratur. Quib; hoc præcipiēdum uidet unum scilicet & idē qđ reliquis omnibus / ut desperet id quod conantur se consequi posse. Primū omnī sentiant me ipsum uigilare / adesse prouidere Reip. deinde magnos aios eē in bonis uiris: magnam concordiā: maximā multitudinem: magnas præterea militum copias / deos deniq; imortales huic iuicto populo / clarissimo imperio / pulcherrimæ urbi cōtra tātam uim sceleris præsentes auxiliū eē laturos. Qđ si sint iā id quod sumo furore cupiunt adepti : Nū illi in cinere urbis & in sanguine ciuiū / quā mente scelerata ac nefaria cōcupierunt: Cōsules se aut dictatores aut etiā reges sperant futuros : non uident id se cupere / quod si adepti sint fugitiuo alicui aut gladiatori sit necesse concedi. tertium genus est ætate iam affectum sed tamen exercitatione robustum: quo ex genere iste est malius cui nūc Catilina succedit. hi sunt homines ex iis coloniis quas fesulis Sylla constituit.

INVECTIVA SECUNDA IN CATILINAM.

Quas ego uniuersas ciuium eē optimorum & fortissimorum uirorum sentio. Sed tamen hi sunt coloni qui se insperatis & repētīs pecuniis sumptuosius ī/ solētiusq; iactarunt. Hi dum ædificāt tāq; beati:dum prædiis lecticis familiis magnis/cōuiuiis apparatis delectant' in tantū æs alienū incidentū ut si salui eē uelint Sylla sit ab inferis excitandus. Qui etiam nonnullos agrestes homines tenues atque egentes in eandem illam spem rapinarum ueterum impulerunt: quos ego utroq; in eodem genere prædatorum direptorūq; pono:sed eos hoc modo moneo :desinant furere & proscriptiones & dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inustus est ciuitati:ut iam non modo homines sed ne pecudes quidem passuræ esse uideantur .Quartum genus est sane ua- rium & mixtum & turbulentum :qui iam pridem premuntur / qui nunquam emergent :qui partim inertia partim malegerendo negocio / partim etiam sum ptibus in uetere ære alieno uacillant:qui uadimoniis iudiciis proscriptione bo/ norum defatigati permulti ex urbe & ex agris se ad illa castra conferre dicunt'. Hosce ego non tam milites acres q; inficiatores leues esse arbitror :qui homines primum si stare non possunt:corruant:sed ita ut non modo ciuitas sed ne uici ni quidem proximi sentiant. Nam illud non intelligo quamobrem si honeste uiuere non possunt / perire turpiter uelint:aut cum minore dolore perituros se cum multis :q; si soli pereunt arbitrentur.Q uintum genus est parricidarum: Siccariorum :Deniq; omnium facinorosorum / quos a Catilina non reuoco: nam neque ab eo diuelli possunt & pereant sane ī latrocínio. quoniam sunt ita multi/ut eos carcer capere non possit .Postremum autem genus est non solum numero sed etiam genere ipso atq; uita :quod proprium Catilinæ est :de eius delitiis īmo uero de complexu eius ac sinu :quos pexo capillo nitidos aut im berbes aut bene barbatos uidetis:manicatis & strictis tunicis :& talaribus uelis amictos non togis. quorum omnis industria uitæ & uigilandi labor in antelu canis cœnis exprimitur. In his gregibus aleatores omnes adulteri omnes impu ri impudicique uersantur . Hi pueri tam lepidi & delicati non solum amare & amari /neq; saltare & cantare:sed etiam siccas uibrare & spargere uenena didi cerunt:qui nisi exeunt nisi pereunt: Etiam si Catilina perierit scitote in hac Re pu.seminarium Catilinarum futurum. Verumtamen quid sibi isti miseri uo lunt? Num secum suas mulierculas sunt in castra ducturi? Q uemadmodum autem illis carere poterunt his præsertim iam noctibus? quo autem pacto illi appenninum atq; pruinias ac niues perferent? nisi iccirco se hyemem toleratu ros putant:q; nudi in conuiuiis saltare didicerunt.O bellum magnopere per timescendum : Cum hanc sit habiturus Catilina scortorum cohortem p̄toria. Instituite,nunc quirites Ro.contra has tam præclaras Catilinæ copias / uestra præsidia uestrosque exercitus:Et primū gladiatori illi confecto & saucio cōsu les ipatoresq; uestros opponite. Deinde contra illā naufragorū eiectā ac debilita tam manū florē toius Italiæ ac robur educate, Iā uero urbes coloniag; ac muni

ORATIO.

cipiorū respondebunt Catilinæ Tumulis silvestribus: neq; ego cæteras copias ornamenta præsidia uestra cum illius latronis inopia atq; egestate conferre debeo . Sed si omnibus his rebus omissis quib; nos suppeditamur eget ille: senatu equitib; ro. uibe ærario uectigalibus cuncta Italia prouinciis omnibus ex teris nationibus : Si his rebus omissis causas ipsas: quæ inter se configunt/ contedere uelimus: ex eo ipso q; ualde illi iaceant: intelligere possumus . Ex hac eni parte pudor pugnat: illinc petulantia: hinc pudicicia: illinc stupru. hinc fides: illinc fraudatio. hinc pietas: illinc scelus. hinc constantia illinc furor. hinc honestas. illinc turpitudo: hinc continentia: illinc libido: hinc deniq; æquitas: tempe rantia: fortitudo: prudentia: uirtutes omnes certant cū iniuitate luxuria: ignavia: temeritate: cum uitiiis omnib;. postremo copiae cum egestate: bona ratio cū pdita: mēs sana cū amentia: bona deniq; spes cū oīum rerum desperatione con fligit . In eiusmodi certamine ac prælio nōne etiam si hominū studia deficiant: dii ipsi imortales cogant ab his præclarissimis uirtutibus tot & tanta uitia superari ? Q uæ cum ita sint quirites uos quēadmodū iā ante dixi uestra tecta uigiliis custodiisq; defendite: mihi autē & urbi sine uestro metu ac sine ullo tumultu satis eē p̄sidiū consultum atq; prouisum ē . Coloni oēs municipesq; uestri certiores a me facti de hac nocturna excursione Catilinæ facile urbes suas finesq; defendant . Gladiatores quoq; sibi ille fortissimam manum certissimāq; sōf puitauit: q;q aīo meliore sunt q; pars patritioq; potestate. tñ uestra continebunt . Q , Metellus: quē ego ī agrum Gallicū picenūq; p̄misī: aut opprimet hominē aut omnes eius motus conatusq; prohibebit . Reliquis autem de rebus constitūendis maturandis agundis iam ad senatum referemus: quem uocari uidetis . Nūc illi qui in urbe remanserunt atq; adeo conturbant urbis salutem omniūq; nostrum in urbe a Ca. relieti: q;q sint hostes tñ quia nati sunt ciues: monitos eos ēt atq; ēt uolo. mea lenitas si cui adhuc solutior uisa est hoc expectauit: ut quod latebat erūperet . Q uod reliquum est iā non possum obliuisci meā hanc eē patriam: me hoī eē consulē: mihi aut cum his uiuendum: aut pro his eē moriundū. nullus est portis custos: nullus insidiator uiae: si qui exire uolunt: consulere sibi possunt . Q uis uero se ī urbe cōmouerit: cuius ego nō modo factum sed incep tum conatum uel ullū contra patriā deprehendero . Sentiet in hac urbe esse uigilantes eē egregios magistratus: eē fortem senatum: eē arma: esse carcerem: quē uindicem nefarioq; scelerq; maiores nostri eē uoluerunt . Atq; hæc oīa sic agent O quirites Ro. ut maxima res minimo motu: pericula summa nullo tumultu: bellū ītestinum ac domesticū post hominū memoriam crudelissimū & maximū: me uno togato duce & imperatore sedet . Q uod ego sic administrabo: ut si ullo modo fieri poterit: ne improbus quidem quisq; in hac urbe pœnā cui sceleris sufferat . Sed si uis manifestæ audaciæ: si impēdens patriæ periculū me nefario ab hac animi lenitate deduxerit: Illud profecto pficiam: quod in tanto & tam insidioso bello uix optandum uide: ut neq; bonus quisq; ītereat. paucorūq;

INVECTIVA TERTIA IN CATILINAM.

pœna uos omnes iam salui esse possitis. Quæ quidé ego neq; mea prudentia: neq; cōsiliis humanis fretus polliceor uobis Quirites. sed multis & nō dubiis deorum immortaliū significatōibus: qbus ego ducibus in hanc spem sententiāq; sū ingressus: Qui iam non pcul ut quondam solebant: ab extero hoste atq; lōginquo: sed hic præsentes suo numine atq; auxilio sua tēpla atq; urbis tecta defendent. Quos uos quoq; quirites Ro. precari uenerari implorare debetis: ut quā urbē florētissimā pulcherrimā potētissimā eē uolueſt: hāc oībus hostiū copiis terra mariq; superatis a pditissimorū cūiū nefario scelere defendant.

M.T.C. INVECTIVARVM IN L. CATILINAM LIBER TERTIVS. ORATIO

.XXXVI.

EMPUBLICAM Q VIRITES: VITAMQ VE OMNIUM uestrum: bona: fortunas: cōiuges: liberosq; uīos atq; hoc domicilium clarissimi imperii fortunatissimā pulcherrimāq; urbem hodierna die deorū immortaliū summo erga uos amore: laboribus: consiliis: piculisq; meis ex flāma atq; ferro: ac pene ex fauicib; fati ereptā: & uobis cōseruatā ac restitutā uidetis.

Et si nō minus nobis iucūdi atq; illustres sunt ii dies: qb; cōseruamur: q illi qb; nascimur: q salutis certa lātitia est: nascendi incerta conditio: & q sine sensu nascimur: cum uoluptate cōseruamur: pfecto quoniā illū Romulū qui hāc urbem cōdidiit ad deos immortales beniuolētia famaq; sustulimus: eē apud uos posterosq; uīos in honore debet dies is: qui tandem hanc urbem cōditā amplificatamq; seruauit. Nam totis urbis templis delubris tectis ac moenibus subiectos prope iam ignes circūdatosq; restinximus. Itēq; gladios in Remp. districtos retudimus: mucronesq; eoꝝ a iugulis uestris reiecimus. Quæ quoniā in Senatu illustrata patefacta cōperta sunt per me uobis iam exponam breuiter. Quir. ut & quāta & q manifesta & q ratione inuestigata & cōprehēsa sint: uos qui ignoratis: ex actis scire possitis. Princípio ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe: cum sceleris sui socios & huiuscē belli nefarii acerrimos duces romæ reliquisset: semper uigilaui & prouidi quirites quemadmodum in tantis & tam absconditis insidiis salui esse possemus. Nam cum ex urbe Catilinam eiieciebam: non. n. iam uereor huius uerbi inuidiam: cum illa magis sit timēda q uiuus exierit: sed tum cum illum exterminari uolebam: aut reliqua coniuratorum manum simul exituram: aut qui restitissent infirmos sine illo ac debiles fore putabam. Atq; ego ut uidi: quos maximo furore & scelere inflāmatos esse sciebam: eos nobiscum esse: & Romæ remansisse: In eos oēs dies noctesq; consumpsis: ut quid agerent: quid ue molirentur: sentirem ac uiderem. Ut quoniā auribus uestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidē faceret oratio mea: rem ita comprehendenderem: ut tum demū saluti uestræ prouidei

SS

INVECTIVA TERTIA

retis: cum oculis maleficium uideretis. Itaq; ut comperi legatos allobrogū bel-
li transalpini & tumultus gallici excitandi cā a. P. Lentulo eē sollicitatos: eosq;
in Galliā ad suos ciues : eodēq; itinere cū litteris mandatisq; ad Cat. eē missos:
comitēq; his adjūctum eē Vulturtium: atq; huic eē ad Cat. datas litteras: facul-
tatem mihi oblatā putauī: ut quod erat difficillimum: quodq; ego semper opta-
bam ab diis, īmortalibus: tota res non solum a me: sed etiam a Senatu & a uo-
bis manifeste deprehenderetur. Itaq; hesterno die. L. Flaccū & .C. Pontinū p-
tores fortissimos, atq; amantissimos Reip. uiros ad me conuocauī: Rem omnē
exposui: quid fieri mihi placeret ostendi. Illi autē qui oīa de rep. præclara atque
egregia sentirent: sine recusatione ac sine ulla mora negocium suscepserunt. Et
cum aduersa p̄sacereret: occulte ad pontem miluium peruererunt: Atq; ibi in proxi-
mis uillis ita bipartiti fuerūt: ut Tybris inter eos & pōs interesset. Eodem & ip-
si sine cuiusq; suspicione multos fortes uiros eduxerunt. Et ego ex p̄fectura rea-
tina complures delectos adolescentes: quorum opera in Reip. utor assidue p-
sidio: cū gladiis miseram. Interim tertia fere uigilia exacta cū iam pontem mil-
uium magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent: unaq; Vulturti-
us: fit in eos impetus: educuntur ab illis gladii: & a nostris. res erat prætoribus
nota solis. ignorabat̄ a cæteris. Tum interuentu Pótini atq; Flacci pugna: quæ
erat cōmissa sedat̄. Litteræ quæcūq; erāt in eo comitatu integris signis prætori-
bus tradunt̄: Atq; horum oīum scelerū improbissimum machinatorē Cymbæ
Gabiniū statim ad me nihil suspicantem uocauī. Deinde item accersitur. L. Sta-
tilius: & post eum Cethagus. tardissime at Lentulus uenit. Credo q; in litteris
dandis præter consuetudinem proxima nocte uigilarat. Cum uero summis &
clarissimis huius ciuitatis uiris : q; audita re frequenter ad me mane cōuenerant
litteras a me prius aperiri: q; ad Senatum referri placeret: ne si nihil eēt inuentū
temere a me tantus tumultus iniectus ciuitati uideret̄: Negaui me esse factu-
rū: ut de periculo publico non ad consilium pub. rem integrum deferrem. Et
enim quirites si ea quæ erant a me delata reperta non essent: tamen ego non ar-
bitrabar in tantis Reipublicæ periculis eē mihi nimiam diligentiam pertime-
scendam. Senatum frequentem celeriter ut uidistis coegi. Atq; interea statim
admonitu allobrogum. C. Sulpiciū prætorē uirū fortem misi: qui ex ædibus
Cethagi: si quid telorum esset efferret: ex quibus ille maximū sicarum numerū
& gladiorum extulit. Introduxi Vulturtium sine Gallis: fidem Reip. iussu Se-
natus dedi: Hortatus sum ut ea quæ sciret: sine timore idicaret. Tum ille dixit:
Cum uix se ex magno timore recreasset a. P. Lentulo se habere ad Catilinam
mandata & litteras ut seruorum præsidio uteretur: & ad urbem q;primum cum
exercitu accederet. Id autem eo consilio: ut cum urbem oībus ex partib; quē-
admodum descriptum distributūq; erat: incessent: Cædēq; infinitā ciuium fe-
cissent: præsto eēt ille: qui fugientes excipet: ac se cum his urbanis ducibus cō-
iungeret. Introducti autē galli iusurandū sibi & litteras a. P. Lentulo Cethego

IN CATILINAM.

Statilio ad suam ḡetem datas eē dixerunt. Atq; ita sibi ab his:& a L. Cassio eē pr̄scriptū: ut equitatum in Italiam q̄ primū mitterent: pedestres sibi copias nō defuturas: Lentulum autē confirmasse ex fatis Sibyllinī Aruspicumq; respōsis se eē tertium illum Cornelium: ad quem regnum huius urb̄is atq; imperiū p̄uenire esset necesse: Cinnā ante se & Syllam fuisse: eundēq; dixisse fatalē hūc ānum eē ad interitum huius urb̄is atq; imperii: qui esset ānus decimus post uirginū absolutionē: post Capitolii autem incessiōnē uicesimus. Hanc autē Cethego cū cāteris cōtrouersiam fuisse dixerunt: q; Lentulo & aliis saturnalibus cādem fieri atq; urbem incendi placeret: Cethego id nimiū longum uideri. Et ne longū sit quirites tabulas proferri iussimus: quæ a quoq; dicebantur datæ. Primū ostendimus Cethego. Signum congnouit. Nos linum incidimus. Legimus litteras. Erat scriptū ipsius manu & allobrogum Senatui & populo: sese q; eoꝝ legatis confirmasset: facturum eē. orare ut itidem illi facerent: quæ sibi eoꝝ rūm legati præcepissent: Tum Cethagus qui pauloante aliquid de gladiis ac si- cis: q; apud ipsum erant deprehensæ: respondisset: dixissetque se semper bonorum ferramentorum studiosum fuisse: recitatis litteris debilitatus atq; abiectus conscientia cōuictus repente conticuit. Introductus est Statilius. cognouit & signum & manum suā. recitatæ sunt tabellæ in eādem fere sententiā. confessus ē. Tum ostendi tabellas Lentulo: & quæsiui cognosceret ne signū: ānuit. Est uero inquā notum signum: imago aui tui clarissimi uiri: qui amauit unice patriā & ciues suos: quæ quidem te a tāto scelere ēt muta reuocare debuit. Legunt̄ ea dem ratione ad Senatum allobrogū populūq; litteræ. si qui de his rebus dicere ueller: feci potestatem. Atq; ille primo quidem negauit: post autem aliquanto: toto Vulturtii iam īdicio exposito atq; edito surrexi: Quæsiui a Gallis quid sibi esset cum his: Quāobrem domum suā conuenissent. Itēq; a Vulturtio: q; cum illi breuiter constanterq; respondissent: p̄ quem ad eum quotiensq; uenissent: quæsiissemq; ab eo nihil ne ſecū eēt de fatis Sibyllinī locutus. Tū ille subito scelere demēs: quāta cōscientiæ uis eēt: ostēdit. Nā cum id posset inficiari infirmareq; repente præter opinionē oīum confessus est. Ita. n. illū nō modo ī genium illud & dicendi exercitatio: qua semper ualuit: sed ēt propter uī sceleris manifesti atq; deprehensi impudentia: qua superabat oēs improbitasq; de fecit. Vulturtius uero subito litteras p̄ferri atq; aperiri iussit: quas sibi a Lentulo ad Catilinā datas eē dicebat. Atq; ibi uehementissime perturbatus Lentulus: tñ & signū suū cognouit & manū. Erant autē scriptæ sine nomine: sed ita: Qui sim: ex eo quem ad te misi: cognoscet. cura ut uir sis: & quē in locum progressus sis: cogita: & uide quid tibi iam sit necesse. Cura ut oīum tibi adiungas auxilia ēt infimor̄. Gabinius deinde introductus cum primum impudenter respōdere cōcepisset: ad extremū nihil ex iis quæ Galli insimulabāt: negauit. At mihi quidē Quirites cum illa certissima sunt uisa argumenta atq; īdicia sceleris: tabellæ: signa: manus; deniq; uniuscuiusq; confessio. tum multo certiora illa: co-

INVECTIVA TERTIA

Ior:oculi:uultus:taciturnitas.sic enim obstupuerant sic terram intuebantur:fur
tim nonumq; inter se aspiciebant:ut non iam ab illis indicari:sed ipsi se indicari ui
derentur.Indiciis expositis atq; editis Quir. senatū consului de summa Reip. sa
lute:quid fieri placeret.dictæ sunt a principibus acerrimæ atq; fortissimæ sen
tentia:quas senatus sine ulla uarietate est consecutus.& quoniā nōdū est prescri
ptum.S.Cæx memoria uobis Quirites quid Senatus censuerit:exponā.Pri
mū mihi gratiæ uerbis amplissimis aguntur:quod uirtute:consilio:prudentia
mea Respublica piculis maximis sit liberata.Deinde.L.Flaccus & C.Pontini
us prætores quod eorum opera fortis fidelis usus essem:merito ac iure laudantur.
atq; et collegæ meo uiro fortis laus impariſt:quod eos qui huius coniurationis
participes fuissent a suis & R.P.consiliis remouisset.Atq; ita censuerūt:ut P.
Lætulus cum se prætura abdicasset:tū i custodia traderetur.Iteq; uti Cethagus
L.Statilius.P.Gabinius:qui oēs præsentes erant in custodia traderentur.At
q; idem hoc decretum est in L.Cassium:qui sibi procurationē incendēt ur
bis depoposcerat:in M.Ceparium:cui ad sollicitandos pastores Apulia eēt at
tributa/erat idē edictū in P.Furiū:qui est ex iis coloniis:quas Fesulas.L.Sylla
deduxit:inque Manliū Chilonem:qui una cū Furio hoc semper erat in hac al
lobrogum sollicitudine uersatus:in P.Vmbrenū libertinū hominē: a quo pris
cum gallos ad Gabiniū pductos eē constabat.Atq; ea lenitate senatus ē u
sus Quir.ut ex tanta coiuratione:tañtaq; ui ac multitudine domesticorū hosti
um:nouem hominū perditissimorum poena.R.P.conseruata:reliquorū men
tes sanari posse arbitrarentur.Atq; etiam supplicatio diis immortalibus pro sin
gulari eorum merito meo nomine decreta est Quir.q; mihi prīmū post urbē con
ditā togato contigit:& his decreta uerbis est:q; urbē incendiis:cæde ciues:Ita
liam bello liberassem.Q uæ supplicatio si cum cæteris supplicationibus conse
ratur Quir.hoc intersit:q; cæteræ de Rep.bene gesta:hæc una conseruata r.p.
constituta est.Atq; illud:quod faciendū prīmū fuit factum atq; transactum
est.Nam P.Lentulus quāq; patefactis indiciis & cōfessionibus suis iudicio se
natus non modo prætoris ius:ueruetiā ciuis amiserat:ñ a magistratu se abdica
uit:ut quæ religio.C.Mario clarissimo uiro non fuerat:quo minus.C.Glauci
am:de quo nihil nominatim erat decretum:prætorem occideret:Eadem nos re
ligione in priuato.P.Lentulo puniendo liberaremur.Nunc quoniā Quir.sce
leratissimi periculosisſimiq; belli nefarios duces captos iā & comprehensos te
netis:existimare debetis oēs Catilinæ copias:oēs spes atq; opes his depulsis ur
bis periculis concidisse:qué quidē ego cū ex urbe depellebā:hoc prouidebam
animo Quir.remoto Catilina non mihi eē.P.Lentuli somnū:nec Cassii adi
pē:neq; C.Cethagi furiosam temeritatem ptimescendam:Ille erat unus timē
dus ex his omnibus:sed tam diu dum mœnibus urbis continebatur.oīa norat.
oīum aditus tenebat.appellare:tentare:sollicitare poterat:audebat.Erat ei con
siliū ad facinus aptū.cōsilio aut̄ neq; ligua neq; manus deerat.Iā ad cæteras res

IN CATILINAM.

conficiendas certos hoīnes delectos ac descriptos habebat. Neq; uero cū aliqd mādauerat :cōfectū putabat. Nihil erat:quod non ipse obiret:occurreret:uigilaret:laborarer:frigus:sitim:famem ferre poterat .hunc ego hominē acrē:tā patratum :tam audacē:tā callidū:tam in scelere uigilantē:tā in pdījs rebus diligētem nīl ex domesticis insidiis in castrē latrocinī cōpulisse:dicā id qđ sētio Q uir.non facile hanc tantā molem mali a ceruicibus uestris depulisse. Non ille nobis saturnalia constituisset :neq; ante exitii tāti aut fati diem.R . p . denunciasset :neq; cōmisisset ut signū:ut litteræ suæ testes deniq; manifesti sceleris deprehenderent. Quæ nūc illo absente gesta sunt :ut nullū in priuata domo furtum unquā sit tā palā inuentum:q hæc tanta in.r.p.coniuratio manifeſte inuēta atq; deprehensa ē.Q uod si Catilina in urbe ad hāc dīē remansisset: quāq; quoad fuit oībus eius consiliis occurri atq; obstiti:tn ut leuissime dicam: dimicandum nobis cum illo fuisset:neq; unq; dum ille in urbe hostis fuisset ,tātis periculis.r.p.tanta pace:tanto ocio:tanto silentio liberauissimus .Quāquā hæc oīa Q uir.itā sunt a me administrata:ut deoꝝ imortalium nutu atq; consilio & gesta & prouisa eē uideant̄:idque coniectura consequi possimus : quod uix uidetur humanis consiliis tantam molē reg⁹ gubernatio consequi potuisse: Tū uero ita præfentes his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt:ut eos pene oculis uidere possemus:Nā ut illa omittam uītas iam nocturno tempore faces/ardorēq; cæli:ut fulminū iactus:ut terremotus:cæteraq; quæ ita nobis cōsulibus facta sunt:ut hæc quæ nūc fiunt:canere dīi imortales uiderētur:hoc certe Q uir.quod sum dicturus:neq; prætermittendū:neq; relinquēdū est.namp;fecto memoria retinetis Cotta & Torquato consulibus cōplures in Capitolio turres de cælo eē pcussas:cum & simulacra deoꝝ imortaliū depulsa sunt :& statuta ueteris hominū deiectæ:& legum æra liquefacta sunt.Tactus ē ēt ille qui hāc urbē cōdedit Romulus :quē inauratum in Capitolio paruū atq; lactētem uberibus lupinis inhiātē fuisse meministis.Q uo quidē tēpore cū aruspices ex tota hetruria cōuenissent: cædes atq; incēdia & legū interitū & bellum ciuile ac domesticū ac totius urbis ac imperii occasum appropinquare dixerunt :nīl dīi imortales oī ratione placati suo numine ppe fata ipsa flexissent .Itaq; illog; responsis tūc & ludi decem per dies facti sunt:Neq; res ulla quæ ad placādos deos pertineret:prætermissa est .Idēq; iusserunt simulacrum Iouis facere maius: & in excelsō collocare:contra atq; fuerat ante ad orientem cōuertere.Ac se spe rare dixerunt si illud signū quod uideis :solis ortum & forū curiāq; conspiceret:fore:ut ea consilia quæ clam eēnt inita contra salutē urbis atq; imperii illustrarentur:ut a.S.P.q.R .perspici possent .Atq; illud signū ita collocādum cōsules illi voluerunt .Sed tanta operis tarditas fuit :ut neq; a superioribus consulibus:neque a nobis ante hodiernum diem collocaret̄ .Hic quis potest esse Q uir.tam auersus a uero:tam præceps :tam mente captus :qui neget hæc omnia quæ uidimus:præcipue quæ hanc urbem deorum imortalium potestate ad-

INVECTIVA TERTIA

ministrari? & n.cum eēt ita responsum cædes incendia interitūq;.r.p. cōparari & ea a perditis ciuibus quæ tum propter magnitudinē scelerū nō nullis increbilia uidebant: ea non modo cogitata a nefariis ciuibus uerū etiam suscepta eē sensistis . Illud uero nōne ita præsens est: ut nutu Iouis optimi ac maximi factū eē uideatur: ut cum hodierna die mane per forū meo iussu coniurati & eorū in dices in ædēm concordiæ ducerent: eo ipso tempore signum statueretur. Q uo collocato atq; ad uos senatūq; conuerso: oia & senatus & uos quæ erant cōtra salutem omniū cogitata: illustrata: & patefacta uidistis . Q uo etiā maiore sunt isti odio supplicioq; digni: qui non solum uestris domiciliis atq; tectis: sed etiā deoꝝ tēplis sunt funestos ac nefarios ignes inferre conati. Q uibus si me restis tisse dicam: nimium mihi sumā: & nō sum ferendus. Ille ille Iuppiter restitit: ille capitolium: ille hæc templa: ille hanc urbem ille nos oēs saluos eē uoluit. Diis ergo imortalibus ducibus hæc mentē uoluntatēq; suscepit: atq; ad hæc tāta indīcia pueni. Iā uero illa allobrogū sollicitatio sic a Lētulo cæterisq; domesticis ho stib; tā deméter tāta res credita: & ignotis ac barbaris cōmissæ litteræ nūq; eēnt profecto: nisi a diis imortalib; huic tantæ audaciæ consilium esset ereptū . Q d uero ut galli hoīnes ex ciuitate male pacata: quæ gens una restat: quæ bellū po. R o. facere posse: & non nolle uideatur: spem imperij ac reꝝ amplissimam: ul tro sibi a patritiis hominibus oblatā negligerent: uestrāq; salutē suis opib; antepo nerēt: id nō diuinitus factum eē putatis: præsertim qui nos nō pugnādo: sed ta cedo superare potuerūt. Q uābrē Q uir. quoniā ad oia puluinaria supplica tio decreta est: celebratote illos dies cū coniugibus ac liberis uestris . Nā multi sāpe honores diis imortalib; iusti habitū sunt ac debiti: sed pfecto iustiores nūq;. Erepti. n.estis ex crudelissimo ac miserrimo interitu: & erepti sine sanguine: sine cæde: sine exercitu: sine dimicatione. togati me uno togato duce & impato re uicistis. & enim recordamini Q uir. oēs ciuiles dissensiones: neq; solum eas quas audistis: sed eas quas uos metipsi meministis atq; uidistis. L. Sylla. P. Su spicum oppreslit: ex urbe eiecit. C. Marium custodem huius urbis: multos for tesque uiros parti eiecit ex ciuitate: partim interemit. Cn. Octavius consul armis ex urbe collegam suum expulit: omnis hic locus aceruis corporum & ci uium sanguine redundauit. Superauit postea Cinna cum Mario . Tum uero clarissimis uiris imperfectis lumina ciuitatis extincta sunt. Vltus est huius uictoriæ crudelitatem postea Sylla. nec dici quidem opus est quanta diminutio ne ciuum: & quanta calamitate. R. P. dissensit. M. Lepidus a clarissimo & fortissimo uiro. Q . Catulo: attulit non tam ipsius interitus. R. P. luctum q; cæterorum: atque illæ dissensiones erant eiusmodi Q uiri. quæ non ad delendam: sed ad cōmutandam. R. P. pertinerent: non illi nullam esse. R. P. sed in ea quæ esset: se esse principes: neq; hanc urbem conflagrare: sed se in hac urbe florere uoluerunt. atq; ille tamen omnes dissensiones: quarum nulla exitiū. R. P. quæ siuit: eiusmodi fuerunt: ut nō reconciliatiōe concordiæ: sed īternitiōe ciuiū diu

IN CATILINAM.

dicatae sint. In hoc autem uno post homium memoria maximo crudelissimoque bello: quale bellum nunc barbaria cum sua gente gessit: Quo in bello lex haec fuit a Lentulo: Catilina: Cethego: Cassio constituta: ut oes qui in urbe salvi esse possent: in hostium numero ducerentur. Ita me gessi. Quir. ut oes salvi conseruaremini: & cum hostes urbis tatum ciuium supuicturum putassent: quatum infinitae cadi restisset: Tatum autem urbis superfuturum esse: quatum flama obire non potuisset: & urbem & ciues integerimos in columnasque seruauit. Quibus pro tatis rebus. O Quir. nullum insigne honoris: nullum monumentum laudis postulabo: praeter quam huius diei uestra memoria sempiterna. In auctoribus ergo urbis oes triumphos meos: oia ornamenta honoris: monumenta gloriae: laudis insignia codi: & collocari uolo. Nihil me mutum delectare potest: nihil tacitum: nihil denique huiusmodi: quod etiam minus digni asseq possunt: Memoria uestra Quir. nostrae res alentur: sermonibus crescent: litterasque monumentis inueterascent: & corroborabunt eandemque intelligendi diem: quam spero aeternam fore: & ad salutem urbis: & ad memoriam consulatus mei propagata esse. Omniaque tempore in hac R. P. duos ciues extitisse: quoque alter fines nostri imperii non terrae sed caeli regionibus terminaret: alter eiusdem impiorum domiciliu sedeq seruaret. Sed quoniam easque reges: quas ego gessi: non est eadem fortuna atque conditione: quae fuit illorumque aeterna bella gesserunt: quod mihi cum illis uiuendum sit: quos uici ac subegi: illi autem hostes aut imperfectos aut oppressos reliquerunt: uestrum est Quirites si ceteris recta sua facta prosunt: mihi mea ne quado obsint prouidere. Mentes .n. hominum audacissimorum sceleratae ac nefariae ne uobis nocere possent: ego prouidi: ne mihi noceant: uestrum est prouidere. Quiaque Quirites mihi quidem ipsi nihil ab istis iam noceri potest. Magnum enim est in bonis praesidiu: quod mihi in perpetuum est copatum magna in Repub. dignitas: quae me semper tacita defendit. Magna uis conscientiae: quam que negliget: cum me uiolare uolent: se ipsi indicabunt. Est etiam in nobis is animus o Quir. ut non modo nullius audaciae cedamus: sed et omnes improbos ultero semper lacestamus. Quod si ois impetus domesticorum hostium a uobis depulsus se est in me unum coiuerit: Vobis erit prouidendum Quir. qua conditione eos posthac esse uelitis: que pro salute uestra obtulerunt se inuidiae periculisque oib. Mihi quidem ipsi quod est quod iam ad uitae fructum possit acquiri: praesertim cum neque in honore uestro neque in gloria uirtutis quicquam uideam altius: quo quidem mihi libeat ascendere. Illud prefi ciat pfecto Quir. ut ea quae gessi in consulatu meo priuatus tuear atque ornem: ut si qua est inuidia in consueta. R. P. suscepta laedat inuidos: mihi ualeat ad gloriam. Denique me ita in Rep. tractabo: ut meminerim semper quae gesserim: cuiusque ut ea uirtute non casu gesta esse uideatur. Vos Quir. quoniam iam est nox: ueneremini illum Iouem custodem huius urbis ac uestrum: & in uestra tecta discedite: & ea que iam periculum est depulsum: tamen aque ac priori nocte fecistis custodiis uigiliisque defendite. Id ne uobis diutius sit faciendum: atque ut in perpetua pace es se positis: prouidebo Quirites.

M.T.C.INVECTIVARVM IN.L.CATILINAM LIBER
Q VARTVS. ORATIO XXXVII.

IDEO PA .CON.IN ME OMNIVM VESTRVM
ora atq; oculos esse conuersos. Vos uideo non solum de uestro
ac.R.P.Verū etiam si id depulsum sit de meo periculo eē solli
citos. Est mihi iucunda in malis & grata in dolore uestra erga
me uoluntas : sed eam quæso per deos īmortales deponite:at
que oblitū salutis meæ de uobis ac de liberis uestris cogitate.
Mihi si hæc conditio consulatus data est:ut omnes acerbitates:omnes:dolores
cruciatusq; perferrem:feram non solum fortiter:uerumetiā libenter : dūmodo
laboribus meis uobis Po.q; Ro. P.C.dignitas salusq; pariatur. Ego sum ille
consul P.C.cui non forum : in quo omnis æquitas continetur : nō cāpus Mar
tius consularibus auspiciis consecratus : non curia summū auxilium omnium
gentium:non domus cōmune perfugium:non lectus ad quietem datus:nō de
niq; hæc sedes honoris sella curulis unq; uacua mortis periculo atq; īsidiis fuit.
Ego multa tacui:multa pertuli :multa concessi:multa meo quodam dolore in
uestro timore sanau. nunc si hunc exitum consulatus mei dii īmortales eē uo
luerunt : ut uos patres.C.Q uir.ex cæde misera coniuges liberosq; uestrros uir
ginesq; uestales ex acerbissima uexatione:templa atq; delubra:hanc pulcherri
mam patriam omniūq; uestrum ex foedissima flamma:totam Italiam ex bello
& uastitate eriperem:quæcūq; mihi uni proponetur fortuna:subeat. Etenim
si .P.Lentulus suum nomen inductus a uatibus fatale ad perniciem R.P.fo
re putauit : cur ego non lāter meum consulatum ad salutem R.P.prope fatalē
exitisse ? Q uare P.C.consulite uobis:prospicite patriæ:conseruate uos: con
iuges:liberos:fortunasq; uestras R.P.nomen salutēq; defendite: mihi parce
ac de me cogitare definite. Nam debeo sperare primum omnes deos: qui huic
urbī president:pro eo mihi ac mereor relatuos esse gratiā. Deniq; si quid obti
gerit:æquo animo paratoq; moriar. Necq; enim turpis mors fortū uiro potest ac
cidere : neq; īmatura consulari:nec misera sapienti. Nec tamen ego sum ille fer
reus : qui fratris carissimi & amantissimi præsentis mœrore non mouear; Ho
rūq; omnium lachrymis:a quibus me circūlessum uidetis:nec non meā mentē
domum s̄æpe reuocat uxor exanimata:& abiecta metu filia:& paruulus filius:
quem mihi uidetur amplecti respublica tanq; ob sidem consulatus mei. Neque
non ille:qui expectans exitum huius diei astat in conspectu meo gener. Mo
ueor his rebus omnibus : sed in eam partem ut salui sint ueobiscum omnes:etia
si uis aliqua me oppresserit potius / q; & illi & nos una Reip. peste pereamus.
Q uare.P.C.incumbite ad salutem.R.P.circūspicite omnes procellas quæ ī
pendent:niſi prouidetis . Non.T.Gracchus:qui iterum Tr.PI.fieri uoluit:nō
C.Gracchus :q; agrarios concitatæ conatus ē :Nō.L.Saturninus:q; C.Mēmiū

IN CATILINAM.

occidit in discrimen aliquod atq; in uestræ seueritatis iudicium adducitur : sed tenentur illi qui ad urbis incendium : ad uestrum omnium cædem:ad Catilinam recipiendum Romæ restiterunt : Tenentur litteræ:signa : manus : deniq; uniuscuiusq; confessio .Sollicitantur allobroges:seruitia excitañt :Catilina ac/cersit. Idem initum consilium : ut interfectis omnibus nemo ad deplorandū quidem .R.p.nomen:atq; ad lamentandam tantam imperii calamitatem reli/quatur. Hæc omnia mihi indices detulerunt :rei confessi sunt:uos multis iam i/dicis iudicatis .primum quod mihi gratias egistis singularibus uerbis:& mea uirtute atq; diligentia perditorum hominū coniurationem patefactam esse de/creuistis .Deinde quod .P.Lentulū ut se abdicaret prætura : coegistis:tum quod eum & cæteros de quibus iudicauistis in custodiā dandos censuistis :maxie/q; quod meo nomine supplicationē decreuistis:qui honos togato ante me ha/bitus est nemini .Postremo hesterno die premia legatis allobrogum : Titoque Vulturtio dedistis amplissima:quæ sunt omnia eiusmodi:ut hi qui in custodiā nominatim dati sunt:sine ulla dubitatione a uobis dānati eē uideantur .Sed e/ go institui referre ad uos .P.C.tāquā itegrū:& de facto quid iudicetis:& de fœna quid censeatis: Illa prædicā:quæ sunt consulis .Ego magnū in .R.p.uersari furem:& noua quædam misceri:& concitari mala iam pridem uidebā .Sed hāc tam exitiosam haberi coniurationem a ciuibus nunquā putaui .Nunc quic quid est:quocunq; uestræ mentes inclinant .atq; sententiae : statuendum uobis ante noctem est .Quātum facinus ad uos delatum sit:uidetis .Huic si paucos affines putatis esse:uehementer erratis .Latius enim patet & disseminatum est hoc malum:manauit non solum per Italiam:uerum etiam transcendit alpes:& obscure serpens multas iam prouincias occupauit .Id opprimi sustentando & p/latando nullo pacto potest .quacūq; ratione placet :celeriter uobis iudicādum est .Video adhuc duas esse sententias: Vnam Decimi Syllani:qui censet eos q/hæc delere conati sunt:morte esse multandos:alteram .C. Cæsarī:qui mortis poenam remouet:cæteras suppliciorē omnes acerbitates amplectitur .Vterq; & pro sui dignitate:& pro rerum magnitudine in summa seueritate uersatur .Al/ter eos qui omnes:q.P.R.uita priuare conati sunt:qui delere imperium:q po/Roma .nomen extinguere:punctum temporis frui uita:& hoc cōmuni spiritu non putat oportere .Atq; hoc genus poenæ s̄æpe in improbos ciues in hac .R.p. esse usurpatum recordatur .Alter intelligit mortem a diis īmortalibus non esse supplicii cā cōstitutam:sed aut necessitatē naturæ:aut labore:aut miseriārum quietem esse .Itaq; eam sapientes nunquam inuiti:fortes s̄æpe ēt libenter appe/tiuerūt .Vincula uero & ea sempiterna certe ad singularem poenam nefarii sce/leris inuenta sunt:municipiis dispartiri iubet .habere uide ista res iniuitatem si impare uelis:difficultatem si rogare .decernatur tamen si placet .ego enī sus/cipiam & ut spero:reperiām:qui id quod salutis omniū cā statueritis:non pu/tet esse lux dignitatis recusare .Adiungit grauem poenam municipibus:si quis

INVECTIVA VLTIMA

eorum uincula ruperit: Horribiles custodias circundat: & digna scelere hominum perditorum sancit: Ne quis eorum poenam quos condemnat aut per se natum: aut per populum leuare possit. Eripit etiam spem: quæ sola hominem in miseriis consolari solet. bona præterea publicari iubet. uitam solam reliquit nefariis hominibus: quam si eripuisse: multas uno dolore animi & corporis & omnes sceleris poenas ademisset. Itaque ut aliqua in uita formido improbis esset posita: apud inferos eiusmodi quædam illi antiqui supplicia impiis constituta esse uoluerunt: Quod uidelicet intelligebant. his remotis non esse mortem per timescendam. Nunc. P.C. ego mea uideo quid intersit. si eritis secuti sententiam. C. Cæsar: quoniam hanc is. R.p. uiam: quæ popularis habetur: secutus est: fortasse minus erūt / hoc auctore & monitore huiusc sententiae mihi populares impetus pertimescendi. Sin illam alteram secuti eritis: nescio an amplius mihi negotii contrahatur. Sed tamen meorum periculorum rationes utilitas R.p. uindicat. Habemus enim etiam a.C. Cæsare sicut ipsius dignitas: & maiorum eius amplitudo postulabat sententiam tanquam obsidem perpetuae in R.p. uoluntatis: intellectum est quid iteresse inter leuitatem concionatorum: & animū uere popularem saluti populi consulentem. Video de istis qui se populares haberí uolunt abesse non neminem: ne de capite uidelicet ciuium Roma. sententiam ferat. Is & nudius tertius in custodiā ciues Romanos Cetherum: & P. Lentulum dedit: & supplicationem mihi decreuit. & indices hester no die maximis premiis affecit. Iam hoc nemini dubium ē: qui reo custodiā: quæstori gratulationē: indici premium decreuit: quid de tota re & causa iudicarit. At uero. C. Cæsar intelligit legem semproniam esse de ciuibus Roma. constitutā. Qui autem in Repu. sit hostis: eum ciuem esse nullo modo posse. Denique ipsum latorem semproniæ legis iussu populi poenas. R.P. dependisse. Idē & ipsum largitorem Lentulum & prodigum non putat: cum de pernicie Popu. Roma. exitio huius urbis tam acerbe tāq; crudeliter cogitarit: etiā appellari posse popularem: Itaque homo mitissimus atq; lenissimus non dubitat. P. Lentulum extensis tenebris uinculisq; mandare: & sancit in posterum ne quis huius supplicio leuando se iactare: & in pernicie. r.p. posthac popularis esse possit. Adiungit etiā publicationē bonorū: ut omnes animi cruciatus & corporis etiā egertas atq; mendicitas consequantur. Quāobrem siue hoc statueritis: dederitis mihi comitē ad concionem populo carum atq; iucundum: siue Syllani sententiam sequi malueritis: facillime me atq; uos a crudelitatis uituperatione defendetis / atq; optinebo eam multo leniorem fuisse: quāquā. P.C. quæ potest esse in tāti sceleris imanitate punienda crudelitas? Ego .n. de meo sensu iudico. nā ita mihi salua. R.p. uobiscū pfrui liceat: ut ego q; in hac causa uehemētior sum: non atrocitate animi moueor. Quis enim est me mitior? sed in singulari quædam humanitate & misericordia. Videor enim mihi uidere hanc urbem lucem orbis terrarum atq; arcem omnium gentium subito uno incendio concidēt.

IN CATILINAM.

Cerno aio sepultā patriā: miseros atq; inseptos aceruos ciuiū. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi & furor i uīa cāde bacchātis. Cū uero mihi ppo-
sui regnante Lētulū: sicut ipse se ex fatis expectat cōfessus ē: purpuratū eē Ga-
biniū: cum exercitu uenisse Catilinā: tū lamētationem matrūfa. tū fugā uirgi-
nū atq; puerorū ac uexationem uirginū uestaliū phorresco. & quia mihi uehe-
mēter uidentur misera atq; miseranda: iccirco in eos q ea pficere uoluerunt: me
seuerum uehemētēq; p̄bebo. Etenim quāro si quis paterfamilias liberis suis a
seruo interfectis: atq; uxore occisa: incēsa domo suppliciū de seruis qacerbissi-
mū sumplerit: Vtrum is clemēs ac misericors: an inhumanissimus crudelissi-
mus eē uideat? Mihi uero importunus ac ferreus: qui non dolorem cruciatū
